Quia cogitationes consilijs roborantur: & gubernaculis tractanda sunt bella. *Proverbi.* 20. Et sicut unguento, & varijs odoribus delectatur cor, sic bonis amici consilijs anima dulcoratur. *Proverbi.* 27. Culpandi igitur sunt qui possunt: & nolunt recta noscere. Undè propheta: noluit inquit intelligere ut bene ageret *c. excelentissimus* 11. *quæst.* 3. Nam ignoscendum illi non est qui cum habeat à quo discat seu consilium quærat ad hoc operam non dedit, 87. *dist. c. fin.* Nec prodest alicui ignorantia cum per se vel per alium potuit, & noluit, *ut l. in bonorum, ff. de bono. poss.* gravè inquit est consilia sapientium, & recta suadentium non suscipere, 84. *dist. c.* 1. *undè Augusti.* A puero non dum anniculo paratus sum doceri. 24. *q.* 3. si habes, alijs quis stultus esse convincitur, 22. *distin. c. de constan.* Unde ait lex quod ea firmitate nituntur quæ consilio geruntur. *C. de rep. l.* 3. Ideoque aliqua decrevi de consilio, & consiliaris regis: pro servitio suæ illustrissimæ dominationis sub epilogo scribere: & sparsim circa hoc tradita copilare. Ad cujus evidentiam præmitto quod licet quandoque utile consilium nutu Dei dissipatur: ut consilium architophel: ut induceret dominus malum super » Absalon. 2. Re» gum 17. « Et consilium quod rex Syriæ inijt contra regem Israel, quod nutu Dei per Helyseum virum Dei revelatum est. » 4. Regum 6. « Item, & bonum consilium Chusi nutu Dei dissipatum est: ut liberaret David à manibus Absalonis filij sui. » 2. Regum 17. domi» nus namque dissipat consilia gentium: » & reprobat consilia principum, psal. » 32.: nam terribilis est dominus consi» lijs super filios hominum, psal. 65. Et » Deus scit omne consilium. Jerem. 28. » quia dominus magnus est consilio, & » incomprehensibilis cogitatu. Jerem. 32. » Nullum itaque est consilium nisi ex » deo. Isaie. 30. Nam Deus operatur se» cundum consilium voluntatis suæ, ad » Ephe. 1. « Quis enim hominum poterit scire consilium Dei: aut quis poterit cogitare quid velit Deus? cogitationes namque mortalium timidæ, & incertæ providentiæ nostræ: corpus enim quod corrumpitur agravat animam: & deprimit terrena: inhabitat sensum multa cogitantem. Et difficilè æstimamus quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt invenimus cum labore, &c. *Sapien.* 11. Et circa statum humanum nihil est stabile, *in aut. de non alie. vel permu.* §. *ut autem.* Et quæcumque creatura in una eademque qualitate gubernari vel vivere non potest, *ut c. fin.* 89. *di.* Nam propter defectus nostri temporis quibus non solum merita: sed, & corpora hominum defecerunt: terra malos homines nunc producit atque pusillos, unde imbeciles sumus. *C. de prescrip.* 30. *annorum, l. fin.* Et labuntur homines cum mundo labente, *de hæretici. c. vergentes, not. tex. & Archidi. in c. fraternitatis*, 34. *di.* Non tamen propter hoc consilia despicienda sunt: & præmaximè à rege qui universum sui dominij orbem in pace, & justitia gubernare tenetur, *ut c. scelus*, 2. *q.* 1. *& c. Regum* 23. *q.* 5. quod ipse so-

UVA. BHSC. SC 05749

solus sine consilij maturitate facere non posset: quia magno labore ipse ac populus suus consumaretur; & esset ultra vires suas, quod sustinere non posset. „ Exo. 18. “ Et se ipsum in consilio suo affligere. *Ecclesia*.30. tria ergo circa hoc sunt utilitèr expedienda. Primò quos, & quales debeat rex in suos eligere consiliarios? Secundò qualitèr consiliarij debeant in consilio se habere? Tertiò an, & quod consilium sit sequendum?

Circa primum, Rex debet provide eligere de populo suo consiliarios, viros potentes, scilicèt, in virtutibus, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & oderunt avaritiam; qui videant, & expediant minora, majoraque referant regi; & sic poterit rex regni negotia expedire; & omnis populus cum pace in loca sua revertetur: ut Jetro Moysi cognato suo consuluit in deserto. *Exo*. 18. Grave namque esset Regi soli totum populum suum sustinere, & multis afficeretur malis: numeri 11. Item eligendi sunt senes populi, ac magistri, seu doctores in consiliarios regis, ut cum rege substentare possint onus populi, & ipse solus non gravetur. *Numeri* 11. *unde Inno. Papa ait*. Seniores provinciæ congrega, & eos interroga, faciliùs namque invenitur quod à pluribus senioribus quæritur, *ut c. de quibus*. 20. *di*. Nam licet canicies hominum est prudentia. *Sapient*. 4. Et gloria senum est canicies; & non per decrepitam ætatem, sed per sapientiam seniores nominantur, *ut c. fi*. 84. *d*. & propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis à paruis, vel minimis eruditis. Si quid forte utilitatis aut salutis est nemo inquirere negligat. *ut c. fi*. 38. *di*. Sed cum ab antiquioribus, & veracioribus veritas perscrutanda est. 2.*Esdre*. 6.*&* 7. *c*. 1. 35. *q*. 6. Nam in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. *Tobiæ* 11. nec prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis. *Eccl*. 8. & in dubijs recurrendum est ad exempla majorum *c. q. de mensa*.37.*di*. Et magnum est justitiæ bellum. *Sapi*. 14. Nam secundum doctores præfertur antiquitas in libris corrigendis, *c. ut veterum* 9. *di. in consuetudinibus sequendis c. ridiculo sum* 12. *di*. In consilijs quærendis, *c. domino sancto l. di. & c. de quibus* 20. *di*. In prælatis eligendis 61.*di. statuimus*. In eleemosynis largiendis 86. *di*. non satis in reverentiæ exhibitione, *ff. de mune. & ho. l*. 2. *in princ*. In instrumentorum depositione: *ff. de fide instr. l. fin*. In testificatione, 35. *q*. 6. *notificamus*. In suspensionis remotione; 34. *d. c. fraternitatis*. In pœnæ relaxatione, *ut all. c. tanta* 86. *di*. Speciosum namque est canitiæ judicium: & à senioribus cognoscere consilium; quam speciosa veterani sapientia, & gloriosus intellectus, & consilium. *Eccle*. 25. Nam senectute dignus, adolescentibus exemplum relinquit, ut Eleazarus fecit. 2. *Macha*. 6. Senibus enim multitudo credit populi. *Dani*. 13. Corona senum multa peritia. Et gloria illorum timor Dei. *Eccle*. 25. Corona autem dignitatis senectus, quæ in vijs justitiæ reperietur. *Prover*. 16. Senectus itaque veneranda est. *Sapi*. 4. Nam de senibus præsumendum est bonum, 18. *q*. 2. *diffinimus*. Nam propter senectutem auctoritas præstatur; 7. *q*. 1. *factus est*. Et est ratio, quia senes quanto mora viciniores effecti sunt, tanto sollicitiores, & timidiores sunt, *ut c. tanta* 86. *di*. Non tamen hoc intelligo de senibus, qui se nesciunt, & delirantur per nimiam ætatem; qui dicuntur à sensus diminutione, qui per vetustatem dissipantur. Nam dicunt naturales puerorum, & senum ætates convenire. In istis enim sanguis nondum calidus, in illis jam frigidus *ut Archi. not. in alle. c. tanta*. Sed auctoritates, & jura, ibi allegata, loquuntur de senectute, qui sapientiam auget: & dat matura consilia, *ut ibi Archidia*. non tamen loquuntur de senibus qui suo exemplo ad interitum trahunt corda juniorum: scriptum est, *not. Isa*. 42. Laqueus juvenum, omnes vos senes. Nam maledictus puer centum annorum. Et hoc ideo, quia mala exempla seniorum magis corrumpunt; ideo magis sunt cavenda; & gravius punienda; *ut c. Paulus*, 2. *q*. 7. *Et c. præcipue*. 11. *q*. 3. pro senili autem ætate præsumendum est potius, quam pro juvenili, *ut c. cum in juventute de præsumpti*. 34. *di*. §. *cæterum*. Et jurisperitus ex verbis seniorum rusticorum argumentatur. *ff. de le*. 3. *l. si chorus* §. 1. licèt labes luxuriæ frequentius in senectute expiatur, *ut alle. c*. Cum in juventute: non tamen hoc est semper, juxta illud; stultitia est quæ te non sinit esse senem, *ut ibi not. glo*. Et sæpe antiqui mentiuntur, *ut c. uni. in fi. de sacra*, *uncti*. Moralis enim maturitas in senibus esse solet, *ut ca. nisi cum pridem*. §. *alia vero*, *de renunci*. Sint autem consiliarij viri consilij: sicut fuit Sy-

UVA. BHSC. SC 05749

Symon. 1. *Mach.* 2. graves enim expertosque viros consilij sui rex adhibere debet participes, & cum eis communi deliberatione pensare, *ut c. estote in fi.* 1. *q.* 1. Consilium vero regis cum principibus suis inniendum est. 2. *Paralypo.* 32. *in princ.* Item consiliarij debent esse prudentes, & sapientes, ut fuit patruus Jonatham. David consiliarius prudens: & litteratus. 1. *Paralypo.* 27. *in fin.* virtutis enim fructum sapiens in conscientia ponit, stultus autem in gloria. *ut Seneca ait.* Dignum inquit est regiæ magnificentiæ sapientes regio more adesse. Et eorum facere cuncta consilio scientium leges: & jura majorum. *Hester.* 1. Et non solùm litterarum peritia, sed etiam negotiorum, dispositione, consiliarium oportet prudentem esse. *ut* §. 1. 36. *di.* Nam litteris carens huic officio aptus non est. *ut c.* 1. *eadem di.* Consilium enim custodit regem, & prudentia servat illum. *Proverb.* 2. Nam consilium sapientis fons vitæ permanentis. *Eccl.* 21. Juxta illud. Consilium semper à sapiente perquire. *Tobiæ* 4. Nam sapientiam, & doctrinam stulti despiciunt. *Proverbi.* 1. Consilium enim scientiæ despiciendum non est, *ut ibi.* Gloria namque regis est, probos, & sapientes in consilio suo habere; & gaudere debet cum tales elegerit consiliarios. *ut c. esto.* 95. *di.* Si enim delectamini sedibus, & sceptris, ò reges populi! diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis: diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis: multitudo autem sapientium, sanitas est orbis terrarum, & rex sapiens populi stabilimentum est. *Sapientiæ* 6. Nam tunc benè regitur respublica cum philosophi regnant: & reges philosophantur: & sapientum consilio regnum in justitia gubernatur: quia scientia juris est altera militia, qua reprimuntur audaciæ, & emendantur injustitiæ. 2. *parti. tit.* 10. *l.* 13. Sint autem tales regis consiliarij, qui non solùm monasticam scientiam, qua quis bonum seipsum regit, seu etiam economicam, qua familiam domus suæ benè gubernat: sed, & etiam politicam habere debent scientiam: qua civitates, & regnum consilio suo regere sciant. *ut not. Lauren. in* §. *nece.* 47. *di. & Jo. mo. in prin.* 6. *lib.* Caveat ergo rex, ne consiliarum habeat, qui seipsum gubernare nesciat: contra id quòd Terentius ait: Opus est defensione ei, quem mihi defensorem paro, *ut not. Laurentius, ubi suprà.* Talis namque si inhabilem se reputet, tamen, & tale non acceptet officium: sed dicat id quòd scribitur, 40. *di. c. ante omnia in fin.* quod enim extimo ut locus gubernaculorum mihi tradatur qui remum tenere non novi? Nam propter defectum scientiæ, & boni consilij populus domini in captivitatem fuit ductus: & nobiles ejus interierunt fame, &c. *ut c. ve qui dicitur* 11. *q.* 3. Debent etiam consiliarij eligi amici, & boni intellectus; necnon, & secreti commissi non revelatores. Et tales sunt honorandi, 2. *parti. tit.* 9. *l.* 5. nota tamen, quòd rex non omnes indifferentèr debet in consiliarios assumere, sed illos tantum, qui vita moribus & scientia comendantur; cum in talibus non sit acceptio personarum habenda, sed virtus scientiæ, & vita, sunt attendenda. *Archi. in c. venerabilis, de præben.* Unus itaque de mille sit regis consiliarius. *Eccl.* 6. Item rex plurimorum tenetur consilium requirere: quia per ampliores homines perfectissima veritas revelatur. 1. *Paralypo.* 13. *in princ. & C. de Fideicommissis, l. fin.* §. *pe.* Et integrum est judicium quòd plurimorum sententijs confirmatur, *ut c. extra conscientiam* 64. *i. & c. prudentia.* §. 1. *de Offi. del.* Et ubi non est gubernator populus corruit. Salus autem ubi multa consilia. *Proverb.* 11. Dissipantur enim cogitationes, ubi non est consilium: ubi vero plures sunt consiliarij confirmantur. *Prover.* 15. Item vani consiliarij, & mendaces in consilio regis, non debent stare, nec in ejus nominari scriptura, *Ezechi.* 13. nec cum fatuis rex consilium ineat: non enim poterunt diligere nisi qui ipsis placent. *Eccle.* 8. *unde Salustius.* Omnes enim qui de rebus dubijs consulunt ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet: nec facile animus vera providet; ubi illa officiunt. Item rex per prius scire debet quæ sit necessitas consiliarij antequam ab eo consilium petat, ne consiliarius consilium prodeat. Et quid ipse consiliarius in animo cogitabit ne forte mittat sedem in terra; & dicat regi bona est vita tua. Et stete converso videre quod regi eveniat. Nam cum viro irreligioso rex tractare debet de sanctitate, & cum injusto de justitia, & cum milite timido de bello, & sic de alijs: Et non attendat his in omni consilio, sed cum viro justo rex debet esse assiduus: quemcumque cogno-

UVA. BHSC. SC 05749

noverit timorem Dei obſervantem, cujus anima ſit ſecundum animam Regis, & *c. Eccl.* 37. unde Tulius alia lex eſt, ut cum amico cuncta deliberes.

Circa ſecundum. Cum conſiliarij per Regem fuerint electi juramentum præſtare tenentur, quod benè & fidelitèr conſilium impendent, juxta formam legis ordinatæ per Dominum Regem Henricum ſecundum bonæ memoriæ, *in Curijs Segoviæ*, *anno* M. CCCCVI. Et hoc ad inſtar judicum teſtium, & advocatorum, qui jurant. *ut C. de judicijs l. properandum & l. rem non novam: & in l. jurisjurandi C. de teſt.* Item omnes Regis conſiliarij ſolum Deum Regis, & patriæ utilitatem, præ oculis habendo convenire debent, quaſi unus homo, una mente, unoque conſilio, ad inſtar populi Iſrael. *Judic.* 20. » Omnes inquit unanimes, & » cor unum habere debent, quia nihil » prodeſſet, ſi eos continuaret una do» mus, idem officium, & unus Domi» nus, & eos voluntas ſepararet diverſa.« *ut Ber. tit. de concordia libro ad ſororem.* Item, per Regem ſunt conſiliarij vocandi, & in conſilio ſedere debent. 2. *Eſdræ* 3. & continetur in dicta Regis Henrici ordinatione. Item, debent ad latus Regis ſedere, non ad pedes. *ut not. Bar. ff. de excus. tu. l. juriſperitos in prin. & non in l.* 2. *C. de actua. li.* 10. Fiat autem conſilium ante ciborum eſum, ad inſtar teſtimonij dicendi. *ut in c.* 1. *de teſti.* quia venter pinguis. *ut Jero ait.* craſſum ſenſum generat. 44. *di.* §. *fi.* Item conſiliarij, maximè doctores, etiam ſi infeſtentur, non debent à recta intentione recedere. 43. *di. c. ſcimus.* Sit (inquit) conſiliarius fidelis, & conſtans, nam tanta debet eſſet ejus conſtantia, ut prius auferatur ei vita, quam fides. 23. *q.* 8. *c. convenior. circa fin.* ne ſit duplex animo. » Nam talis inconſtans eſt in omni» bus vijs ſuis.« *Jacob* 1.

Nec ventilet ſe conſiliarius in omnem ventum, & non eat in omnem viam. » Sic enim peccator probatur in duplici » lingua.« *Eccl.* 5. Feſtinet inquam Rex conſiliarium circa ſe habere virum optimum, & purum undique, & contentum his quæ ſibi dantur pro ſalario. Et ſi quidem propter ſpem acceſſerit, & non fuerit inventus Regi cuſtodiens fidem juſtam, ille quidem expeleretur, & alio Rex utatur conſiliario, regem, & juſtitiam eis cum puris ſervante manibus publicè, & privatim. *ut text. in auc. de manda. prin.* §. *feſtinabis &c.* Fugiat conſiliarius omne genus mendacij. *ut c. omne genus.* 22. *q.* 2. ne dicat bonum, malum; nec malum, bonum. *ut c. ve dicitis.* 11. *q.* 3. Nam os quod mentitur, occidit animam ſuam, *ut c. nec* 22. *q.* 2. & abominabilis eſt apud Deum, qui juſtum dicit injuſtum, & è contra. *ut c. ſi quis ea cau. & q.* nec etiam celare debet veritatem, cum talis ſit mendax. *ut not. in l. ſed & ſi* §. *patron ff. de injus. vo.* nam qui veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe provocat, uterque enim reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat. *ut c. quiſquis* 11. *q.* 3. melius eſt autem pro veritate pati ſupplicium, quam pro adulatione ſuſcipere beneficium. *ut c. nemo ea cau. & qui* veritas enim ſpirituale debet redolere fervore, & exeat in publicum ex frequenti ardore. Et pax prædicata labijs, cum voluntate animi concordet. *ut c. diaconi* 93. *di.* Nam ſcriptum eſt, veritas valet, & invaleſcit, & in æternum vivit, & optinet in ſæcula ſæculorum. *c. conſuetudo.* 8. *di.* veritas nunquam fallit, nec fallitur. *c. à nobis* 2. *de ſent. ex.* Et non ſolum ille proditor eſt veritatis, qui transgrediens veritatem, pro veritate palam mendacium loquitur, ſed etiam ille qui non veritatem pronuntiat, quam liberè pronuntiare oportet, aut non liberè veritatem defendit, quam libere defendere convenit. *ſecundum Joa. Chryſ.* 11. *q.* 3. *nolite.* Item Jero. ad Celantiam de hac veritate inquit: nunquam errat mutatio, quæ ſequitur veritatem. Et idem ait *Jero. ſup. Jere.* veritas claudi, & ligari poteſt, vinci non potſet. Et quæſitorum paucitate contenta, ex multitudine hoſtium non terretur, & de ſe dicebat Aug. fieri non poteſt, ut veritatis cultor mendæ colla ſumittat. *ut not. Jo. An. in c. à nobis* 2. *de ſen. excom.* Item conſiliarius contra conſcientiam nihil àgat, ſeu conſùlat, ſolus enim Deus novit conſcientias noſtras, & ei cor omne patet, & omnis loquitur voluntas. 24. *q.* 3. *Deus not. gl. in c. diaconi.* 3. 93. *di.* Item conſiliarij Regis in conſilio exiſtentes intenti tacere debent ad conſilium. *Job* 29. nec in conſilio contentio, ſeu rixa, eſt admittenda. Nam in loco benedictionis, id eſt, conſilij confidentes nullus debet, aut indiſcretis vocibus percipere, aut quibuslibet tumultibus perturbare, nullis etiam fabulis vanis, vel ri-

UVA. BHSC. SC 05749

risibus agi, & quod est deteriùs, obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. Si quis enim, ut amplius *ait Jaco.* 1. »putat se religiosum non refre» nans linguam suam, sed seducens cor » suum, hujusmodi vana est religio.« Cultum enim suum justitia perdit, quando silentia judicij, seu consilij obstrepantium turbo confundit, dicente propheta. »Erit cultus justitiæ silentium,« debet ergo quidquid aut confidentium consultationibus agit, aut ab agentium parte proponitur, firmissima relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus sensus audientium turbent, nec judicij, vel consilij vigorem pro tumultu enervent. Quicumque ergo in congregatione consilij, hæc quæ promissa sunt violanda crediderit, & tumultu, aut contumelijs, vel risibus consilium perturbaverit, juxta diem legis æditum. *scilic. Prover.* 21. quo præcipitur eijce derisorem, & exhibit cum eo jurgium cum omni dedecore, de consilio abstractus à communi cætu se cedat, &c. Ut hæc omnia in *c. in loco* 5. *q.* 4. Item non cogitentur consilia, quæ non possunt stabiliri; *Psalm.* 20. & Rex cum consilio vanitatis non sedeat, & cum iniqua gerentibus non intret. *Psalm.* 25. Nec ipsi consiliarij vanos sermones loquantur; nam vanus sermo cito poluit mentem, & facile agit quod libentèr audit, hoc procedat de labijs quod aures ædificet audientium: nam bonus sermo, vanam conscientiam demonstrat, & lingua ostendit conscientiam hominis, quia ex abundantia cordis os loquitur. Nam quæ consiliarij locuti fuerint, gravitate, atque doctrina digna fient, sint sermones sui irreprehensibiles. Sciant quoquo tempore dicant. Considerent qua ora loquantur. Taceant usque quo interrogentur. Et interrogatio ora eorum aperiat. Et sua verba sint pauca, ne transeant mensuram loquendi. Sapientia namque brevem sermonem facit, ut hæc omnia *per Ber. in dict. lib. ad sororem. c. de silentio facit. c. sit rector.* 47. *dis.* Temperare etiam se debent consiliarij cum prudentia, ne de bono faciant malum, & respiciant quod sit aptum cuique tempori. Et videant, quod debeant, & ubi, & quandiu, & qualiter, & quando faciant per discretionem. Cognoscant causas rerum cum omni diligentia, distinguant contra quem agunt, diligenter excogitent qualiter bonum incipiant, & perficiant, teneant discretionem in omnibus actionibus suis. Et cum benè distinxerint opus suum bonum, justi erunt. Quicquid boni fecerint cum discretione, virtus erit. Quidquid sine discretione, vicium erit. *ut Ber. in dict. lib. c.* 64. ut virgo semper consideret, &c. Unde Boetius. Neque enim quod ante oculos situm est, sufficiat intueri, rerum exitus prudentia metitur; unde Tulius summum quidem ingenium est, aut constituere quid accidere possit in utraque parte, & quod agendum sit, cum quid evenerit non committere, ut aliquem dicat non putabant. Item Seneca consiliatoris an est hominem admonère nihil fœlicitati suæ ascribere. Stultam fiduciam semper mansuetæ potentiæ sibi excùtere. Item, sic consiliarij Regi consulant, quod à justitiæ tramite, quæ est inter Deum, & mundum mediatrix non declinent. 2. *parti. tit.* 9. *l.* 28. » Item Rex in consilio lu» dentium non sedeat, & gloriatus erit à » facie manus Dei.« *Hiere.* 15. Item consilium, maximè in arduis, requirit deliberationem, & tempus. Nam nos tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus, nec præcipitèmus consilia, & opera nostra, nec eorum ordinem corrumpamus. *ut c. ponderet circa prin. l. di.* Nam noverca est justitiæ voluntas præcipitantis judicis. *ut in cle. pastoralis.* §. *verum de re judici.* Item, bonæ rei est dare consilium, & præsentis habetur vitæ subsidium, & æternæ remuneratìonis expectare decernitur præmium. *ut c. bonæ in prin.* 12. *q.* 2. Et propter bonum consilium præmium expectant. *ut c. non licet* 11. *q.* 3. Ita, & propter consilium malum & fraudulosum consiliarij puniuntur *ut all. c. tanta in fin.* & perpetuo damnantur, *ut c. periculose, & c. noli. de pœn. dis.* 1. » Convertit enim Deus » malum consilium super consulentes.« *Hester* 14. Et consilium pravorum Dominus dissipat. »*Thobiæ* 5. nec eorum » consilia adjuvat.« *Thobiæ* 10. consilia itaque impiorum longe sint à Rege.»*Job* » 21. Nam beatus vir, qui non abijt in » consilio impiorum.« *Psal.* 1. Qui autem ineunt pacis consilia, sequitur eos gaudium. *Proverbio* 12. sic & facientibus nequissimum consilium super eos devolvetur, & non agnoscent unde adveniet illis. *Eccle.* 27. Item consiliarius Regi gravia tanquam levia, vel è contra, consulens si est honorabilis, exulet, & perdet bona; si de minoribus, moriatur.

2. *part.*

UVA. BHSC. SC 05749

2. *part. tit.* 13. »Sed cum Deus est cum » Rege consilium malum dissipabit.« *Isaiæ* 8. *Jere.* 19. absit enim quod contra aliquos Regis consiliarios dicas, id quod scribitur. *Isaias* 19. »Stulti principes Thaneos sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium. Insipiens » malè namque consulens non obtinet, » ut consilium perficiat ad instar Nicharonis.« 2. *Macha.* 15. malignantes autem consilium, iram Dei incurrunt. *de qua Psal.* 82. Quid si convincantur consiliarij dolo, & iniquè consuluisse? de dolo tenentur, & aliàs puniuntur, ut legitur, & not. *in l. consilij non fraudulenti. ff. de re jur. & in c. sane de renuncia. & in l. qui servo persuaserit.* §. 1. *ff. de fur.* Et contra iniquè consulentes potest agi quanti interest regi consilium datum non fuisse. *ff. de dolo. l. arbitrio.* §. *dolo.* Et si solvendo non sit restituit is cui consilium datur ad pristinum jus. *ff. de dolo l. eleganter.* §. *pen. & ff. de eo* per quem factum est. *l. fi.* Et falsus consiliarius efficitur infamis. *ut c. si adversus*, *& c. excommunicamus.* §. *credentes de hæreti.* quod intelligo de fraudulento consilio, ut plenè not. *in c. nullus ex consilio. de re jur. lib.* 6. Et per Spec. *tit. de requisi. consilij.* §. 1. *ver. consiliarij autem.* Idem si per imprudentiam falsum consilium dedit, quia non excusatur imò venit puniendus. *ut ff. de varijs & extra or. cogni. l. fi.* quia imprudentia culpæ annumerat instit. *de l. Aquill.* §. imperitia quoque de homicid. *c. tua. & de æta. & qualit. c. ad aures* fatuus est tamen qui imperitum elegit consiliarium, & sibi imputet. *instit qui. mo. re contrahi. obli.* §. *præterea*, *& instit. per socio.* §. *fin. & Spe. ubi supra.* Consiliarij etenim infideles morte judicio Dei plectuntur, ut contigit Achitophel regis David consiliario iniquo. 2. *Reg.* 15. Si tamen consilium non est fraudulentum, sed bona fide impensum, licèt malum exitum habeat consiliarius non obligatur, *ut d. l. consilij*, *& alle. c. nullus ex consilio.* absit enim, ut ea quæ propter bonum, & licitum facimus, nobis debeant imputari si quid præter nostram voluntatem inde contingat, *ut* 23. *q.* 5. *de occidendis.* Postquam autem consiliarij, sicut promittitur, juraverint, cavère debent, ne denùdent secreta consilij: nam qui denùdat archana amici, perdit fidem; & non inveniet amicum ad animum suum. *Ecclesi.* 27. Consiliarij verò contra facientes, & consilij secreta denudantes, proditionem committunt, & pœnam patientur, admodum mali, ex consilio provenientis, 2. *part. tit.* 9. *l.* 5. & debent à consilio privari, & arbitrariè per Regem puniri. Et hoc si talis fuerit causa, quam omnes de consilio dixerint sub silentio servandam, ut Rex Henr. in ordinatione de qua supra. De jure verò consiliorum Regis annunciatores, seu revelatores, mortis pœna plectuntur, *ut l. si quis aliquid* §. *ff. de pœnis.* Et tales dicuntur hostes Regis, & multo nequior est hostis occultus, quam ille qui foris est, & evidentèr inimicus est. 94. *dist. si inimicus.* Unde Boetius. Nulla pestis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus, nec est deterior hostis, quam fictus amicus, non odium graviùs, quam simulatus amor. *ut ibi not. glos. facit* 13. *q.* 1. §. 3. Et est simile. 2. *q.* 2. *c.* certè de quibus fraudulentis consiliarijs dicitur, id quod *Jere.* 1. *legitur.* » Vocavi amicos meos, & ipsi » deceperunt me, malo tamen consilio » sapiens resistat, & non consentiat, » sicut consentire voluit malo de Christi » morte consilio Centurio ille Joseph. ut » vir bonus & justus.« *Lucæ* 23. *in fin.* De fidelibus autem consiliarijs. *Isaiæ* 40. scribit dicens: »Quis est Regis con» siliarius, & cum quo rex init consi» lium, & instruxit eum semitam justi» tiæ? Erudivit eum scientia, & viam » prudentiæ ostendit illi, &c.«

Circa tertium videtur dicendum, quod audire debet Rex consilia prudentium, & verba sua, & erit Dominus secum. *Exod.* 18. *Jere.* 38. Et bono consilio Rex acquiescere debet. *Proverb.* 1. Nam qui cuncta agit cum consilio, regitur sapientia. *Proverb.* 13. Et astutus omnia cum consilio agit, ut ibi juxta illud. »Audi con» silium, & suscipe disciplinam, & eris » sapiens in novissimis tuis.« *Proverb.* 19. Unde Oratius. Vis consilij expers mole ruit sua, nam sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri; sed homo sapiens exhauriet illud. *Proverb.* 20. »Nam » bonum consilium, quam plurimos à » morte liberavit.« *Josue* 9. *circa fin.* Consilium tamen quod ad malum tendit, Regi placere non debet. *Hester* 5. »Cus» todiat itaque Rex consilium sapientis, » & erit vita animæ suæ, & gratia fauci» bus suis, & tunc ambulabit fiduciali» ter in via sua. *Proverb.* 3. Nam qui » boni consilio non adquiescit dignitatem » amittere debet, exemplo Roboàn, qui » se-

UVA. BHSC. SC 05749

TITULO PRIMERO.

DE LA SANCTA FE CATHOLICA.

Ley I. Cómo todo Christiano la debe guardar.

TOdo Christiano (*a*) firmemente crea, (*b*) è tenga, que uno solo es Dios (*c*) verdadero

---

» senioribus non credidit.« 3. *Regum* 12. 2. *Parali.* 10. *& cap. denique* 8. *q.* 1. Et ad instar uxoris Loth, quæ in statua est conversa. *Genes.* 19. Consilium inquit providi placere debet Regi, sicut consilium Joseph placuit Pharaòni, & propter id regnum ejus fame, & penuria non perijt. *Gen.* 41. Unde Salustius. Vigilando, consulendo, benè agendo prosperè omnia cedunt. » Et qui sapiens » est, addit consilium, & qui init pacis » consilium, sequitur eum gaudium. *Pro-» verb.* 12. Nam sicut loramentum li-» neum in fundamento colligatum ædifi-» cij non dissolvit, sic & cor confirma-» tum in cogitatione consilij. *Eccles.* 20. » Sine consilio enim nihil est faciendum, » & post factum non pœnitebit eum, cui » impenditur. « *Eccles.* 32. Consilium autem prævenire debet factum. Unde Salustius. Priusquam incipias consulto, & postquam consulùeris maturè, facto opus est. » Et Salomon. Palpebræ tuæ præce-» dant gressus tuos, idest consilia actus » tuos præveniant, ante omnia ergo ope-» ra, verbum verax, præcedat Regem. Et » ante omnem actum consilium stabile.« *Eccles.* 37. » Nam aurum, & argen-» tum, & constitutio pedum, & super » utrumque consilium beneplacitum « *Eccles.* 40. Bona enim consilio inimici vincuntur, & sub tributo ducuntur, & in potestate metalla auri & argenti rediguntur, & loca possidentur, & loca quæ longè sunt pacificantur, adversarij conteruntur, destruntur, & in servitutem rediguntur, regna obtinentur, & nomen Regis timetur, exaltatur in gloria ad instar Romanorum, & hoc propter continuum multitudinis prudentum consilium. *ut legit.* 1. *Machab.* 8. » Emittat Christus spiritum gratiæ, do-» ni consilij, ut vestigia gressum Regis » operaque sua illustrentur, & rectarum » semitarum itineribus semper incedat. » Amen. «

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley primera de la primera partida en el titulo de la Sancta Trinidad. Concuerda la Ley primera de las Ordenanzas Reales nuevas en el titulo de la Sancta Trinidad.

(*a*) TODO CHRISTIANO. Scilicèt, opera Christi, faciens, aliàs Christianus nominari non meretur. *ut c. cavete* 23. *q.* 2.

(*b*) CREA. In Christum quippe credere est amando in ipsum tendere, hæc est fides, ut diffinit Apost. *ad Galat.* 5. quæ per dilectionem operatur, & talis est fides informata charitate. *de pœn. dist.* 2. §. *item Dominus & glos. ibi.* nam qui dicit se nosse Dominum, & mandata ejus non custodit, mendax est, & in eo veritas non est. *de pœnit. dis.* 2. sic enim inquit: quomodo enim corpus sine spiritu mortuum est; sic & fides, sine operibus mortua est. *Jacob.* 2. *& alle. c. si enim inquit. &* 1. *q.* 1. *sicut urgeri.* ne grande putemus unum Deum nosse cum dœmones credant, & tremiscant. *Jacob.* 2. *& dict. c. si enim.*

(*c*) DIOS. O quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus. *de pœnit. dist.* 4. §. *verum ver. si ex bono.* Et hoc idem in effectu ponit text. *extra eo. tit. c. firmiter. ubi vide glo. magistralem, & notabilem quæ tractat de fide, & de quatuor symbolis, in quibus fides nostra consistit, &* 1. *part. tit.* 3. *l.* 1. Et quia de fide prohibetur, & est periculosum tractare seu disputare. *ut in l. nemo clericus. c. eo tit.* 24. *q.* 3. *cum quibus* 96. *dist. c. nos ad fin.* 45. *dist. in mandatis de hæreticis. c. quicumque.* §. *inhibemus. libro* 6. ideo de hoc tractare omitto. Et hoc facere paginæ remitto venerabilibus magistris. Coram quo causa fidei sit agitanda, & an tunc imperator est vo-

UVA. BHSC. SC 05749

Padre, è Fijo y Espiritu Sancto, y estos tres son un Dios, è una natura, (*a*) è una cosa que hizo de nada los Angeles, (*b*) è los homes, y el Cielo (*c*) y la Tierra, è todas las otras cosas, (*d*) è tambien las que vemos y sentimos, como las que no sentimos. E hizo Angeles buenos por natura à Lucifer, (*e*) è à los otros, que despues por su maldad (*f*) son hechos diablos, è malos. (*g*) Y esta santa Trinidad ante

---

vocandus. 79. *dist. in illis* 24. *quæst.* 1. *quotiens.* 96. *dist. ubi.* an sit peccatum in articulis fidei non rectè opinari. *not. Innocent. eo tit. c.* 1. *& ibi glos. de hæreticis c. cum Christus*, *& Innocent. de const. ne innitaris.* An Christus sit verus homo, & ex humana carne. *not. in dict. c. cum Christus.* Quibus ex causis quis excusatur non servando præcepta legis. 35. *dist. ab exordio de decem præcep. decalogi*, *& de* 1. *&* 2. *tabula.* 32. *q.* 7. *adulterij.* Qualiter & quibus personis Spiritus Sanctus procedat, & unde Græci inducti sunt ad male credendum. *de conse. dist.* 5. *c. penult. & ult. eo tit. c. uni. lib.* 6. An in Trinitate sit invenire prius & posterius, & an essentialiter intelligatur qui in Trinitate personas distinguunt. *de conse. dist.* 5. *c. fin.* An naturæ necessitate, vel peccati merito Adam mortuus est. *de conse. dist.* 4. *placuit igitur.*

(*a*) Una natura. In his enim omnibus in quibus Deus pater exit una cum patre æternaliter subsistit Filius incommutabilis, incomprehensibilis, immensus, omnipotens, & ineffabilis. *ut. cle. uni. extra eo. tit.* §. 1. *& ibi gl.* eadem enim habet essentiam, substantiam seu naturam. *ut c. firmiter. extra eod. tit. in princ.* De mysterio autem Trinitatis & Unitatis tractat plenè magister sententiarum. *lib.* 1. *di.* 2. *per totum.* ubi dicit ipse in princ. quod mentis humanæ acies invalida in tam excellenti luce non figitur nisi per justitiam fidei emundetur, quia nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid invenitur, &c.

(*b*) Que hizo el Cielo. De modis divinæ operationis, & quod in quibus diebus Deus mundum formavit. *vide librum sententiarum* 2. *dist.* 13. *cum sequentibus.*

(*c*) Los Angeles. Fuit enim Angelus in charitate conditus: sed dum se superbiendo præsumpsit, ab ea alienus factus est. *ut* §. *quod autem reprobi de pœnit. d.* 2. ubi dicitur: quod Angelus nobis similis factus non est propter infirmitatem humanæ conditionis. Nam Angelus statim fuit post creationem capax rationis, homo autem non donec sit adultus. *ut ibi not. glos.* Item not. quod novem sunt ordines Angelorum, ut per sacra eloquia aperta ratione memorantur: scilicèt Angeli & Archangeli, Troni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Cherubim, atque Seraphim, & sic civium supernorum ostenduntur distinctiones. *ut* §. *hinc & Greg. de pœnit. d.* 2. De creatione autem Angelorum, & de his quæ in initio suæ conditionis fuerunt attributa, & alia circa hanc materiam vide plenè *magistrum sententiarum lib.* 2. *dis.* 2. *cum sequentibus.*

(*d*) E las otras cosas. An omnia fuerunt simul creata, vel diversis diebus. *vide lib. sententiarum*, *ubi sup. & c.* 6. *die.* 35. *d.*

(*e*) A Lucifer. Ipse autem lucifer & omnes alij Angeli fuerunt æquales in tribus, scilicèt in essentia, in sapientia, & in libertate arbitrij, omnes autem justi & boni creati fuerunt. *ut dicto libro* 2. *sente. dis.* 3. Quomodo diabolus dicitur princeps mundi, & an aliqua eum lateant. 32. *q.* 2. *c. pudor.* Item an diabolus natura creatus sit bonus. *in c.* 1. *extra eod. tit.* 13. *d. c. qui Episcopus.*

(*f*) Por su maldad. Notatur, quod velox sine discretione agens est iniquitas quæ ad nocendum occasionem suggerit: nam lenta virtus & cunctatrix. tarda animam deliberat, quàm incipiat quid decorum, quid honestum: iniquitas namque omnia præcipitat. *de pœnit. dist.* 3. *c. inter hæc.* combusta enim fuit Angelorum virtus fervore, & fumo iniquitatis, ut ibi beneno, quod peccatum est opus iniquitatis, iniquitas est qualitas mentis. Unde qui vult cavere à peccato extirpet radicem peccati, scilicèt iniquitatem. *ut* §. *David quoque Ber. Item Ambrosius de pœn. dist.* 3

(*g*) Son fechos malos. Non autem ex

UVA. BHSC. SC 05749

de la Encarnacion de nuestro Señor Jesu-Christo dió ley, y enseñamiento à su Pueblo por Moysen, (*a*) y por los otros sus Profetas, y sus Sanctos, porque se pudiesen salvar. (*b*) Y despues nuestro Señor Jesu-Christo, Fijo de Dios, y Dios verdadero, uno con solo Padre, y con Espiritu Sancto recibió carne humana, y fue concebido de la Virgen Sancta Maria, (*c*) è nasció della verdadero home, (*d*) y verdadero Dios, y enderezó, y cumplió la Ley (*e*)

---

ex creante, nec pro jacente materia, sed ex propriæ libertatis arbitrio vicium superbiæ in angelicam naturam processit. *de pœnit. d.* 2. §. *quod autem*, & sic not. quod altissima illa sublimitas, scilicèt lucifer cecidit, quis cadere non possit, si in cœlo ruinæ quanto magis in terra? *ut c. si enim inquit de pœnit. dist.* 2. *circa finem.*

(*a*) Por Moysen. *Exodi* 34. de Moyse namque laudes sunt referendæ propter charitatem quam erga populum habuit. *ut* §. *opponitur de pœnit. dist.* 2. Cui Dominus facie ad faciem loquebatur, sicut Dominus amico suo solet loqui. *ut ibi & Exodi.* 33. *& c. Moyses* 8. *q.* 1. „nemo enim mortalitatem „ agens, Deum in essentia videre potuit „ nisi Moyses tanquam futurus judæo„ rum prædicator, & Paulus tanquam „ futurus christianorum prædicator ex „ Dei privilegio speciali. „ *ut not. Jo. An. in glo. ordinaria cle. ad nostram de hæreticis.* non tamen Deus in essentia in specie visibili videri potuit, cum non habeat membra distincta. *ut c. odi. & ibi glos.* 24. *q.* 1. sed in essentia per Angelum. *ut li.* 2. *sen. di.* 8. *not. glos. & Archi. in all. c. Moyses* 8. *q.* 1.

(*b*) Se pudiesen salvar. Liberi arbitrij nos condidit Deus; ut nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur; alioquin ubi necessitas, nec corona est, nec pœna. *ut c. Si enim inquit. ver, liberi arbitrij de pœnit. di.* 2. natura tamen humana facilè labitur ad delicta. *ut not. glos. in c. alma mater, de sen. ex li.* 6. Nam caro menti repugnat, nec subdita est animi gubernaculo, & mentis imperio aliena est terra, ita sterilis virtute, quæ non acquiescit consilio cultoris. *de pœnit. d.*3. §. *in salicibus.*

(*c*) De la Virgen Sancta Maria. Ideoque voluit de Maria Virgine incarnari, & non de alia; quia sicut ex superbissima natus est morbus, sic per contrarium ex humillima inchoari debuit medicina. *unde Ber.* nomine Evæ ipsi Virgine dictum est ave. *Lucæ* 1. Item sicut ad summam humilitatem Dei filius voluit incarnari, sic summè humilem eligere debuit, in qua, & à qua tanta debet humilitas inchoari, ut ipsa in cantico suo dicit, quia respexit Dominus humilitatem, &c. Item quia prima quæ Deo castitatem vovit, fuit Virgo Maria, unde quia novum doni genus obtulit, novo dono & inaudito debuit honorari. In conjugium autem Joseph consensit instinctu Spiritus Sancti ad cœlandum ministerium, quod dic. *ut* 27. *q.* 2. § 2. *& Joan. And. in cle. unica extra eo. tit.* §. 1.

(*d*) Verdadero home. Assumpsit enim humanum corpus passibile, & animam intellectivam seu rationabilem. *ut alle. cle. unic. eo. tit.* §. 1. unde ait Aug. quod omnes defectus nostros assumpsit filius Dei præter ignorantiam & peccatum. *de hoc* 3. *lib. sent.* 15. *dist. & Jo. An. in alle. cle.* §. 1. Qui si in cruce mortuus non fuisset, ad ultimum senio defecisset, secundum Aug. *& not. glo. in d. cle.* §. 1. Magna namque dispensatione pietatis ad redemptionem generis humani Deus pater, non Angelum, non Archangelum, sed filium suum unigenitum mittere dignatus est; quem quia in divinitatis suæ spem videre nequimus, magna rursus dilectionis arte providit, ut hunc factum ex muliere, hoc est ex maternæ carnis substantia sine virili admixtione conceptum ad humanos verum hominem proferret aspectus; qui in divina virtute ac substantia manens, per omnia quod erat vera natura mortalitatis infirmitatem, quam non habebat indueret, ut hæc Beda super Lucam in Evangelio de circuncisione.

(*e*) Cumplió la Ley. Christus enim qui legem dedit, ipsam legem carnaliter adimplevit. *ut* §. *his ita* 25. *q.* 1. *ubi plene de hoc.*

UVA. BHSC. SC 05749

que fuera dada primeramente por Moysen, è mostró nos la carrera mas manifiesta por do nos pudiesemos salvar. Y este nuestro Señor Jesu-Christo ha en sí dos naturas, de home y de Dios; è maguer, que segun la natura de Dios no pudiese morir, ni sentir ningun mal, segun la natura que tomó de home, quiso morir, (*a*) por nos todos salvar, y sufrir hambre y sed, y otros (*b*) trabajos, è recibió muerte en la Cruz, (*c*) è de mientra que la carne fue muerta en el alma (*d*) descendió à los infiernos, y quebrantólos, y sacó dende sus Sanctos y sus Fieles, y despues resuscitó en la carne, y demostróse à sus Discipulos, è comió con ellos, è dixoles: confirmad vos en la Fé Catholica, y dende subió à los Cielos en cuerpo y en deidad, y dende verna en la fin (*e*) deste mundo, è dará juicio sobre los buenos, y sobre los malos, y à aquel juicio vernemos todos con los cuerpos y en las almas (*f*) que agora traemos, y rescebirémos los buenos buen galardon de gloria por siempre jamás con nuestro Señor Jesu-Christo. E los malos rescebirán pena con el diablo, de

---

(*a*) QUISO MORIR. Concor. exempla redemptos. *C. de summa Trinit.* & sic not. quod Christus mortuus est verè pro delictis nostris, & resurrexit propter justificationem nostram; & passus est pro nobis relinquens nobis exemplum, ut vestigia ejus sequamur, verè enim mortuus est, & verè à mortuis resurrexit. *ut c. cum Marthæ. §. ex eo. de cele. Missa.*

(*b*) E OTROS TRABAJOS. Considerare namque debemos quanta pro absolutione nostra, & liberatione, creator noster Dominus ac redemptor pertulerit;quibusve contumelijs afficiendum tradiderit, ut nos à vinculis potestatis diabolicæ liberaret. *ut c. suggestum* 7. *q.* 1.

(*c*) EN LA CRUZ. Not. causas quare Christus elegit mortem Crucis. Primo, ut illa pendens in aere se inter Deum & hominem mediatorem ostenderet. *ut not. Jo. ad Thimo.* 2. 10. *d.* quam Secundo, ut damna quæ obvenerat per lignum primis parentibus vetitum, per lignum Crucis restauraret. Tertio, ut diabolum quem per lignum vincebat, per lignum superaret, & hæc duo Greg. exprimit *in præfacione de Cruce, qui salutem humani generis, &c. in cle. si Dominum de reli. & vene. san. ante medium.* Quarto, ut evidenter ostenderet pro quibus reparandis patiebatur pro superbijs Angelorum ruinis replendis, pro justis de limbo educendis, pro amicis colligendis, & adjuvandis, pro inimicis reconciliandis, primum designatur per brachium crucis superius, secundum per inferius, tertium per dextrum, quartum per sinistrum, hæc per *Jo. An. in glo. c.* 1. §. 1. *eo. tit. in cle.* Sed consuevit quæri an alio modo posset Deus liberare hominem quam per mortem Christi? & dicimus alium modum fuisse possibilem Deo, cujus potestati omnia subjacent, sed nostræ miseriæ salvandæ convenientior est modum alium non fuisse, nec esse oportuisse, *ut plene not. in libr.* 3. *sent.* 22. *di. in princ.*

(*d*) DESCENDIÓ EN ALMA. Ista verba sic scripta jacent in allegato, *c.* 1. *de summ. Trinit.*

(*e*) EN LA FIN. *De hoc plenè li.* 4. *sent. di.* 43. *cum sequentibus.*

(*f*) LAS ALMAS. Est etenim anima sensitiva, vegetativa, & intellectiva, seu rationabilis, duæ primæ corrumpuntur corpore corrupto; sed est forma corporis humani per se verè, & essentialitèr. *ut text. & glo. in cle. uni. de sum. Tri.* Quo vadat anima cum egreditur à corpore? 13. *q.* 2. *c. epis.* Item quando infundatur anima in concepto? & an omnes animæ fuerunt in principio mundi creatæ? 2. *lib. sent. di.* 17. & de quo creentur animæ? 32. *q.* 2. *c. Moyses. ubi vide per Archi.* quid est anima, & quid est spiritus.

UVA. BHSC. SC 05749

que jamás no saldrán. Y esta nuestra Fé (*a*) Catholica, que firmemente tenemos y creemos, y todo lo al que de la fé guarda la Iglesia de Roma, è manda guardar, como del sacrificio del Cuerpo de nuestro Señor Jesu-Christo, que se hace sobre el Altar por Clerigo Misa cantano, que es derechamente ordenado, como del Baptismo, y de los otros Sacramentos de la Sancta Iglesia. E queremos è mandamos, que todo Christiano tenga fé, è la guarde, ò qualquier que contra ella viniere en alguna cosa, es herege; y recibirá la pena, (*b*) que es puesta contra los hereges.

TITULO II.

DE LA GUARDA DEL REY.

ASI como la enfermedad è la plaga, que es grande en el cuerpo, no puede sanar sin grandes melecinas (*c*) por fierro, ò

(*a*) Nuestra Fe. Articulos fidei quos firmiter credere debemus, ponuntur. 23. *di. quæ epis. de conse. di.* 3. *omnes quos* circa quod nota. quod multiplex est effectus fidei. Nam fides fideles in unum convertit, quos diversitas tenet meritorum. 43. *di. sit rector.* postmodum omnia purgat. 15. *q. fin. c. fi.* 24. *q.* 1. *si Petrus.* Omnes procellas militantis Ecclesiæ superat. 24. *quæst.* 1. non turbatur & in fine Rempublicam magis quam sudores corporales gubernat. 23. *q.* 9. *c. tributum* §. *quamvis.* ubi humana ratio non potest contingere, fides comprehendit. 24. *q.* 1. non turbatur. *in fi.* & in summa nota. quod nisi quis soliditatem fidei tenuerit fidem cognoscere non poterit. 34. *q.* 1. quia ubi enim sana fides non est, non potest esse justitia. 24. *q.* 1. ubi sana, & sine fide falsa est virtus etiam in moribus optimis. 28. *q.* 1. *omnes* §. *ex his*, & omnes christiani tenentur fidem Christi defensare. 96. *di.* Pœna. Quam habes infra. *l.* 4. *tit.* 1. *l.* 2.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley primera, li. 8. *de las Ordenanzas Reales nuevas, titulo de las trayciones que pone las cosas en que se comete traycion contra la persona del Rey, è la Ley segunda del mismo titulo pone la pena.*

Concuerda con esta Ley, la Ley primera y segunda de la septima partida, titulo de las trayciones, è la Ley 6. *del mismo tit. vey cerca desta Ley la Ley* 2. *tit.* 28. *de la segunda partida, è por todo el titulo, concuerda todo el titulo* 18. *de la segunda partida, que pone cómo se han de guardar los bienes y castillos, è casas reales, è quá pena meresce el que hace lo contrario, vey el titulo* XIX. *de la dicha partida, qual debe ser el pueblo en guardar, è defender al Rey de sus enemigos por todas las Leyes del titulo.*

(*b*) Asi como las melecinas. Nota. ergo quod secundum qualitatem, & magnitudinem vulneris, medicina est adhibenda. *ut c. medicina de pœnit. di.* 1. *c. omnes hujus sæculi.* 47. *di.* nam tanta est plaga peccati atque impetus morbi, ut medicamenta virtutum differenda non sint. *ut c. in actione cum sequent. de pœnit. dist.* 1.

(*c*) Fierro. Ferro enim abscindenda sunt vulnera, quæ fomentorum non sentiunt disciplinam. 82. *dist. plurimos in fin.* 16. *q.* 1. *in canonibus*, & quos Dei timor à malo non revocat, &c. *ut c. cum in cunctis de elec.* juxta illud; oderunt peccare boni virtutis amore: oderunt peccare mali formidine pœnæ. *ut glos. fin. in cap. irrefragabili de offic. ordi.*

UVA. BHSC. SC 05749

por quemas, asi la maldad (*a*) de aquellos que son endurescidos, (*b*) è porfiados en facer mal, no puede ser quitada sino por grandes penas: ca escrito es,que el loco (*c*) en la culpa será cuerdo por la pena: è por ende nos debemos pensar è cuidar, que los malos que por su natura son desaguisados è denodados por nuestras leyes, sean derraygados, è cada uno se guarde de mal facer, (*d*) è sepa cómo deber temer, è amar, è guardar al Rey (*e*) è à su señorío, (*f*) y à todas sus cosas: onde establescemos, que todos sean apercebidos de guardar, è de cobdiciar à la vida, è la salud del Rey, (*g*) è de acrescentar en todas cosas su honra del y de su señorío; è que ninguno no sea osado por fecho, ni por dicho, ni por consejo, de ir contra el Rey, (*h*) ni contra su señorío, ni hacer alevantamiento ni bollicio contra él, ni contra su Reyno, en su tierra ni fuera de su tierra, ni de pararse contra sus enemigos, ni darles armas, ni otra ayuda ninguna por ninguna manera. E qualquier persona que estas cosas, ò

(*a*) Asi la maldad. Malicijs namque hominum est obviandum. *ut c. sedes de rescriptis.* nec est malitijs indulgendum. *ut c. plerumque eo. tit.*

(*b*) Endurescidos. Unde Arch. *in ver. sed satis de pœnit. dist.* 3. refert quod Bernardus ad Eugenium Papam dicit, quod durum est, quod compunctione non tunditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, nimis non cedit, induratum ad flagella ingratum ad beneficia, ad consilia infidum, ad judicia severum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, præteritum obliviscens, præsentia non curans, futura non providens, & ut breviter concludam, cor durum est, quod nec Deum timet, nec homines reveretur.

(*c*) Que el loco. *Hoc idem* 8. *dist. c. qui ea* 27. *q.* 1. *si homo esses, & glos. in cap. nisi specialis de offic. le.*

(*d*) De mal facer. Ut alij in pœnam consimilem pertimescantur, & terreantur. *ut in cle.* 1. *extra de offic. ordin. & l. capitalium.* §. *famosus. ff.* de *pœnis.* 2. *q.* 7. *c. qua propter de sta. reg. c. ea quæ.* nam fœlix quem reddunt aliena pericula cautum. *ut not. glos. in c. viduas.* 27. *quæst.* 1.

(*e*) Al Rey. De quo vide quod scripsi suprà in proœmio, & qui ei resistit Dei ordinationi resistit. *ad Rom.* 13. *Actuum.* 5. *& c. qui resistit.* 11. *q.* 1.

(*f*) Y a su Señorio. *Sic infra l.* 4. *titul.* 4. *leg.* 21.

(*g*) La salud del Rey. Unde Vegetius. *de mili. disciplina.* Regi tamquam præsenti, & corporali Deo fidelis est præstanda devotio, & impendendus pervigil. famulatus.

(*h*) Contra el Rey. Not. ex ista lege casus in quibus committitur crimen lessæ Majestatis; adde istos, & alios, scilicet ubi quis contra urbem aliquid molitur, vel si fugit ad hostes Regis, vel illos qualitercumque juvat pecunia, vel armis, vel consilio, vel qui subjectas Provincias nititur facere rebelles, vel qui seditionem movet in Civitate, vel qui in morte Regis, vel Magistratus, vel ad Regis latus astantium virorum illustrium, & de ejus consilio, & consistorio, qui partes sunt corporis Regis, cogitat, vel tractat, puniuntur pœna criminis lessæ Majestatis, *ut l. quisquis. C. ad l. Juli. Majestat. & ff. eo. tit. l.* 2. 3. *& per totum*, vel qui arma sumit, & occupat loca contra rempublicam. Hoc enim appellatur crimen perduellionis, quod qualiter intelligatur. *vide Azo. in summa C. eo. tit.* §. 1. *&* 1. *part. tit.* 2. *l.* 3. hos & alios casus ponit lex ordinationis de Alcala, quæ incipit. Traycion es la mas vil cosa. *Et vide infra, eo. fol. lib.* 4. *tit* 19. *per totum, & tit.* 21. *l.* 2. & vide quod scripsit in dicta l. Traycion es la cosa. Item nota quod non solum tenetur crimine lessæ Majestatis, qui in totum commissit, sed etiam si aliquid committat quod ipsum

UVA. BHSC. SC 05749

alguna dellas ficiere ò ensayáre (*a*) de las facer, muera por ello, è no sea dexado vivir. E si por aventura el Rey fuere de tan gran pie-

sum crimen tangat, ut inextravaganti ad reprimendam; hoc autem contingit per modum antecedentis, ut mandatum, consilium, perseveratio, de quibus plenè. *per Bar. in l. non solum* §. *fi.* & §. *mandato. ff. de jure jurand.* Quandoque per modum inhærentiæ, ut præstans auxilium vel opem, de quo *per Bar. in l. furti.* §. *opem ff. de furtis.* Quandoque per modum consequentiæ, ut in his qui præstant auxilium ad juvandum. *ut in l.* 1. *C. De rap. vir facit l.* 1. §. *incidit. ff. ad Turpil. C. de hæreti. auct. credentes.* Quandoque per modum alterius assensionis, ut si quis nolet venire ad testimonium perhibendum veritatis super hanc causam, vel aliud quod hoc tangit, ut habeat locum dicta extravagans: idem si faceret, ut reus captus evaderet. *ff. ad l. Julia. Majestat. l. quicumque vers. Item qui confessum, facit quod no in c.* 1. *de offi. dele.* & *ibi Inno.* & *simile de hæreticis. cap. ut inquisitionis officium. l.* 6. Item, nota quod major fidelitas debetur Regi quam parenti, & proximo, quia quis tenetur Regi, & Domino, non solum non offendere, nec insidiari; sed quod contra eum fit judicare, & verbo factoque defendere, ut in usibus feu. de forma fidelitatis. *c.* 1. & *ff. de re mili. l. omne delictum.* §. *fi.* Nam conscij tamen etiam tenentur. *C. ad l. Julia. ma. quisquis* §. *fi.* & *hic.* Et est ratio, quia tota fidelitas debetur Principi, est enim Deus in terris. *C. de sacrosan. Ecclesijs, l. jubemus,* & *ibi not. de eo scriptum est.* Dilige Dominum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & omnibus membris tuis. Ideoque omnis homo sit fidelis Regi suo, duasque habeat habenas. *ut in alle. extravan. ad reprimendam.* Sicut enim per habenas equus ducitur rectè, ita per fidelitatem rectè ducitur subditus à Domino: una habena est in non offendendo, nec insidiando, alia est eum defendendo, & malum indicando. *ut not. Bar. in all. extravagan. ad reprimendam.* Item, nota quod revelatio credentiæ punitur si talis revelatio infert damnum Regi, vel Domino, alijs non, & debetur secretum illud quod Rex nollet sciri juxta illud, ne sciat servus quid faciat Dominus suus. *ut not. in l. ejus qui ff. si cert. pet.* & *Bal. qui mo. feu. amita. c.* 1. *circa prin.* Item nota quod damnatur memoria Civitatis incidentis in crimine lessæ Majestatis, cujus bona si pietas Principis non revocat intentionem possunt dare occupantibus in prædam. *Archi. c.* 1. §. *ultra rubri. de milite vas. qui contu. est.* & *C. de sacrosan. Ecclesijs auct. Cassa. not. Bald. in l.* 2. *C. de testa. ma.* Item not. Multa specialia in hoc crimine, primo quod personæ prohibitæ in alijs criminibus, regularitèr accusare admittuntur ad accusandum & testificandum in hoc crimine. *ut l. famosi.* & *l. in quæstionibus ff. eo. tit.* Secundo, quod accusator si manifestis indicijs accusationem suam non probaverit, subditur tormentis, sicut accusatus, & hujus criminis investigator. *ut C. eo. tit. l. si quis.* Tertio, quod in hoc crimine ad evitandam torturam non excusatur quis prætextu militiæ generis, vel dignitatis. *ut in l. nullus. C. eo. tit.* Quarto, quod filij propter pactum patris, perdunt paternam successionem, necnon & alias successiones, etiam propinquorum. *ut in l. allegata. quisquis C. eo. tit.* Quinto, quod infamia paterna concommittatur eos, ne possint adipisci honores, nec dignitates. *ut ibi.* Sexto, quod pro eis intercedentes apud Principem, necnon conscij satelites, & ministri hujus criminis, puniuntur hac pœna. *ut d. ea. l. quisquis* §. *id quod.* Septimo, quod bona eorum applicantur fisco. *ut ibi.* & post mortem accusantur, & damnantur, & servi in caput Domini torquuntur, nec alienare, nec manumittere possunt, nec debita eis solvuntur. *ut in l. fi. c. eo. tit.* & circa amissionem bonorum, vide quod scripsi. *in dicta l. Traycion.* Octavo, quod solus conatus, vel machinatio hujusmodi criminis, faciunt quem reum, & puniendum, dum tamen cogitatum per exteriora velit deducere ad actum. *ut d. c. l. quisquis. de quo plenè in l. si quis non dica. C. de Epis.* & *Cler.* & *in l. si quis cum telo per Bart.* & *per Hen. in c.* 1. *de eo qui mitti. in po. causa rei servandæ, de quibus vide.* 7. *parti. tit.* 2. *l.* 1. & *per totum.*

(*a*) O ENSAYARE. Not. ex isto verbo, quod supra dixi. *de contu.* & machinatione hujus criminis, per quod patet quod

UVA. BHSC. SC 05749

dad, que lo quiera dexar vivir, no lo pueda facer, al menos que no le saque los ojos, (*a*) porque no vea el mal que codició facer, y que haya siempre amargosa vida è pena; è la buena de aquel que prisiere muerte, ò sacaren los ojos por tal cosa, sea en poder del Rey de dar, ò de facer dél lo que quisiere; è si el Rey por su merced le quisiere dar alguna cosa à aquel que sacáre los ojos, ò dexare vivir, no le pueda dar nada de aquellas cosas que fueron suyas; mas puedale dar de otras cosas quanto vale la veintena parte (*b*) de lo que le tomó. E ni él, ni otro Rey que venga despues dél, no pueda hacer mayor merced que esta. Y porque puede ser que algunos homes, despues que entendiesen que son culpados en tal fecho como éste, darian, ò enagenarian sus cosas por engaño (*c*) à Iglesias, ò à sus mugeres, ò à sus fijos, ò à otras partes qualesquier; porque el Rey no las pudiese tomar: onde mandamos, que qualquier pleyto, que desta manera fuere hecho por este engaño, como quier que sea firmado, quier por escripto, quier por testigos, no vala: mas todas las cosas que hovieren à la sazon, que fuere fallado en tal fecho, todas sean enteramente del Rey, asi como sobredicho es.

NUestro Señor (*d*) Dios ordenó primeramente la su Corte en el Cielo, y puso asimesmo por cabeza y encomenzamien-

---

quod requiritur actus exterior. *ut supra dictum est.*

(*a*) Los ojos. Et in hoc non debet Princeps clementiam adhibere. *de quo vide Joan. Fabrum in l. cunctos populos circa finem. C. de sum. Trinit. not. tamen quod ista pœna est contra l. si quis. C. de pœnis.* Ubi facies hominis ad imaginem Dei facta, non debet deformari, sed hic est speciale propter horrorem criminis, & hæc est pœna expressa. 2. *parti. tit.* 13. *l.* 1. *&* 2.

(*b*) La veintena parte. Vide de hac vicessima. *inf. eo. lib.* 1. *tit.* 9. *l.* 1. *& tit.* 2. *l.* 4. *&* 6.

(*c*) Por engaño. *Sic inf. lib.* 3. *tit.* 3. *l.* 5. illa enim quæ per fraudem fiunt, non valent. *ut infra lib.* 3. *tit* 10. *l.* 4. *& tit.* 12. *l.* 5. *& infr. lib.* 4. *tit.* 2. *l.* 6. *& quod non Cy. & Bar. in alle. l. quisquis. C. eo. tit. & Bar. in l. post contractum. ff. de dona. & Sallice. in l. si quis post hanc C. de bo. dan.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley segunda en las Ordenanzas Reales nuevas, titulo de la Sancta Fé Catholica, que pone como el Rey ha de ser rescebido; è concuerda con esta Ley, todo lo que se contiene en la segunda partida, titulo 12. è tit. 13. por todas las Leyes: concuerda la Ley quarta de la misma partida, titulo 26. è vey por todo el titulo que ha de haver el Rey, de lo que se gana en la guerra.

(*d*) Nuestro Señor. Usque nunc lex supra proxima tractavit de offensa, quæ fit regiæ Majestati facto, hic autem tractat ista lex de offensa, quæ fit Regi verbo, & diversa est pœna, & dispositio de jure, cum de una tractatur in tit. *si quis Impera. male, & de alia tractatur in tit. ad l. ju. l. Majestatis.* & credo quod ista lex intelligitur quando quis ex deliberatione malè dicit de Principe. *ut in l. uni. C. eo. tit.* secus enim si ex levitate, quia tunc contemnendum est; lubricum enim linguæ ad pœnam facilè trahi non debet. *ff. ad l. Juli. ma. l. famosi etsi.* ex insania, vel furoris rabie, & miseratione dignissimum est. *ut d. l. unica. & ibi Cy. & Barto.*

UVA. BHSC. SC 05749

to (*a*) de los Archangeles, y de los Angeles, è quiso, è mandó que lo amasen, y que lo guardasen, como al comenzamiento è guarda de todo, y despues desto hizo al home à la manera de su Corte, y como asi havia puesto cabeza (*b*) è comienzo, puso al home la cabeza (*c*) encima del cuerpo, y en ella puso razon y entendimiento, de cómo se deben guardar los otros miembros, è cómo deben servir è guardar la cabeza mas que asimismos, è de si ordenó la Corte terrenal en esa misma razon, y en aquella manera que era ordenada la suya en el Cielo, è puso al Rey en su lugar por cabeza, (*d*) é comienzo de todo Pueblo, asi como puso à sí cabeza è comienzo de los Angeles è de los Archangeles, è dióle poder de guiar su Pueblo, è mandó, que todo el Pueblo que todo en uno, è cada un home por sí recibiese è obedesciese (*e*) el mandamiento de su Rey, è que lo amasen, (*f*) è lo honrasen, è lo preciasen, è tambien en su fama y en su honra como à su cuerpo mismo. E la Sancta Escriptura dice, que no es mayor enemigo ninguno, que aquel que dá mala fama (*g*) à otro. E dice en otro lugar, que todo home que de los fechos del Rey, è de los dichos algun mal

---

(*a*) Comenzamiento. Fuit enim Deus principium principians, non principiatum. *not. glos. in c. unico. de su. Tri. l. 6.*

(*b*) Al Home la cabeza. Et sic nota quòd vestigium, seu pulchritudo hominis per excellentiam attribuitur capiti, in quo est fons rationis, & intellectus, & cerebrum est membrum divinum, in quo est sensus, & intellectus. Unde locus ab auctoritate hominis est in capite, & nota quod in re animata caput subjacet oculis corporeis, sed in re inanimata caput est idem quod principium. *not. Bald. rubri. de allodijs. c.* 1. *in lib. feudorum.*

(*c*) La cabeza. A qua non licet membra recedere. *concor. c. cum non liceat in prin. de præscrip.* & juxta Scripturæ testimonia omnia membra inficiunt. *ut c. ex merito.* 6. *q.* 1. *Matthæi* 14. nam totum corpus morbus invadit, si languor non fuerit curatus in capite. *c. sicut inquit* 2. *q.* 7.

(*d*) Al Rey por cabeza. Nam sicut in universali Ecclesia est unum caput supremum, cui omnes obediunt. *ut plenè & not glos. in c. ad nostrum de hæreti.* sic & in regno capiti supræmo, scilicet Regi reverentiam, & obedientiam exhibere tenemur. *ut c. in apibus* 7. *q.* 1. & *not. supra in proœmio hujus libri.*

(*e*) Obedesciesen. » Scilicèt sine duplicitate. Nam vir duplex animo in» constans est in omnibus vijs suis. « *Jaco.* 1. *Regi* namque fides, & reverentia servari oportet; quam qui non exhibuerit apud Deum, præmia invenire non poterit. *ut cap. Regum. § fi.* 23. *q.* 1.

(*f*) Amasen. Non respectu lucri, nam honestus amor pendet ex animo, non ex lucro: sic etiam dicitur ad cor respicit Deus, & facit ad hoc. *ff. de verb. obli. l. si stipulatus in fin. & ff. de dona. inter vir. & uxo. l.* 3 *glo.* 1.

(*g*) Mala fama. Nota quod pro fama honestiore habenda, debet unusquisque laborare. *ff. ad Trebellia. l. sed si facta §. in damna.* nam de his quæ foris sunt, debet quis bonam famam habere. 63. *dist. plebs, & in auct. quomodo oportet Epis. §.* 1. *coll.* 1. curam habe de bono nomine: » hoc enim magis permanebit tibi, » quam mile aurei thesauri magni, & » prætiosi. « *Eccle.* 6. & melius est tibi nomen bonum, quam unguentum prætiosum. *Eccles.* 7. & ne dum pro habenda, sed pro habita defendenda, debet quis laborare. *ut ibi.* unde Apostolus. 1. *ad Corinth.* 9. expedit mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet. Infa-

UVA. BHSC. SC 05749

trayere, que es descomulgado, è debe haver la pena (*a*) de aquel que hace sacrilegio, è yace en culpa à todo el Pueblo, è porque quitemos à los maldicientes (*b*) de maldecir, que no quieren entender, quán gran pena dió nuestro Señor Jesu-Christo à Lucifer, è à los otros diablos, porque movieron contra el poder de Dios, è contra sus fechos de guisa, que aquel à quien él ficiera mas noble è mas de bien que à todos los Angeles, fue derribado de los Cielos, y estragado con todos los otros que fueron con él en aquella culpa, è metidos en fondon de los infiernos, porque hayan mayor pena de aquel que havian recebido mayor bien, è no gelo querian entender ni conoscer como debian, ni quisieron conoscer ni entender, qué cosa era señorío de Rey, ni naturaleza, ni el bien que dél rescebian; ca asi como ningun miembro no puede haver salud sin su cabeza, asi el Pueblo no puede haver bien sin su Rey, que es su cabeza; è puesto por el mandamiento de Dios por gobernar el Pueblo, è por vedar el mal, è por ende asi como nos defendemos que ninguno pruebe traycion, ni otro mal fecho ninguno contra la persona del Rey. Otrosi, no queremos sufrir, que ninguno lo maldiga, (*c*) ni lo retraya ningun fecho de lo que ficiere: (*d*) è por esto establescemos, que todo home que supiere, ò entendiere, que algun yerro hace el

---

famia vero ab omnibus est vitanda, nam nobilem degenerat, plevejum denigrat, fratrem autem quærelæ beneficio privat, fidem minuit, honores tollit, & postremo quæcumque committatur odit, hæc omnia in titulis. *C. & ff. de his quæ not. infa. & Bar. de Sali. in l. ea quidem circa fi. C. de ac.*

(*a*) La pena. Pœna quam habes. *infra eo. lib. tit.* 5. *l.* 6.

(*b*) Maldicientes. Nota quod detractor dicitur ille non solum qui alijs detrahit, sed etiam qui detrahentem audit 6. *q.* 1. *ex merito* 11. *q.* 4. non solum bonum enim est à detractione linguam custodire, quia tales cuncta quæ de alijs loquuntur, sua sententia judicabuntur. *ut alle. cap. ex merito.* nam deteriores sunt, qui detrahendo aliorum vitam, moresque corrumpunt, his qui substantias aliorum diripiunt. 6. *quæst.* 1. *deteriores.* summa iniquitas est detrahere; quia omnis qui detrahit fratri suo, homicida est. 6. *quæst.* 1. *summa de pœnit. distin.* 1. *homicidiorum.* Nam nemo putet minus periculum esse alicui detrahendo mentiri, quam sanguinem fundi. 11. *q.* 3. *nemo peritorum.* Detractores enim nihil aliud faciunt nisi qui in pulverem sufflant, & in oculos suos terram excitant; ut quanto plus detractionis perfluant, inde magis nihil veritatis videant. 11. *q.* 3. *inter*: nihil namque prodest jejunare, & orare, & alia bona religionis agere, nisi mens ab iniquitate, & lingua à detractionibus coerceatur. *de consecra. distinct.* 5. *nihil.* Qui enim non refrænat linguam suam, hujus vana est religio. 5. *q.* 4. *in loco.* In condemnatione namque personæ non minus periculosa est lingua in verbis mentiens, quam manus sanguinem fundens 11. *quæst.* 3. *nemo peritorum.* Murmuratio dissuadetur, quia murmurans opus, quod facit, perdit. 90. *di. alienus.* Item murmurans, & contentiosus pari pœna puniuntur. 90. *di. si quis Monachus.* Nam filij Israel murmuratores à serpentibus perierunt. 90. *dist. alienus.* & Maria propter murmur contra Moysen lepra interij. 2. *quæst.* 7. *plerumque* §. *item objicitur.*

(*c*) Maldiga. Sacrilegium enim est de facto Principis disputare. 17. *q.* 4. *c. si quis suadente* §. *ubi autem.*

(*d*) Ficiere. Concor. *foro jum. lib.* 2. *tit.* 7. *l.* 1. *& tit.* 1. *l.* 8.

UVA. BHSC. SC 05749

Rey, diga gelo en su poridad; y si el Rey se quisiere emendar, callese, y sea poridad, que no lo sepa otro home por él; è quien en otra manera lo ficiere, si fuere fidalgo, ò home de orden, ò Clerigo, (*a*) ò lego, despues que fuere probado por verdad, pierda toda la meytad de todas sus cosas, y sean del Rey, è haga dellas lo que quisiere, y él sea echado de todo su reyno del Rey, è si no fuere fidalgo, el Rey haga dél, è de su buena, lo que quisiere. Otrosí, mandamos, que ninguno no diga mal del Rey, despues que fuere muerto; è si probado fuere que lo dice, peche cient maravedis, (*b*) al Rey que fuere vivo, è si no huviere de que los peche, pierda todo quanto huviere, è sea merced del Rey; mas bien mandamos, que si alguno hoviere alguna demanda contra el Rey, pida la merced en su poridad que gelo enderesce, è si no gelo quisiere el Rey emendar, digagelo ante dos homes de su Corte, è si por esto no lo quisiere emendar, pueda gelo demandar público, asi como pertenece à Pleyto, (*c*) è como es derecho; ca en tal manera queremos guardar la honra del Rey, è que no tolgamos (*d*) à ninguno su derecho.

TITULO III.

DE LA GUARDA DE LOS FIJOS DEL REY.

COmo sobre todas cosas del mundo los homes deben tener, y guardar lealtad al Rey, asi son tenudos de la guardar, è tener à su fijo, (*e*) ò à su fija, que despues dél debe reynar, è despues

---

(*a*) Quier Clerigo. Non tamen credo, quòd ista lex possit pœnam Clerico imponere. *ut in auct. Cassa. C. de sacrosanc. Eccl. & c. noverit extra de sen. excom. & sic intelligitur. c. Clericus extra de jure patro. & li. feu. tit. de viola. pace. col.* 10.

(*b*) Cient maravedis. Minor pœna imponitur Judæo maledicenti Deo, & Sanctis. *infrà lib.* 4 *tit.* 1. *lib.* 4.

(*c*) A pleyto. *Sic infra lib.* 2. *tit.* 1. *l.* 4.

(*d*) Tolgamos. *Sic* 89. *di. c. nullus Patriarcharum, & infra lib.* 4. *tit.* 21. *l.* 5. *&* 7. *in fi.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley primera, con todas las otras del titulo 15. *de la segunda partida, que ponen, como los fijos, ò fijas del Rey, è parientas deben ser guardados, è honrados; y en qué penas corren los que lo contrario hicieren. Concuerda asimismo con esta Ley, la Ley primera, y segunda del titulo de la guarda de los hijos del Rey, en las Ordenanzas Reales nuevas.*

(*e*) Como a sus fijos. Et est ratio, quia filius Regis, etiam vivente patre, Rex vocari debet, licèt regnum non habeat. *ut c. cœpit & ibi glos.* 1. 24. *quæst.* 1. *& est text. in l. in suis, ff. de libe. & posthu.* quod est verum spe. sed non re. *ut not. Archi. in dict. c. cœpit, & est simile* 16. *quæst.* 5. *cap.* 1. *in fi.* 5. *quæst.* 5. *quia.*

A su fijo. Item, si Rege mortuo relicta sit uxor prægnans; quia tunc fidelitates, & homagia debentur ventri, ut de-

UVA. BHSC. SC 05749

debentur puero si jam natus fuisset in mundum. *Argu. l. qui in utero. ff. de sta. ho. secundum Bal. ibi.* Sed quid si primogenitus est à natura demens, an regatur regnum per Civitates? an secundo genitus regnabit? quia ista lex debet intelligi de eo qui naturalitèr nascitur habilis; si autem ex accidenti efficitur demens; tunc dabitur curator; quia in personam suam radicatum est jus regiæ potestatis.*ut extra d. supplem. neg. Præla. c. grandi. lib. 7. & quod not. per Archi. 2. q. 7. §. item objicitur, & de elec. c. cum interim novella, & doc. in c. licet devoto, & ita cle. ne Romani, de elec. hoc not. Bal. in lib. feu. rubri. c. de successione feudi. c. 1. circa fin.* Quid si sunt nati duo infantes? & de ordine non apparet vel accidit per rerum naturam, quod gemini excisso utero extracti sunt, quis eorum erit Dominus regni? quidam dicunt, quod gemini, nam sicut gemini sunt in cœlo, sic erunt in terra. Item propter incertitudinem cessat jus, vel consuetudo; & sic erunt pares in jure, qui sunt pares fœlicitate nascendi. ad hoc facit *glo. quæ est in l. arethusa. ff. de sta. ho.* In contrarium consuetudo nulli eorum patrocinatur; quia forma data est, ut per unum regnum regatur. *ut c. in apibus 7. q. 1.* & sic videtur quod neuter succedat: aliqui dicunt quod uterque succedet; & sic erunt in eadem sede, & communem habebunt jurisdictionem. Sed forte succedet formosior, & robustior, qui præsumitur celerius exhivisse de carcere materni uteri. *ar. l. si fuerit §. fi. de rebus dubijs.* Sed posito quod ambo succedant; quis nominabitur primo in rescriptis eorum? respondet Bal. quod dum ambo sunt infantes, nemo nominabitur prior, vel posterior. Cum ergo agitur de jure de præterito, non est locus sorti; sed cum agitur de jure pendenti aut pendet in esse, aut in prælatione? siquidem pendet quoad esse; non habet locum judicium sortis. *ar. l. 2. C. quando, & qui quarta pars debet.* quia judicium fortunæ est remotum à ratione: & ideo ratio intellectus non debet se committere fortuitis,& existentibus sine ratione. Fortuna enim sæpissimè præfert iniquum æquo; unde non judicat rectè. *ut no. de nego. gest. l. sed an utro. §. fin.* & describitur fortuna in rerum eventus ex incerto victore procedens. Si vero dependet in prælatione, aut agitur de jure tertij: & non committitur sorti, sed judicio; aut de jure legatorum; & tunc committitur fortunæ; ubi non potest aliud fieri. *ut not. Justi. de satis. tu. §. 1. super ver. partes suas.* Ergo propter impossibilitatem committitur aliquid facto. In rebus autem certis culpa est committere se judicio fortunæ; oportet denique intellectu omnia determinare: & paucissima fortunæ committere. *ut ff. de condit. & de. l. 2.* & sic uterque reget regnum: & sigillum eorum vocabitur sigillum geminorum neutrum eorum priùs vel posterius nominando; quia qui priùs nominatur major esse videtur. *ut ff. de usufruc. l. quotiens hæc per Bal. in princ. ff. vete. in constitutione qui incipit. omnem*: sed certè sic hoc esset verum deterius inde contingeret: sicut Remo, & Romulo, *ut not. glo. in alle. c. in apibus 7. q. 1.* Tutior ergo videtur opinio suprà posita, scilicèt quod robustior, & formosior succedat, vel quod committatur judicio fortunæ. Item, nota quod in regularibus dignitatibus quantum ad successorem servanda est consuetudo, scilicèt quod masculus succedat, vel primogenitus; quod est fixè menti tenendum, quia frequens est mors regum, & dominorum, *ut in usibus feu. rubri. de feu. marchiæ comi. c. 1. circa princ. & ibi Bal.* Item nota quod ubi est consuetudo quod filia fœmina non succedit donec masculus superest, filia tunc non est exclusa, sed suspensa à successione: interim tamen masculus in solidum erit hæres. *ut not. in l. 2. ff. si pars hære. pe.* & masculo remoto removebitur obstaculum quod obstabat fœminæ: & ipsa tunc succedet prius proportione sua: & potest vocari hæres anomalus, *ut not. Bar. in l. 1. §. fin. & in l. fin. ff. ad trevel. & 1. libellorum, ff. de verb. sig. & vide. l. Lucius Titius, ff. de hæredi. insti. no. Bal. in lib. feu. rubri. Episcop. vel Abbatem vel dominum plebis. c. 1. §. cum etiam.* Item, nota quòd ubi non succedit fœmina, non succedit filius ejus: *extra de re judi. c. Apostolicæ, lib. 6. in novella.* & est ratio quia in causato non potest esse plus virtutis quam procedabat influenti potentia causæ: & est expressum. 10. *colla. qui feudare poss. c. 1. §. hoc autem nondum.* Item, nota quod si filius regis impubes remansit post mortem prioris jurisdictionem per tutorem exercebit ad instar furiosi, seu mente capti. *ut c. grandi. de sup. neg. præ-*

UVA. BHSC. SC 05749

præla. lib. 6. *& in l. fin. C. de cura. fu.* sed post pubertatem ipse filius exercebit ea quæ sunt jurisdictionis; quia rex dando filio regnum; & eum ut in hæredem transmittendo, videtur dare jurisdictionem minori. *ut est tex. in c. cum vicesium. de Offi. dele.* Alia autem qui non sunt jurisdictionis, sed concernunt administrationem regni; debet exercere cum auctoritate sui curatoris, *not. Bar. in l. quidam consulebant. ff. de re judi. not. Ab. de cecil. in alle. c. cum vicessimum, & idem vult sentire Ol. suo consil. l.* 2. *vide in ordinationibus regni super parte rex ver. rex cum minor.* Et circa ea quæ suprà dicta sunt de jure primogenituræ: primo quæro in quibus jus primogenituræ consistat? & quo jure est inductum? & quare fuit statutum? Et respondeo, quòd jus primogenituræ, consistit in tribus de jure divino; nam primogenitus pro alijs fratribus sacrificia offerebat. Item sedem habebat ad dexteram patris. Item cibos duplicatos recipiebat. *not. glo. in c. quàm periculosum.* 7. *q.* 1. Item primogenitura, seu majoratus, est de jure divino. *Gen.* 25. *in fin. et alle. c. quam periculosum*: fuit hoc jus statutum in honorem, & utilitatem regni; ut principatus, qui sub ipso sunt integri perseverent. *ar. ff. de exe. acti. l. ne in plures, et c. litteris de pigno. et c. majores de præben.* & quamvis hoc jus sit regno honorabile, & utile: tamen de facto minus benè servatur: ut patet in eò quod, *not. in c. super eo de Parrochi.* Quilibèt enim sivè filius sit, sivè fœmina, partem integram hæreditatis nititur extorquere: pro qua si saltem fidelitatem faceret primogenito tolerari posset. Et hoc ideo quia consideranda est nobilitas, & facultas principatus; ut princeps honestam sustentationem habere possit. *ar. C. de libe. præte. et exhæ. l. maximum vitium de testa. c. Rainaldus §. acuti.* Ita tamen quod tantum remaneat primogenito quod possit facere sicut, & princeps, ne ab alijs contemnatur, *ar.* 11. *q.* 3. *pauper. et l. observandum de offi. præsi. alij auct.* Fratres partem æqualem volunt habere; & ex inde dicentes, quod ex eodem patre & matre sunt: fidelitatem major facere de dignatur: non attendentes quod non solùm lege Frederici Imperatoris qua cavetur quod regnum: ducatus: marchionatus seu committatus sunt individua. *ut tit. de feu. non ali. sine com. majo. do. Imperialem, §. præterea*: sed etiam lege divina formatur; (ut ita dixerim) unde Esau dicitur sua primogenita pro lentis edulio vendidisse Jacob fratri suo: *ut alle. Gen.* 25. *c. in fin. ibi.* Heu morior quid mihi proderunt primogenita, &c. *indi. Paul. Hebræ.* 12. ne quis fornicator; aut profanus, sic Esau, qui propter misericordiam escam vendidit primitiva sua: quæ in his consistunt: ut videlicet primogenitus habeat totam hæreditatem, & si Dominus omnia vassallorum principatus,& etiam fratrum suorum qui faciendo fidelitatem inclinentur coram eo. *ut patet Genes.* 27. » Ecce odor » filij mei sicut odor agri pleni, &c. det » tibi Deus de rore cœli, & de pingue» dine terræ, abundantiam frumenti, & » olei; & te Dominum hæreditatis, & » temporalium; serviant tibi populi ita » rustici, & plebei: adorent te Tribus, » ita nobiles: esto Dominus fratrum, & » incurvetur ante te scilicèt faciendo fi» delitatem, & reverentiam exhibendo.« Ecce ergo in quibus primogenita consistunt. *unde eodem c. fin.* » Conquæritur » Esau dicens: juste vocatum est no» mem fratris mei Jacobi, idest supplan» tator: nam supplantavit me heu alte» ra vice; primogenita mea ante tulit; » & nunc secundò surripuit benedictio» nem meam. « Hoc etiam jus lege canonica comprobatur, *ut c. licèt de voto.* facit etiam pro primogenito prioritas temporis, datur enim regula, quod regularitèr qui prior est tempore, potior est jure. *ut patet in eo quod legitur, et not. in c.* 1. *de maj. et obed.* patet ergo hoc jus lege divina, canonica, ac humana; & consuetudinaria rationabilitèr firmatum: ut in præmissis colligitur primogenito auferre non potest, & postremum ei anteponere sine causa. Nam legitima primogeniti est tota hæreditas in hujusmodi principalibus, quia & de jure divisionem non recipiunt, ut probatum est: ergo sine causa eo privari non potest primogenitus, *ut patet C. de in offi. testam. auct. novissima, et in auct. ut cum de ap. cog. §. aliud quoque colla.* 8. *et not. de test. Rainucius, et c. Rainaldus.* Succedit ergo primogenitus in totum proponendo quærelam, vel agendo ad supplementum usque ad totum principatum, nisi aliter ordinatum est; vel nisi forsam minore parte sibi relicta sit contentus; vel

jus

UVA. BHSC. SC 05749

jus suum vendat; sicut Esau. *ar. de test. c. officij.* Nec obstat, quod Isaac proposuit Jacob, quia Esau jam vendiderat primogenita sua. Ideo non habet de quo conqueratur; ut dixi; & quia illud totum evenit instinctu Spiritus Sancti: quod probatur. 22. *q.* 2. *quæritur*, *&* §. *item opponitur*: quia Jacob, & id eodem modo respondendum est ad id quod Jacob proposuit, Effrain minorem Manassen majori natu, & primogenito manibus cancellatis, quod Joseph grave tulit propter primogenituram, sed quia ordinatio seu inspiratio Dei erat, sic oportuit fieri. *Genes.* 48. nec de his potest naturalis ratio reddi. *ut not. de rescrip. c. si quin.* »Unde ait Dominus dilexi Ja- » cob, & Esau odio habui.« *Malachi.* 1. *not. Hosti. & Joan. post eum in allega. c. licet de voto.* Qui enim spiritu Dei agunt, non sunt sub lege; & ubi spiritus Dei, ibi libertas. *ad Roma.* 8. *et c. nisi cum pridem*, §. *verum de renun.* 19. *q.* 2. *duæ et c. licet de regula.* Major enim est vis benedictionis quam naturæ; quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. *de conse. di.* 2. *c. revera. circa fin.* non obstat. *all. c. licet de voto.* Quia frater minor non habet in regno legitimam jure naturæ debitam, quam non habet frater in hæreditate fratris, sed patris tantum quantum autem ad ducatum habet locum objectio de legitima: quia fuit pars ducis hæreditaria à patre relicta. *ut not. ibi per Hosti.* In casus positione, & licet ab initio sua sibi legitima reservetur, privatur tamen ea exigente contumacia ex post facto. *not. de testa. si hæredes.* Sed videtur quod in præjudicium aliorum fratrum, primogenitus non possit totum habere principatum, primo quia liberorum successio, & educatus sunt de jure naturali. *ut c. jus naturale* 1. *di. ubi glo.* inquit liberos jure naturæ patribus succedere. *ff. unde lib. l.* 1. *et l. scripto*, §. *non sic.* Et patres thesaurizant filijs, & non è contra. 16. *q.* 1. *prædicator.* Sed jus naturale est immutabile, & jura sanguinis nullo jure civili dirumpi possunt. *ff. de reg. jur. l. jura sanguinis.* Ergo nec legitima quæ filio jure naturæ causa educationis ex successione paterna debetur facit, quia jus naturæ positivo antefertur, quia dignius & prius. *l. di.* §. 1. *di.* 8. §. *dignitate.* Et ei cedit omnis constitutio, & consuetudo. 9. *dis.* Quasi per totum nec contra jus naturæ admittitur dispensatio nisi ad majus malum evitandum. 13. *di.* §. 1. *& di.* 6. §. *his.* Ita corroboratur hoc, quia jus naturale in quantum differt ab alijs juribus, scilicèt origine, dignitate, amplitudine, & sententiæ rigore, in origine differt quia cœpit ab exordio rationabilis creaturæ. *ut institu. de re. di.* §. *commodius.* Sed alia jura habent ortum ab inventione hominum; dignitate differt, quia hoc jus nullam patitur immutationem: nam si quid illi juri est contrarium iniquum est. Item amplitudine; quia jure naturali omnia sunt communia, sed hoc non est in alio jure. Item sententiæ rigore, quia contra jus naturale nulla admittitur dispensatio sed adversus alia jura dispensatur. 5. *di. in suam.* Item licèt per aliquos dicatur quod primogenitus procedit in principatu jure proprio juxta. *not. in all. c. licet de voto.* Et quod à generatione non à patre regnum habeat. *ff. de interdict. et rele. l.* 3. Et ideo ipsi patri non tenetur primogenitus de regno gratias agere seu referre, in tantum quod ipse pater eum de regno privare non posset secundum aliquos. Contrarium tamen tenet. *Oldra. suo consi.* 94. *cum se dicens*: quia primogenitus revera est hæres sui patris, quia jus naturale præcessit jus positivum, ut liquet videre. *ff. de justi. & jur. per totum*, *et* 1. *di. per totum ff. de ori. juris. l.* 2. Et ideo jure naturali inspecto, non solum primogenitus, sed etiam alij minores filij in omni jure quod patri competebat tempore mortis suæ succedunt, cum natura filius ætatis, vel sexus distinctione non habita ad successionem vocet, successoresque eos facit parentum suorum. *ff. un. lib. l. scripto hærede Co. de lib. præte. l. maximum vitium.* Sunt enim ipsi filij æqualiter pars parentum, & ideo jure naturali pariter ipsi succedunt, *ut Philosophus* 8. *ethi.* nam etiam vivente patre ipsi filij bonorum paternorum quodammodo domini extimantur, & eo mortuo inter ipsos patrem, & filios, continuatio bonorum patris, & libera administratio, magis quam hæreditatis perceptio videtur. *ff. de libe. et posthu. l. in suis.* Cui quidem juri naturali, jus positivum romanum videtur consonum, & saltem quoad certam portionem alijs filijs relinquendam videtur executivum. *ut in auct. de hæredi. et falci.* §. 1. *primum est conclusio Oldra. ubi supra. hoc idem tenet. Gaspar de Calde. in suis consilijs tit. de testamen. consilio.* 17. *secundum Pet. de Ancha.* Addens quod

UVA. BHSC. SC 05749

quod jus agendi ad supplementum legitimè est perpetuum. *insti. de perpe. et tempo. ac* §. 1. *et c. de consti. pec. l.* 2. *hoc tenet Bal. et alij in l. siquis filium. C. de in offic. testa.* Item placet Imperatori quod nimis inæquale est non valere; ideo oportet patrem sic unum filium præponere, & diminuere aliorum portionem: ut incòmportabilis sit eis diminutio. *ut in auct. de immensis dona. circa prin. coll.* 7. quod enim est nimium vertitur in vitium. *ut ibi et ff. de jurejurando l. item apud* §. *quæstion.* Nam contra pietatem naturalem est, ut filius præsens hæreditate privetur maximè, sine legitima causa: hinc est quod nec juramentum, nec pœna hoc potest validare, ut est tex. 1. *c. quintavallis de jureju.* Item, si talis majoratus fiat sive per viam legis, sive per viam constitutionis non valet. Nam si Rex sine juxta, & legitima causa, constitutionem aliquam contra jus fecerint naturale; putà, ut dominium de uno in alium sine legitima causa transferatur, talis constitutio nec in foro animæ, nec civili, servanda est. *not. Archi. in c. jus civile in fin.* 1. *di. est enim facta sine discretione justitiæ* 12. *d. c.* 1. Peccat enim princeps quod hoc facit in gravem exhæredationem aliorum filiorum, quod est contra principium: si filius ergo hæres. *ut aut. de judi.* §. *omnes coll.* 6. *et in c. fin. princ.* 17. *q. fi.* filius etiam major peccat, qui certus est quod causa legitima non subest. *ar. ff. de ver. ob. l. continuus.* §. *cum ita.* Nec talis majoratus potest sine peccato retineri. *not. doc. in l. rescripta. C. de Princi. Impe. offe. not. Henri. in c. ex parte* 2. *de offi. dele.* talis ergo intellectus ut omnes filij æqualiter succedant in omnibus parentum bonis per quem vitatur absurditas, nemini damnosus animæ favorabilis juri consonus est sequendus ad hoc de excep. *cum inter. de elec. ut quis duas l.* 6. *est conclusio Gasparis d. Cal. tit. de testa. consi.* 13. Pro hac parte facit quod jus primogenituræ est privilegium personale, quod cum persona extinguitur, ergo ad hæredem non transmittitur. *ff. de re ju. l. in omnibus causis, et c. privilegium de re ju. lib.* 6. *not. Jo. An. in addi. Spe. tit. de feu.* §. 1. Pro contraria parte facit quod dispositio Principis in privilegio majoratus inserta, habeat vim legis. *et est l.* 3. *di. c. privilegia* 25. *q.* 1. §. *ulti.* Et ex tali dispositione bona fiunt inalienabilia. *ut c. hac edictali. de prohibita feu. ali. ibi dum dicitur adversus nostræ constitutionis tenorem.* Sunt enim inalienabalia, indivisibilia, & intransmissibilia in totum, & in partem, propter essentiam majoratus. *ut c. imperialem ver. hac edictali. l. et* §. *præterea de probi. feu. alii per Frede.* Item alienatio bonorum majoratus est lex prohibitiva facta per Principem alienatio ergo, & obligatio talium bonorum est nulla. *C. de rebus alie. non alie. l. sancimus, et l. magis puto ff. de rebus eorum, et l. si quidem C. de prædi. mino. ut doc. in c. Rainaldus* §. *à cujus sententia extra de de test. et in c. præsentia deprobat & auct. ingressi. C. de sacrosan. Ec.* & est ratio quia statutum primogenituræ; maximè si sit juratum donationes, seu alienationes primogenituræ nullas reddit per jura supra allegata. *Oldra tamen suo consilio* 94. tenet quod Rex potest donare aliqua bona regni: dum tamen non in grave regni præjudicium, maximè si donat reginæ seu filio etiam in præjudicium primogenituræ. *juxta no. in c. intellecto de jurejuran. & in alle. c. licèt. d. voto, & c. de lib. caus. l. si ab eo. & de reivind. l. cum à matre, & ff. de reg. jur. l. cum hæredem.* Item filius primogenitus non potest sine causa privari per patrem bonis, & juribus qui ex consuetudine, vel aliàs jure primogenituræ sibi debentur. *ut est conclusio Jo. An. Ant. & Abba d. cecil. in alle. c. licèt de voto. & Jo. An. in mercu. in regula sine culpa, &c.* nec est verum quod tale statutum, seu consuetudo sit multum exhorbitans à jure divino, seu positivo, quia non extenditur nisi ad regnum, ducatum, marchionatum, seu comittatum; in quorum gubernatione primogenitus diligentior erit. *ff. de fide instru. l. fi.* est etiam causa tollendi discordias inter ipsos fratres; quia à communione ut plurimum generantur. *ff. de le.* 2. *l. cum patre* §. *dulcissimis.* maximè in regno, quod per unum solum regendum est. *ut c. in apibus.* 7. *q.* 1. *unde Lucanus in primo illam fidem regni socijs omnis potestas impatiens consor. erit, &c.* Non obstat contra hoc, quod majoratus non transmittitur ad hæredem, cum sit privilegium personale ut supra tetigi; quia de jure divino patet contrarium per supra alle. Item quia filius etiam vivente patre est dominus primogenituræ in habitu; licèt non actu ex beneficio legis communis, vel specialis, taliter quod tolli ab eo non potest, etiam per patrem, à

UVA. BHSC. SC 05749

à quo debetur, & transmittitur ad eum quasi æs suum non alienum. *no. in l.* 1. § *si impu. ff. de coll. bo. ad hoc ff. de in offic. testa. l. Papinianus.* §. *si quis impubes est concl. Jo. An. in alle. c. licèt, & in addi. Spe. tit. de feudis.* 9. *coll.* Item nec obstat, quod legitima portio ex instinctu naturæ debetur, ut in contrarium allegatur, quia instinctus naturæ ex ratione humani generis proveniens legitimam portionem induxit, & hoc jus ex tali natura proveniens appellatur equitas naturalis. *ff. de leg. præstan. in princ. & de pactis. l.* 1. *in princ.* & secundum hoc impropriè dicitur descendere ab instinctu naturæ per dictionem tanquam in dicta autem positam, quam improprietatem denotat, vel etiam potest dici quod legitima portio à jure civili descendit. *quia lex* 2. *tabularum jus.* succedendi in liberis disposuit, & legitimam portionem ad quartam partem constituit, & Principis constitutio eam ad trientem, & semissem reduxit. *C. de in offic. testa. l. cum quæritur, et l. parentibus, et autem de trien. et semis.* §. 1. ergo cum jus civile in hoc addat juri naturali, non ergo illud tollit. *ff. de justi. et jure l. civile.* Nec obstat, quod instinctu naturæ liberorum successio habetur, quia intelligitur de successione quem procedit per carnis propagationem. Vel dic quod procedit ab instinctu naturæ ex humano ingenio hominis, & à jure civili, ut est dictum. Vel potest dici quod cum educatio liberorum ab instinctu naturæ procedat, & successio, & legitima portio ex instinctu naturæ debeat. *ut ff. de dona. inter vi. et uxo. l. si donante* §. *sponsus, & ff. de just. et jure l. manumissiones.* Jus tamen civile potuit naturali derogare in specie; licet non possit abrogare in genere, & in universalitate. *ut not. in ale.* §. *sed et naturalia inst. de jure natu. et alle. l. manumissiones, et l. jus civile de justit. et jure.* Nec habet locum quod dicit Di. in regula indultum. *de re ju. lib.* 6. quod per statutum potest legitima portio in totum auferri, quia cum educationis loco succedat, & alimentorum jure debeatur, ut de se patet, si in totum auferretur, esset contra charitatem, & contra bonos mores, & ideo non servandum. 4. *di. erit autem lex hoc concludit. Ja. de bel. in alle. autem de hære et fal.* §. 2. *col.* 1. Et hæc opinio de consuetudine antiqua, & diutius observata in universo Castellæ regno, in principatibus, & alijs sæcularibus dignitatibus communiter, & inconcusse observatur. Est tamen intelligendum quod supra dictum est: scilicèt, quod statutum, vel consuetudo potest dispensare quod primogenitus succedat, dum tamen postea geniti habeant alimenta. *not. Bal. in l. cunctos populos. C. de summa Trinit.* 3. *col.* Vel potest dici, quod licet alij filij non possunt consequi res astrictas majoratui, quia sunt indivisibiles: possunt tamen legitimam consequi in æstimatione si alia bona reliquit testator, quia licet alij filij sint incapaces talium rerum propter indivisionem de jure impossibilem; capaces tamen sunt æstimationis. *ad hoc ff. de le.* 3. *l. fideicommissa.* §. *si servus de l.* 1. *sed si res, & l. filiorum* §. *sed si aliquis not. doc. in alle. aut. novissima in fi. melius facit l. quem eo. tit. de in offi. test. & ibi Bal. in recollectis.* Sed circa hanc materiam solet dubitari, an filius primogenitus præferatur patruo in majoratu, & hanc quæstionem disputat pro & contra. *Jo. An. in addi. Specu. tit. de feudis.* §. 1. 6. *colum.* Et concludit nepotem præferri patruo per aliqua jura, & rationes per eum alle. signanter, quia persona patris dicit per filium repræsentari. *ff. de acq. re. do. l. quidam, & etiam* dicit esse stare. *C. de agri. & censi. l. cum scimus in fi. lib.* 11. & vox filij dicitur vox patris. *insti. de inuti. stipu.* §. *ei vero.* Et dicuntur eadem fere persona. *C. de impu. & alij sub l. fi.* Et una caro: naturales enim dant rationem quare pater plus diligit filium quam è contra, eo quia pars patris remanet in filio, & non è contra, debet ergo filius primogeniti dici primogenitus, facit de verbo. *sig. l. liberorum quod enim* repræsentetur persona patris per filium patet. *ff. de colla. bo l.* 1. § *fi. & l. si nepotes. ff. communia cum emanci. & autem de hæredi. qui ab intesta. de fe.* §. *si igitur defunctus coll.* 9. Nam sicut filius primogenitus excludit secundogenitum in bonis primogenituræ debitis; ita & filius primogeniti patre defuncto excludit patruum. 2. *genitum. Hæc est conclusio Oldra. consi.* 221. *& Jo. An. ubi supra: Licet Ci. dicit contrarium. C. de bo. mater. l. si viva. & ibi Bal. & Salice sed Oldra. ubi supra, & consi* 93. Dicit, quod illa opinio est præstantior de veritate juris. *Bald. tetigit de operis lib. l. liberti. & plenius disputat c. de jure delib. l. cum antiquioribus, & ibi finaliter concludit.* Quod nepos præferatur, si id

UVA. BHSC. SC 05749

id quod petitur jure primogenituræ, est feudum. *idem tenet in l. intestato C. de suis, et legi hæredi, et in l. tutela. §. si duo ff. de testa. tu. Idem tenet Bar. in aut. post fratris C. de legi hæredi.* Ubi concludit quod si jus primogenituræ consistit in feudo, filius secundogenitus non præfertur nepoti; in alijs autem majoribus quæ in feudo non consistunt præfertur patruus *per supra alle. et vide quod not. Bar. in l. is potest ff. de acquiren. hære.* Quod intelligit verum. *Bal. in alle. l. libera. C. de ope. lib.* Nisi de intentione concedentis ex verbis, vel ex consuetudine concedentis, aliud appareat: servatur enim de consensu toto regno Hispaniæ opinio. *Jo. An. et Oldra, de qua supra*: etiam in non feudalibus. *Salice tamen in l. si viva. C. de bonis ma.* Tenet duas conclusiones. Prima quod si filia excluditur stantibus masculis à successione paterna, excludantur etiam nepotes ex ea. Secunda, quod si decessit rex relicto filio, & nepote, ex primogenito præmortuo, quod filius in regno præferatur nepoti: nec obstat allegare autem post fratres ubi nepos repræsentat personam patris quia loquitur in hæreditate divisibili, sed regnum est indivisibile. *secundum Ricar. ma. et Ci. servatur tamen de consuetudine opi. Jo. An. et Ab. ut ita dixerim quam tenet Jo. Faber. insti. de hære. qui ab intest. de* §. 2. Est tamen advertendum, quod non dicitur filius primogenitus Regis qui natus est ante dignitatem regalem. *ut not. Bar. in l. cum scitis C. de agri. et Censi. lib.* 11. *Opinio supra dicta Jo. An et Oldra.* Sustinent de jure & consuetudine regni per jura sequentia. Primo, quia jus primogenituræ potest vivo patre per primogenitum cedi, & transferri titulo singulari in alium ex persona præcedenti sicut fecit Esau in Jacob. *ut inquit tex. in c. quærit.* 22. *q.* 2. Et talis concessio valet, nec revocari potest. *ut all. c. quod periculosum* 7. *q.* 1. §. 1. Ergo potest transferri titulo singulari; à fortiori potest transferri in successorem ex primogenito descendentem, quia multa transeunt ex titulo universali qui non transeunt nec possunt transire. *tit. singulari ff. de acqui. re do l. quæritur & de jure pa. c. ex litteris.* Quia ea quæ sunt concessibilia sunt transmissibilia. *ff. de admi. tu. l. ex pluribus.* Secundo probatur, quia ubi tractatur de succedendo avo in bonis divisibilibus, nepos repræsentat personam patris defuncti vivo avo, & ponitur in locum patris. *ut l. 2. de lib. prete* Ideo licet sit in secundo gradu: pariter succedit cum patruo qui est in primo, & hoc fuit indutum, non solum de jure prætorio, sed etiam de æquitate juris antiquissimi. 12. *tab. ut l. 2. et l. in suis C. de suis, et legi. hære. et inst. de hære. qui ab intesta. de fe. §. etiam vetustas.* Et sic ergo in re indivisibili repræsentabit personam patris in totum, & sicut pater in totum admitteretur si vixerat, sic & nepos, quia quod juris est de patre, idem & de filio. *ff. de rei ven. l. qui de tota.* Nec mirandum si nepos pro patre repræsentatione prædicta hoc jus consequatur, quia hæc repræsentatio non solum est conformis æquitati prætoriæ, & rigori civili, sed etiam juri naturali, quia in persona nepotis residet naturaliter pars corporis patris ex semine patris, & ejus sanguine propterea dicit lex quod ubi est filius ibi est pars corporis. *C. de agri. et cœli l. cum scimus lib.* 11. Et propter hoc dicitur: caro filij est una cum carne patris. 30. *q.* 3. *hanc autem, et C. de impu. et alijs sub l. fi.* Et vox filij, vox patris *isti de inuti. stipu. §. si vero nepos.* Enim ex primogenito potest dicit primogenitus, non solum civiliter, sed etiam naturaliter. *ut alle. l. nam et si parentibus de in offi. testa.* Et pater, & filius una persona intelliguntur. *ut l. liberorum ff. de ver. ob.* Et ob hanc unitatem, & repræsentationem, jura non dividunt filium à patre. *ff. de colla. bo. l.* 1. *et de communium cum emanci. lib. l.* 1. *§. si filius.* Et hoc intelligo non ex vi transmissionis à patre in nepotem, sed ex vi repræsentationis patris. *ut est tex. recte intellectus in aut. de hære. qui ab intest. §. sui autem defuncto.* Ex quo concluditur quod in successione avi, nepos excludit patruum in his in quibus pater nepotis si viveret eum excludere: in his autem in quibus cum eo pariter succederet simpliciter, & pariter nepos succedit, & hoc est quod voluit lex duodecim tabularum quæ disponit simpliciter nepotem succedere in locum patris in successione avi defuncti. *ut alle. §. item vetustas in fi. et per illum tex. determinatur dictum dubium, et si dicis quod lex* 12. *tabularum.* Simpliciter dicit nepotem simul cum patruo admittendum. *ut instit. eo. §. cum filius, et C. de legi. hære. l.* 3. Quia illud verum in genere, in specie tamen aliquo casu ut in isto præfertur nepos patruo. *ut alle. §. item vetustas.* Ex qui-

UVA. BHSC. SC 05749

quibus duo generaliter inferuntur, primo quod nepos excludit patruum in his quibus pater ipsius nepotis si viveret excluderet eum. Secundo, quia nepos pariter cum patruo succedit in his in quibus pater si viveret, simul cum eo succederet. Tantum ergo operatur dispositio generalis quantum ad genus, quantum specialis quoad speciem. *ff. de admi. tu. l. si duo, et de præscrip. 30. anno. l. omnes.* Probatur etiam hoc per alia jura: nam jura communia suitatis remanent in nepote in potestate retentum, cum subintret in locum patris sui existentis in potestate, & hæc est ratio quare subintrat in locum patris in successione avi. *ff. de injus. rup. test. l. posthu. et l. 2. C. de lib. præte. et insti. de exhæreda. lib. §. posthumorum.* Sicut ergo subintrat nepos in jura suitatis; sic in jura primogenituræ ipsius patris, quod ipsius personam repræsentat in totum, & hæc est mens jurium quod talis nepos per omnia succedit avo, ac si pater ejus succederet, si viveret, non ex vi transmissionis, quia cum hæreditas viventis non sit delata, non potest transmitti ex vi repræsentationis personæ patris in persona nepotis. Tertio determinatur hoc dubium per theoricam positam *per Jaco. butri. in l. liberorum ff. de verbo sig.* Dicentis, quod si quis decedit relicto nepote ex filio primo defuncto, & filia sua, quod isto casu nepos excludit consanguineam in primogenitura, in qua debet præferri secundum statuta terrarum, quia privilegium de jure concessum filio transit ad nepotem. *C. de quonibus l. milites, et l. duo, et de privil. decu. l. 1. de pœnis. l. decurionum ff. de Senato. l. emancipati.* Et quia sublato filio de medio nepos incipit tenere locum patris. *ut allegato § posthumorum.* Item primum gradum ex persona patris licet in veritate sit in secundo gradu respectu avi, & ideo ex persona patris consequitur privilegium quod ex persona sua consequi potest. Et ex his concluditur quod sicut privilegium juris primogenituræ cum jus commune latius interprætetur quam jura municipalia, *ut not. ff. de justi. et jure. l. omnes populi qui à jure commune interprætationem recipiunt, et non è contra, ut l. 2. C. de noxa.* Et quia rationes doctorum fundantur in jure communi: quod pasive ad statuta se extendit. *ff. de mune, et hoc l. 1.* Quarto dico esse casum de hac quæstione. *in l. 3. ff. de assignati lib.* Nam licet jus succedendi in bonis patris succedit æqualiter omnibus filijs, nisi fieret statuto, vel lege specialis assignatio primogenituræ, ut in casu isto fit, ergo nepos succedit excluso patruo &c. & fortior, & firmior est assignatio legis, quam hominis: quod patet, quia assignatio primogenituræ facta per legem, non potest revocari à patre. *ut not. Jo. An. in c. licet de voto, et hanc partem tenet Oldra. et Jo. An. ubi supra et Pe. de Ancha. et Fran. in alle. l. licet.* Restat nunc respondere ad ea quæ possunt obstare, & primo *ad l. si quis filio exhæredato ff. de injus. rup. et irri. testa.* Sed dic quod ibi non repræsentat nepos personam patris in jure suitatis, quia pater ejus vivevat tempore mortis avi. Sed in casu isto filius decedit vivo patre merito nepos subintrat in locum patris. *ff. de lib. et posthu. siquis posthumos §. fi.* Ad secundum respondetur in quantum arguitur quod filius dicitur esse in primo gradu, & nepos in secundo. *insti. de gradi. §. fi.* Et nepos non potest præcedere in jure suitatis & primogenituræ, cum alius præcedat in gradu, quia jura successionis referuntur ad prioritatem gradus. *C. de legi. hæredi consanguinitatis.* Nam dico quod argumentum hoc procederet si pater vixisset tempore mortis, sed cum sit mortuus nepos, censetur in primo gradu, cum locum patris subintret. *per alle. §. item vetustas* : ita dicit. *glo. notabilis insti. eo. §. ita demum et patet in autent.* Ut fratrum filij succedant patruo ad imita. fra. *col.* 9. Ad tertium in quantum posset argui, quod jus primogenituræ est personale; ergo non transit ad aliam personam succesio primogenituræ, cum debeatur sub die incerta: videlicet in die mortis non competit primogenitore, nec actu vivente patre; sed dumtaxat in habitu, & spe quia spem vivo patre ad nepotem, non transmittit. *C. de cadu. tollen. l. 1. §. pro secundo. ff. de dona. cau. mor. l. scientia, et not. glo. inst. de ver. ob. §. ex conditionali.* Nam respondeo his omnibus hoc verbo: quod non succedit iste nepos ex vi transmissionis avi; sed ex vi repræsentationis, ut supra dictum est. Et si cum patruo simul succedit ex jure transmisso per filium quod filius moriens non potuit hæreditatem, nondum sibi delatam, transmittere. *ut all. l. quidam testamento.* Immo si dicatur venire jure transmissionis: tunc ad contrarium respondeo: & primo ad id quod

UVA. BHSC. SC 05749

quod dicitur, quod jus est personale nego. Cum potest alteri cedi. *ut alle.* §. Item opponit quod non est adeo personalis, quam filius decedens post mortem patris eum transmittit ad suum filium primogenitum. Et hoc nemo negat, sed tantum dubitatur an sic transmittit decedens post mortem patris, sicut transmittit in vita patris decedens, & probatum est, quod sic. Ad tertium, in quantum dicitur, quod hoc jus non competit filio, nisi in spe, dico quod jus istud non simpliciter est spes, sed est jus quæsitum ad rem; & talis quod afficit, & impedit patris potestatem, cum pater, licet vellet, non posset hoc jus primogenito auferre. *ut not. Jo. An. in regula sine culpa in 2. q. principali, & in alle. c. licet.* Propter quam affectionem censetur jus acquisitum, de præsenti persona primogenitus vivo patre decedens id jus transmittit tanquam suum jus; & respectu patris alienum. *ar. l. Papinianus §. si quis impubes. ff. de in offi. testa. & ita dicunt Oldra. & Jo. An. ubi sup.* Sed si jus istud proprie loquendo esset spes, dico quod non obstant contraria; quia loquuntur in spe de præsenti, à voluntate hominis cui subditur: ut in hæreditatibus legatur, donationibus causa mortis, quod possunt ad libitum relinquentis revocari: & tunc talis spes non transmittit, vivente eo cui succedi debet, sed spes succedendi in primogenitura non potest per eum cui succedi debet tolli, vel revocari: ergo, &c. Nec obstat, si dicatur quod alibi secundum legem naturæ fiebat transmissio spei succedendi in hoc jure; quia hoc erat ultra spem, primogenitus alius, nec jurare, & actu, quia sedebat ad dexteram patris, & duplicem ciborum partem, & benedictionem filialem habebat à patre, & benedicebat fratribus in festivitatibus. *ut not. gl. in alle. l.quam periculosum, & Jo. An. in d. c. licet.* Qui jura non habentur hodie in usu, & ideo cum illa cessent, cessare videtur ratio transmissionis. Nam illa non erat proprie spes, seu jus ad rem, & si erat talis spes, non erat revocabilis ex sola voluntate ejus, cui succedi sperabatur: quæ ratio ad omnia concludit, & hodie habet locum. Nunc respondendum est ad motiva quorundam doctorum, qui tenuerunt contrarium: & primo *ad motivum Cy. & Ricar. ma. tenentium contrarium in alle. l. si viva. C. de bo. ma. nam ratio ill. tex.* Ne deterioris conditionis sint filij quam nepotes, hoc locum in casu illius lex non tamen negat, quin alio casu sint deteriores conditionis filij nepotibus: sicut in hoc jure, & in jure succedendi liberti. *per all. l.2.* Ad opinionem *Bar.in aut. post fratres C. de legi. hære.* Dico quod ejus opinio magis facit, pro opinione præsenti quam contra: nam ipse ponit ibi duas conclusiones: prima quod hic tractat de acquirendis bonis avi per viam successionis, nepos repræsentat patrem, & succedit pro ut pater, si viveret: ubi autem in successione avi tractatur non per viam successionis,sed dominicæ potestatis: sicut est in feudo, secundum eum nepos non repræsentat patrem, nec tenet gradum patris, quia hoc non est jure cautum, & tunc filius secundogenitus, quia est in primo gradu; excludit nepotem ex primogenito, qui est in secundo gradu: ex qua theorica colligitur, quod ubi per viam successionis defertur jus primogenituræ, & non feudi, nepos iste repræsentat patrem & excludit patruum, sed cum in omnibus regnis mundi deferantur jura primogenituræ per viam successionis, & non feudi, quia non recognoscunt hodie Dominum nec superiorem regna nostri temporis præter regnum Apulliæ:ideo nepos excludit patruum, & jus primogenituræ: in ista majora non defert per viam feudi, sed successionis. *ut inf. declarabitur ideo, &c.* Et in quantum Bar. dicit quod feuda debebantur in successione dominica, & non differuntur per viam successionis, non benè dicit, quia est contra. *c. 1. de succes. feudi in rubro, & in nigro, & de gradu succe. in feu.* Ubi patet quod in successione feudi divisibilis nepos repræsentat patrem; & succedit simul cum patruo: ita etiam. *not. ibi Bal.* Ad dictum *Bal. in all. l. in testa. C. de suis, & legi. hære.* Quod concludit patrem nepoti præferendum, ea ratione motus, quia natura magis influit in filio quam in nepote: dico quod quicquid natura infert servandum est: nisi ars, & juris dispositio aliud disponant. *ut isto casu, ut in alle. §. Item vetustas, & in alle. §. posthumorum.* Qui dicunt nepotem tenere locum patris, & in ejus locum admitti: ergo hoc jus est servandum, quod autem dicit *Bal. in l. antiquioribus. C. de jure deli.* Quod Bonifacius Papa determinavit contra nepotem. *in cle. pastoralis de re judi.* Certè non be-

UVA. BHSC. SC 05749

benedicit, quia illa cle. est Clementis inter alias personas, & de alia concessione loquitur: unde illa cle. non facit ad propositum. Ad aliorum modernorum opinionem dicentium. *in c. grandi de supp. ne. præla. lib.* 6. Patruum nepoti præferendum in primogenitura, ex eo quod patruus est proximus in gradu; & secundum prioritatem gradus successio defertur. *ut all. l. consanguinitatis.* Et licet de æquitate scripta contra rigorem reperiatur à jure concessum, quod in re divisibili nepos admitratur cum patruo. *ut insti. de hære. qui ab intesta. de fe.* §. *cum filius.* cum non reperitur cautum quod in re indivisibili quæ soli primogenito defertur nepos in locum patris succedat, & patruum excludat; standum est ergo rigori scripto: sic quod ille præferatur qui est primus in gradu, quod prævalet æquitati non scriptæ. *C. de judi. l. placuit.* Respondeo quod illa æquitas reperitur scripta, non solum in illa specie, sed quando hæreditas est indivisibilis. *ut in d.* §. *cum filius C. de suis*, *&* *legi hære. l.* 3. Sed etiam in genere non distinguendi, an hæreditas sit divisibilis vel non, ut est tex. *in alle.* §. *item vetustas.* Et ab illa generalitate descendit species scripta quæ est in casu, §. *cum filius.* Item non solum in genere, sed etiam in specie, quod in assignatione successionis facta uni ex filijs ad exclusionem aliorum, nepos ex illo filio ita excludit patruos sicut si pater viveret, & eos excluderet, &c. Nota ad istam materiam, quod etiam si res majoratus non possit alienari, vel præscribi, si tamen sunt certæ personæ ad quos debet pervenire majoratus, & post alienationem dictæ personæ consentiant tacitè, vel expressè, tales res majoratus possunt alienari, vel præscribi. *ut est tex. in c. quotiens, & l. voluntas, & ibi Bal. C. de fideicom.* Ubi autem majoratus venturus est ad infantes, vel pupillos, qui consentire non possunt: vel si sit dictum in majoratu quod non exeat de suo nomine, vel familia: tunc donec tota generatio ejus sit abscisa, non potest alienari, vel præscribi. *not. Bal. in dic. l. quotiens.* Per quod determinatur, quod si Dominus mandavit vasallos non vendi, sed quod semper remaneant in suis descendentibus, quod si alienarent, etiam posterior in gradu potest eos vendicare, quia gradus nihil obstat in excluso. *ff. del.* 2. *l. peto* §. *fratre*, *& not. ubi supra.* Et ultra potest dici quod etiam si habens majoratum, eum alienet, ille, cui debet applicari majoratus post eum potest hoc ratificare. *ff. de le.* 1. *l. si fundum per fideicommissum*, & illi ratificanti debet restitui prætium. Nota in sili. *in l. cum proponas C. de pactis.* Quod est notandum. *not. Bal. in auth. res quæ C. communia de le.* Ubi illud dicit notabiliter, quod si quis non potest rem majoratus alienare, potest tamen eam permutare. *ff. de le.* 2. *l.* Item servandum, quod verum dicit Bal. si conditio rei per permutationem facta est melior, sicut dicitur in re. *Eccle.* 1. *c. sup. de re Eccl. non ali. cum simi. et not. in l. magis puto.* §. *si et de rebus eorum*, *et pro glo. in l. cum hi. in ca. ff. de transact.* Et quibus autem potest majoratus alienari, nota in prædicta *autent. res qui & in c. Rainaldus de testa.* Potest etiam dari aliud notabiliter, quod etiam si quis non potest alienare res majoratus, potest se personaliter obligare; quia personaliter obligatio non dicitur alienatio. *de verbo obli. l. alienationis C. de transac. si profundo not. Bal. in l. emptor autem C. communia de le.* Item nota quod etiam si majoratus prohibet alienari, vel præscribi extra familiam, in aliquo tamen de familia potest alienari, vel præscribi: quia ratio affectionis prohibitionem tollit. *in l. voluntas C. de fideicom.* Et in tantum est hoc verum, quod si res majoratus prohibeatur alienari extra familiam, si semel alienetur in aliquo de familia, potest post alienari in quæcumque, etiam extra familiam. *ff. de le.* 3. *l. cum pater* §. *quindecim ar. l. boves.* § *hoc sermone ff. de verbo obli.* Si autem majoratus relinquitur filio, & ordini successivo generationi, vel familiæ ejus, etiam si semel alienetur intra familiam, non potest exire de ea. *ut all. l. peto* §. *frater de le.* 2. *not. Bal. in alle. l. voluntas de fideicom.* Item not. quod si res majoratus prohibeatur alienari simpliciter, non prohibetur donari. *ut in d. l.* Quod est verum, nisi de mente tacita testatoris aliud appareat, ut quia dixit quod volebat perpetuo remanere in familia sua; & ita intelligitur. *glo. in l.* 2. *C. de usuca. pro emp.* Item nota quod super majoratum non valet arbitramentum, nec pactum. *not. Ange. in l. Imperatores*, *ff. de pactis.* An potest majoratus renunciari cum juramento? nota in allegato. *c. q. periculosum.* 7. *q.* 1. *et in c. licet de voto.* Item an jus ma-

jo-

UVA. BHSC. SC 05749

joratus potest dividi? *Bal. sup. Inn. in rubri. de transac. et Bal. in c. si vasallus.* Si de feu. fue. controver. &c. *not. Zamo. in c. cum non liceat de præscrip. et in c. Rainaldus de testa.* Dubitatur tamen cum supra tetigi, quod majoratus non potest obligari, nec alienari: an potest obligari pro dote nurus, seu pro donatione propter nuptias filij, & videtur quod sic: primo, ea ratione, quia pater ad hoc de necessitate tenetur. *ut l. filius C. de dotis pro. et Bar. in l. si cum dotem §. transgrediamur ff. solu. ma.* Immo pater judicis officio cogitur obligare bona sua pro dote nurus. *ut l. q. liberos ff. de ritu nupti actus.* Ergo superveniens scilicet constitutio majoratus non potuit tollere omnis ante impositum à lege, nec jus alteri quæsitum, maximè si de ipso mentionem non faciat. *ut c. ex multiplici. de deci. ar. in cle.* 1. *de censi. not. Bar. in l. rescripto ff. de mune. et ho.* Nec obstat generalis clausula majoratus, dum dicitur, quod non possunt ejus bona alienari, &c. quia non extenditur ad eam valde privilegiatam, ut ad dotem, nec ad alienationem, necessariam, & sic casus omissus non includitur sub generali prohibitione in causa alienationis expressa. *ut l. de tutoris C. de silentiarijs lib.* 12. *Bal. supr. Specu. tit. de inquisiti.* Secundo ea ratione ne matrimonium impediatur. *not. doc. in l. ea lege. C. de condi. ob causam. Hen. in c. Rainaldus de testa. faciunt not. per Anto. de Butrio in consilijs suis tit. de dote post divor. resti. et Bart. in l. Ticia. de verbo obli.* Tertio, ea ratione quia sicut fideicommissum sub conditione, vel in die non potest alienari, vel obligari. *ut l. fi. C. Communia dele.* Pater tamen pro dote, seu donatione propter nuptias filij, potest talia bona restitutioni subjecta obligare. *ut aut. res. C. communia dele. et Bar. ibi sic* in casu præsenti, & est ratio quia hominis dispositio non potest facere, quin leges locum non habeant in suis dispositionibus, etiam si disponat in ultima voluntate. *ut l. nemo ff. de hære justi. et l. gallus ff. de lib. et posthu. et c. requisisti de testa.* Et à privilegio excipitur casus, quia privilegiatus verisimiliter exciperetur si esset interrogatus, vel ex facto. *ff. de vul. et pu. substi.* Nec in generali concessione, &c. *ut c. in generali de re juris. lib.* 6. cum ibi notatis, & à dispositionibus generalibus casus privilegiati censentur excepti, casus est in. *c. quia sæpe de elec. lib.* 6. *juncto c. statutum eo. tit. in cle. et c. cum dilectus, et c. ad audientiam de cle. non resi.* Item in fideicommisso generali, vel speciali intentio prohibentis alienationem bonorum non est ut præferatur honor, & præeminentia patris, & filiorum casus est in *l. mulier. §. cum proponeretur juncta. l. de filia. ff. ad Trebel.* Non ergo extenditur talis prohibitio alienationis ad alienationem necessariam, *ut prædicto §. prædium ff. de le.* 2. *et l. filiusfa. §. Divi severus el.* 2. *ff. de l.* 1. *et ibi Ba. et idem Bar. in l. pater filium §.* 1. *ff. de le.* 3. *ubi est tex facit l. mulier §. cum proponeretur et l. à filia ff. ad Trebel. et l. voluntas C. de fideicom.* Et adde ad hanc quæstionem quod notat glos. ultima, & doc. in *c. vero de condi. appo. et Bar. in c. Rainaldus de testa.* Ubi manifestè patet conclusio supra dicta per textum *dicte l. mulier §. cum proponebatur et l. à filia in prin. ff. ad Trebel.* Ubi cavetur quod res subjacentes restitutioni in causam dotis, vel donati, possunt alienari, vel diminui. *& est glos. in §. donare c.* 1. Qualiter olim feudum poterat alienari: qui dicunt, quod res subjacentes restitutioni licite possunt diminui causa dotis: & hoc sequitur. *Ja. de are.* Qui dicit quod res prohibita alienari, potest in dotem concedi, & dari, si non habeat aliunde pater unde posset filiam suam dotare: quam secutus est. *Bal. in l. filiusfa. §. divi. ff. de le.* 1. *& in d. l. à filia. eandem opi. tenet Ci. in d. l. voluntas ad fi. C. de fideicom. & ibi Sali. & in l. fi. idem Salice, quasi ad fi. C. de re. alie. vel non.* Et ita vult sentire glos. subtilitèr intellecta in autent. contra rogatus. *C. ad Trebel. Idem glos. in all. autem res qui & ibi doc. signanter Bal.* Qui dicit quod dicta autent. haberent locum, non solum in constituenda, sed etiam in restituenda dote. Et plus dicit, quod habet locum, etiam in tantum quod etiam si post mortem filij, hæredes sui possunt diminuere res subjacentes restitutioni ob solutionem dotis; quia sicut legitima transmittitur ad eos, ita beneficium illius autent. Et est horum ratio, quia favor publicus præfertur privato. *ut l.* 1. *C. sol. ma.* Non videtur obstare opinio. *Bal. in all. §. donare.* Ubi dicit, opponendo ad illum tex. in quo videtur casus, quo pater non potest feudum in dotem dare pro filio de prædicta autent. res qui solvendo dicit, quod dicta

UVA. BHSC. SC 05749

ta aut. res quod non habet locum in re feudali, nec in alia quæ sui natura prohibetur alienari, vel expræssa dispositione testatoris, vel contrahentis, est prohibita alienari, sed solum in casu proprio illius aut.quæ non est trahenda ad consequentiam;quia cum ibi est speciale: ergo in contrarium est jus commune. *ut l. jus singulare ff. de legi.* Non enim videtur obstare, nam si benè attendat, & ponderet tex. dictæ aut. res qui & ad idem §. *sed quia nostra majestas de l. si duobus C. communia de le.* Loquitur, & potest intelligi, in casu in quo prohibitio alienationis facta est à testatore expræssa: nam tex. *in d.* §. *sed quia nostra.* Magis consulendo legatarijs, & fideicommissarijs; & eis providendo disponit, quod ea, quæ per legatum, vel pure, vel sub certo die relicta sunt, vel quæ alijs restitui deposita sunt, vel in substitutione posita, secundum veterem dispositionem nemo putet in posterum esse alienanda, & sic ibi tex. respectu rerum quam subjacent restitutioni: loquitur generaliter, & etiam dicta auth. tradit regulam generalem, dicendo res quæ subjacent restitutioni,&c.prohibetur quidem alienari: quæ verba possunt intelligi etiam in suo proprio significato: & comprehendere non solum pactum, in quo res aliqua relinquitur alicui jure legati, & fideicommissi rerum, etiam possunt intelligi in casu in quo ultra talem dispositionem legis testator expræsse prohiberet prædictam alienationem rerum fieri: ergo sequitur quod si ita verba possunt intelligi, ut comprehendant generalius, quod ita sunt intelligenda per *l. non aliter ff. de l.* 3. ergo de proprio significato, & casu dictæ auth. res quæ est quod illa intelligatur etiam in re prohibita alienari expræsse à testatore, qui non possit alienari nisi in casu dicto quia verbum subjacere restitutioni, potest intelligi, non solum quod non possit alienari, quod subjacet restitutioni ex dispositione legis; verum etiam ex voluntate testantis; ex quibus Imperator concludit. *in d.* §. *Sed quia nostra majestas, quasi ad fi.* Quod alienatio prædictæ rei legatæ, vel fideicommissi, quocumque genere alienationis fiat, non valet in præjudicium legatarij, vel fideicommissarij; in tantum quod reputatur pro non facta dicta alienatio; & contra legatarium, vel fideicommissarium impeditur usucapio, vel longi temporis præscriptio; tamen his non obstantibus permittitur in hunc casum alienari in causam dotis: & idem dicendum est in casu in quo prohibetur expræsse alienatio à testatore;quia impedit translationem dominij in re subjacente restitutioni: ut singulariter pro *Inno. in c. Rainaldus de testa.* Nam sicut potest dominium rei legatæ transferri in legatarium, sine traditione possessionis. *in l. à Ticio ff. de furtis.* Ita potest illud avertere ab illo prohibendo sine recuperatione possessionis; & sic in utroque; ut jam dictum est, videlicet, in prohibitione legis, & prohibitione hominis testantis, ratio est principalis translatio dominij rei subjacentis restitutioni in illum cui est fienda: ergo idem jus debet statui: supple. maximè quia idem jus videtur statutum, & concessum quoad omnia privilegia quæ conceduntur legatario, vel fideicommissario ex dispositione legis, & expositione illius. *ut alle.* §. Sed quia nostra majora quæ sunt concessa legatario, vel fideicommissario, vel ei cui restitutio est facienda ex expræssa prohibitione alienationis facta à testatore: ut est casus singularis in *l.* 2. *C. de usuca.* pro emptore, ubi ex expræssa prohibitione testantis circa alienationem servorum: de quibus in littera illa alienatione in contrarium usucapiendi conditio: ex quibus infertur quod casus. *de l.* 2. *C. de usuca.* Pro emptore habet casum conscium, & consimilem in *d.* §. Sed quia nostra, & sic cum concurrat in eisdem privilegijs, & rationibus disponendi, & statuendi. *d.* §. Sed quia nostra majora cum dicta auth. res quæ cum *d. l.* 2. *de usuca. pro emptore*: ergo idem debet dici, & statui: non enim minoris virtutis, & potentiæ debet esse prohibitio legis, quam prohibitio hominis: præ maxime si eadem ratio est in utrisque; ut in casu dicto; quia in prædictis casibus non potest dari aliqua ratio bona diversitatis. Item debet fieri extensio legis ad similia, ubi est eadem ratio, vel major: quod probatur per ea quæ notat *Bal. in aut. quis actiones C. de sacrosan. Eccle.* Ubi ex identitate rationis inducitur correctio legum per extensionem; & videtur hoc *tex. in l. fi. C. de indi. viduo. tol. & Salice in l.* 2. *de noxa*: immo, *idem Bal. qui dixit de auth. res quæ in d.* §. *donare.* Non esse extendendam ultra casum in ea expræssum, tenuit in dict. auth. quod possit fieri alienatio in dictum casum ejusdem autenticæ; propter necessitatem

UVA. BHSC. SC 05749

tem alimentorum: ergo sibi ipsi est contrarius in hoc, & in eo quod etiam ibidem tenet, quia dict. auth. res quæ habet locum, non solum in constituenda dote, verum etiam in restituenda; quod in utroque casu corroboratur à Bar. & sic fit extensio de similibus ad similia etiam si sint specialia, à quibus debet fieri executio, in tantum quod etiam in criminalibus fit extensio ad similia. *ut not. Bal. in l. si quis non dicam circa prin. C. de Epi. & Cle. & Ab. de ceci. in c. atsi Clerici quasi ad fi. in 7. folio de judicijs.* Item ex alia ratione videtur, quod Bal. malè locutus est *in d. §. donare.* Nam dicit ipse, quod dict. auth. res quæ non habet locum in feudo; quod videtur falsum; quia potest in dotem dari, & alienari, si non habent pater unde aliunde possit filiam dotare, quod videtur expræsse. *ibi glo.* tenere: ibi supra parte. In dotem pro filia, & in hoc videtur *Bal.* sibi esse contrarius in eodem §. quasi post duas columnas: ubi quærit. Numquid filius potest dare feudum in donationem propter nuptias? dicit ipse, quod quidam dicunt quod non, postmodum ipse dicit; ego dico quod sic, sicut potest filia pro se ipsa feudum dare in dotem; quod Clericus tenet *in c. 1. tit. de investitura feu. vel beneficium.* quod Ticius accepit à Sempronio, si non habet aliunde ex quo posset se dotare; quod potest facere secundum eum, etiam irrequisito domino feudi, & sine ejus consensu: & istam opinionem, quod feudum dare potest in dotem, tenet expræsse *Jacobus de arenis in rubri.* Qui feudum dare possunt in dotem pro filia; ubi tenet, quod potest filiam dotare de feudo, si non habet unde eam dotet: & istam opinionem tenet *Bar. in c. ex parte de feudis.* Et dicit, quod de jure est sustentabilior; & illam tenet etiam *Jac. de arzidona in summa, in tit. mulier habens feudum hoc idem tenet And. de insernia. Bal. secundum eum in c. 1. de eo qui sibi & hære suis*: & ipse *Bar.* tractavit latissimè in repetitione sua de rebus alien, non alien, & sic videtur, quod in hoc benè locutus est *Bal.* dicendo, quod feudum non poterat dari in dotem; non obstat. *c. nup. de dote post divor. resti. & glo. in d. c. ex parte, & gl. in c. qui in Ecclesiarum.* Quia omnia illa jura debent intelligi, & limitari, quamdiu quis habens feudum habebat unde aliunde posset dotare filiam; secus si non haberet: & sic semper militat dict. auth. res qui. Quæ dicta sunt corroborantur alia ratione; nam constat, quod prohibitio alienationis facta à testatore, est nulla, sine expræssione causæ: vel nisi sit facta respectu certarum personarum: *ut est tex. in l. filiusfa. §. divi. de le. 1. juncta. l. prim. §. Julianus Agripa. ff. de le. 3. ubi Doc. & per Inno. in c. Rainaldus.* Et sic dubium quæstiones non posset stare, ubi prohibitio testatoris simplicitèr, & unde ficta esset alienationis: intelliguntur ergo ea quæ dicta sunt de expræssa prohibitione, & cum causa: ergo dictum Bal. est contra communem opinionem Doc. imo contra seipsum: ut superius dictum est præmaximè; quia ex sua ratione convincitur; quia æquiparat feudum rei prohibitæ alienari à testatore expræssè; sed feudum potest in dotem dari, ut sup. satis liquit; ergo ad idem res prohibita alienari. Pro contraria parte facit, quod dicta auth. res quæ supra qua fundatur opinio supra posita, videtur, quod non faciat ad casum prohibitionis majoratus; nam dict. auth. loquitur in casu, in quod filius est rogatus restituere si sine liberis decesserit; in quo casu si detracta legitima non sufficiant bona filio ad donationem propter nuptias, vel filiæ ad se dotandum, potest filius ex his bonis solvere donati propter nuptias, & filia dotem; & casus majoratus est diversus, & sic diversum jus; & differt multum à casu dictæ authenticæ: primo, quia dict. auth. loquitur in casu in quo est tacita prohibitio alienationis; nam cum testator jussit rem restitui post tempus tacitè, videtur prohibita dicta alienatio ejusdem rei per legem, vel per testatorem: & inter expræssam, & tacitam prohibitionem magna est differentia; quia si tacitè prohibetur alienari, potest præscribi, si vero expræsse, non potest præscribi. *Item not. Bal. in d. l. quotiens, & sicut dict. auth.* Disponit in casu speciali contra jus commune; quo cavetur, quod res quæ subjacet restitutioni, non possit alinerari: *ut d. l. fin. §. ult. & pen. C. communia dele. & in l. Marcellus, §. res ff. ad Treb.* Cum pluribus: ergo non debet extendi ultra casum in quo loquitur; nam in his quæ exhorbitant à jure communi, nulla debet fieri extensio: *ut in l. si verò. §. de viro. ff. sol. matri.* Et per identitatem rationis. Secundò, differt dict. auth.

UVA. BHSC. SC 05749

auth. res quæ à casu majoratus; quia dict. auth. loquitur in casu in quo ille qui rogatus est restituere habet jus in re, & si alienet pendente conditione, vel die in certo mortis tenet alienatio; licèt non irrevocabiliter; quia revocabilitèr post mortem per illum cui debet fieri restitutio; *ut est tex. in d. l. fi. §. pe. C. communia. de le. & not. doc. in auth. de resti. & ea quæ parit. col.* 4. *signanter Angelus & Jac. de bel. & Bar. in l. servo legato. §.* 1. *ff. de le.* 1. Sed in casu majoratus directa fit restitutio per l. & nulla debet fieri detractio: *ut not. Bal. in l. fin. C. de condi.* Item, in casu majoratus expræssè est facta prohibitio alienationis, & ubi prohibitio fit expræssè per testatorem, cum causa, si hæres alienet, nulla est alienatio; *ut est tex. & ibi Bar. in all. l. filiusfa. §. divi. ff. de le.* 1. Et cum causa videtur fieri prohibitio, quamtumcumque fit à testatore respectu certæ personæ, vel suæ domus, vel suorum descendentium; ut communiter fit majoratus; ex quo concluditur, quod dict. auth. res quæ loquitur in casu speciali, & à jure communi exhorbitante; & ad casum majoratus non potest extendi: ergo in contrarium est jus commune: *ut l. jus singulare. ff. de legi.* Item, dict. auth. habet locum dumtaxat in casu in quo persona est prohibita alienare, & respectu certæ personæ, quæ est illa in qua debet fieri restitutio: nos vero loquimur in casu in quo res est prohibita alienari per testatorem in favorem suæ domus, & suorum descendentium; & inter istos duos casus magna est differentia; quia in primo casu; cum persona est prohibita alienare in favorem personæ, cui debet fieri restitutio, illa res potest per eum alienari; sed ubi res est prohibita alienari, fit inalienabilis. Item, *not. Bar. in l. peto. §. fratre. de le.* 2. ubi inquit, aliud est dicere, prohibeo ne alienes: vel ne Ticius alienet: & tunc cum sit personalis, si res transiret ad alium semel, licitè de cætero poterit alienari; sed si prohibitio esset in rem, semper durat prohibitio, & res efficitur inalienabilis. Hoc etiam tenet *Bal. in d. l. quotiens. C. de fideico.* Ubi inquit, prohibet ne res alienetur, quod talis prohibitio, cum sit sita ob causam naturalem, præsumitur realis, & durat perpetuo. Idem, tenet *Bar. in l. Lucius, ff. de le.* 3. Ex quo sequitur, quod nec etiam ob favorem dotis potest talis alienatio fieri; hoc tenet in expræsso *Bal. in feudis. ti. qualiter olim feudum poterat alienari in §. donare.* ibi: opponio de authen. res quæ, &c. Solve dicit ipse auth. non habet locum in re feudali, nec in illa quæ sui natura prohibetur alienari, vel expræssa dispositione testatoris, vel contrahentis; sed solum in casu proprio illius authenticæ est ipsa auth. servanda, & non trahenda ad consequentiam: ibi etiam tenet, quod de feudo non potest se dotare sine consensu Domini; & fuit opinio Jac. de bello; & ipse tenet si aliquo jure caveretur, ut mulier de feudo posset se dotare, non infringeretur per hoc aliquo modo, quod supradictum est; quia ibi fieret alienatio durante matrimonio; & eo soluto, feudum rediret ad Dominum sine dubio; & sic esset alienatio non irrevocabilis. Facit ad *tex. in feudis tit. de investi. de re. alien. sac.* §.1. ubi dicit tex.: quod etiam si jure Romanorum, vel Lombardorum, mulier, defuncto viro, debeat habere in bonis ejùs tertiam, vel quartam, non debet habere in bonis ejus illam tertiam, vel quartam in bonis feudabilibus. *not. d. Bal.* quod propter lucrum dotis non potest alienari res inalienabilis: & sic alienatio legalis non intelligitur fieri cum præjudicio tertij; nec in rebus suis prohibitis alienari: sic in isto casu, licèt propter favorem dotis lex permittit alienationem: cum non potest fieri alienatio de re, quæ perpetuo est prohibita alienari: ut supradictum est. Item, constitutione majoratus concurrunt duæ prohibitiones: una, quæ fit tacitè à leg. & à testatore: *ut in all. auth. res quæ.* Item, concurrit prohibitio hominis expræssa, & in casu in quo concurrunt duæ prohibitiones, una hominis, alia legis; numquam potest fieri alienatio, etiam in casu permisso à lege: ita tenet *Inno. in d. l. filiusfa. §. divi. de le.* 1. *& Cy. in auth. hoc jus porrectum. C. de Sacrosan. Eccl. ergo, &c.* Item, quod dictæ res majoratus non possunt alienari, etiam ob causam dotis: probatur, eò quod prætextu dictorum instrumentorum majoratus cavetur, quod defectu liberorum res perveniat ad Ecclesiam, ut sæpe fit; & sic Ecclesiæ videtur jus quæsitum in spe, si contingeret defectus eorum, quibus majoratus debet restitui: *ut l. quotiens de donati. qui sub* mo-

UVA. BHSC. SC 05749

modo, *& doc. in l. qui Romæ*, §. *Flavius hæres. ff. de verb. obl. & in l.* 1. *C. si manci. ita fue. ali. nema.* ubi inquiunt, quod si res donetur, ne alienetur, & si alienetur, deveniat ad Ecclesiam; quod in tali casu, etiam pacto contrahentium, non potest derogari, cum censeatur jam jus quæsitum Ecclesiæ; secundum communem opinionem; & sic impeditur tacitè ejus alienatio per legem; *ut in all. auth. hoc jus porrectum*, *& in c. nulli liceat de re. eccles. non alien. & in auth. de alie. & emphi.* §. *sanctissimas colum.* 9. & quia magis privilegiata est Ecclesia, quam causa dotis. *ut auth. quas actiones. C. de Sacrosan. Eccl.* Et si concurrunt duo privilegiati, præfertur ille, qui tractat de damno vitando: *ut in dic. casu.* Teneo tamen opinionem contrariam, per jura supra allegata pro contraria parte. Et est notandum unum singulare dictum, quod si mulier retinens pro dote rem prohibitam alienari, non probat maritum, seu patrem dotantem, seu obligantem rem sic prohibitam alia bona non reliquisse; *ut d. auth. requirit*, ibi dum dicit, sed si liberis legitima portio non sufficiat, &c. quod licèt ista sit negativa; quia tamen traditur in fundamentum suæ intentionis, debet illam probare. *sic not. Bar. & communiter Doc. in l. si constante. ff. sol. ma.* nam mulier, quæ propter inopiam viri vult repetere dotem, probare debet virum non esse solvendo; quod qualiter probetur ibi traditur per Doct. Item vide aliam limitationem valde notabilem per *Angelum in auth. de resti. & ea quæ parit.* §. *quam obrem. col.* 4. Quam vide in copulatione ordinationum regni supra ver. alienatio. &c. ubi Angelus inquit: quod ad hoc, ut pro dote danda, vel pro donatione constituenda, res subjacentes restitutioni, possint alienari, est necesse, quod obligatio dotis, vel donationis dandæ præcesserit gravamen; nam si prius filia, quæ est de restituendo gravata, vellet de bonis quæ subjacent restitutioni, dotem restituere, pro se non posset; sed si eam promiserat dare marito, antequam esset gravata, & postmodum hæres instituitur, & gravatur; benè potest dotem pro se marito promissam solvere de istis bonis; & idem est in filio; & ita dicit ipse intelligitur. *d.* § *& auth. res quæ. Not. quod Jac. de bell.* intelligit auth. res quæ, quando prohibitio alienationis fit purè, & ad diem certam: *ut ipse not. in in auth. de resti. & ea quæ parit.* §. *rursus. sup. all. Quærit Bal. in l. nulla. C. de jure do.* Quædam puella minor viginti-quinque annis nubit Ticio, numquid possit ei dare in dotem totam hæreditatem patris, quæ est multum ampla? quidam dicunt, quod non; quia in ea continentur prædia, quæ non possunt alienari: brevitèr glosa dicit, quod ex causa dotis possunt alienari; quod intellige interveniente decreto, *ut ff. de jure do. l. sive generalis in fi.* Dummodo vir sit dignus tanta dote: & puto per auth. sacramenta puberum; quod sive vir sit dignus tanta dote, sive non est vis: si juret; nam ubi intervenit juramentum, non potest prætendi læsio, nisi contingerit dolo adversarij: quod dic, ut plenè notatur *in l.* 2. *C. de rescin. ven.* Sed quæro: ego donavi Bertæ quemdam fundum, pacto ut non possit alienare; & vallavi istud pactum, cautelis impedientibus, alienationem quæ traduntur in l. ea quidem quæritur, utrum possit ista Berta suam dotem dare? & videtur quod sic. *ff. ad trebel. l. mulier.* §. *cum proponeretur*, *& all. aut. res quæ glo. videtur contradicere in di. l. nulla & est glo. not.* videlicet, quod actus inter vivos non recipiunt interpretationem illius authenticæ; & signa bene istam glos. valde, ubi supra. An autem prohibita alienatione sit prohibita dominij translatio? vide notabiliter. *Ci. in l. ea lege. C. de condi. ob causam datorum.* Et circa hanc materiam Florianus in quæstione quadam quam ipse disputavit quæ incipit, quæro quidem de nobili stirpe? &c. ponit thema, quod si comes, vel alius nobilis baro, ex concubina habens filium, posteà contraxit matrimonium cum Ticia, & ex ea filios legitimos procreavit; mortua autem Ticia uxore, cum concubina matrimonium contraxit; anteà tamen durante matrimonio cum Ticia eandem concubinam polluit per adulterium; quærit de duobus. Primo, an per matrimonium cum concubina contractum, filius anteà, & ex eo habitus legitimetur? Secundo, an cum iste sit major filius, præferatur in primogenitura, seu majoratu alij filio legitimo ex Ticia uxore habito? qui subtilitèr, atque elegantèr ad utramque partem quæstiones dictas arguit; & ad primam partem negativam: scilicet, quod per tale matrimonium proles non legiti-me-

UVA. BHSC. SC 05749

metur. Arguit primò, quod lex permittens, vel disponens, quod per sequens matrimonium legitimetur proles ante nata; debet intelligi de matrimonio, de jure valido & legitimo. *ar. ff. de jure doti l.* 3. *& de condi. & de l.* Hæc conditio filiæ meæ: sed tale matrimonium non tenet; vel saltem tollerandum non est; ergo &c. Quod non teneat, patet; quia constante matrimonio cum Ticia concubinam cognovit; eam ergo tanquam adulterio pollutam, non potest sibi in uxorem copulare: *extra de eo qui duxit in ma. quam pol. per adulterium, c.* 1. nec debet tolerari; ut ibi & per totum ti, & si non tenet: ergo per illud non debet induci legitimatio præcedentis prolis. Ex actu tamen invalido nullus potest sequi effectus validus *ar. ff. de condi. & de mo. l.* quod sub conditione. Secundo, quia existentia legitimorum filiorum videtur impedire legitimationem naturalium, quia alijs per superveniens matrimonium legitimantur: ut probatur *in aut. de trien. & sem. in* §. *fi. coll.* 3. *transumptive, c. de natura. li. authen.* sed nova constitutio; sed in casu proposito stant legitimi: ergo &c. Tertio, jus permittens prolem legitimari à nuptijs; videtur intelligendum de primis tantum nuptijs, alijs in medijs non intervenientibus. *ar. ff. de ver. sig. l. dominos*, §. *hoc sermone, & ff. qui & à q. l. matrimonium de jure do. promissio. de le.* 2. *l. cum pariter, nam dispensatio de duobus curatis intelligitur de primis, de præben. c. non potest in fi. li.* 6. Sed hic intervenit medium matrimonium; ergo ut dicamus legitimationis effectum posse sequi, debet intelligi, si res in eodem statu permanserit. *ff. de solu. cum quis in prin.* 22. *q.* 2. *c. ne quis, & de jurejurando, c. quemadmodum.* Quarto, actus medius impertinens vitiat quod agitur; ut patet in testamento. *C. de testa. l. cum antiquitas debet enim fieri uno contextu, ut l. hæredes palam*, §. *si de testa.* idem in electione, & in alijs exemplis. Sed pro contraria parte quod per tale matrimonium sit proles ex concubina legitima facit; quia matrimonium, quod est ipso jure nullum; solo nomine nuptiarum filios naturales ad jura legitimitatis adducit; casus est singularis & unicus de jure civili, *in l. qui in provincia* 2. *respons. ff. de ritu nup. cui consonat. c. cum inter, & c. ex tenore extra quam filij sint legit*: ergo multo magis, matrimonium quod est validum: confirmatur hoc: quia per matrimonium sequens filij nati etiam eo tempore, quo matrimonium verè esse non potuisset: legitimantur; quod probat *in aut. not. consti. C. de natura. li.* & clarius de jure canonico *in alle. c. ex tenore, & c. cum inter.* Secundo hoc patet: quia juris dispositio, duo simpliciter requirit, quod mulier sit libera tempore contractus matrimonij; ut sic per matrimonium proles præcedens, legitimetur. *C. de nup. l. Imperialis*, §. *mulieres, & de natu. li. l. cum quædam, & l. seq.* sed hoc intervenit hic; ergo &c. Nam vera existentia matrimonij, debet legitimationem inducere ne plus operetur fictio quam veritas: *ff. si cer. pe. l. si filius, & de lib. & posthu. l. filio cum simi.* Tertio, certum, & indubitabile est, quod per sequens matrimonium inducitur legitimatio præcedentis prolis. *C. de natu. li. l. cum quis qui filij sint le. c. tanta.* Nec distinguit an medio tempore intervenit matrimonium, vel non: ergo talis dispositio assumenda est generalitèr; & sic indistinctè prolata, indistinctè sunt intelligenda. *ff. de offi. præsi. l.* 3. *de le. præstan. l.* 1. §. 1. *de alleg. l.* 1. §. 2. Quartò, actus medius interveniens, non impedit conjunctionem extremorum; probatur *in auten. si tamen C. de tempore appe. & in cle. quamdiu de appel.* Quinto, quia in præsuposito casu utrumque extremorum est absolubile, tam primum, quam secundum: & actus medius interveniens fictio hominis, non impedit rem retro fingi, quod probatur. *ff. de solu. l. si quis offerenti in fi. & l. si cum mihi* 10. §. *si fideijussor. ver. si ignorans: & ibi tangitur per Bar. & in l. in bonorum, ff. rem ratam haberi.* Pro ista parte videtur casus *in auct. de nupti. intest.* §. *dubitatum coll.* 2. *transumptive C. de natu. lib. auct. quod jus*: & est casus *in auct. qui mo. na. effi. sui*, §. *si quis igitur dotalia melius in aut. qui mo. effi. l.* §. *si verò solummodo, et all. c. tanta*, & hanc partem sentit *Bar. esse veram in l. cum mihi de solu. et clarius in l. bonorum ff. rem ra. haberi hanc tenent Goffre. in l. de filijs præsby. ver. quod si quis natus, et Joan. An. in regula sine culpa, de re juris. li.* 6. *in mercu.* Et hæc pars est communis, licèt præcedens opinio habeat urgentia argumenta, quæ posset defendi per all. Florianum in dicta sua quæst. Posito ergo, quod per

UVA. BHSC. SC 05749

per tale matrimonium præcedens proles legitimata esset, ad secundum dubium principale, an scilicèt talis legitimatio faciat hunc legitimatum præferri, ut primogenitum stantibus alijs legitimis virtute statuti, seu consuetudinis præferentis primogenitum; & pro parte negativa quod non debeat admitti tanquam primogenitus facit; quia verba statuti non debent intelligi secundum improprium, & fictum intellectum: *not. in l.* 3. §. *hæc verba, et ib. not. ff. de nego. ge. et ubi fictio locum habere non potest, ibi cessat legitimatio per matrimonium, l. Paulus respondet. ff. de sta. ho.* ergo talis legitimatus non comprehenditur in dispositione statuti. *ff. de exer. l.* 1. §. *si is qui navem.* Item, dato, quod talis fingatur retro natus legitimus à tempore suæ nativitatis; tamen certum est, quod hoc non contingit secundum veritatem naturæ; sed secundum quamdam civilitatem, vel dispositionem legis: ergo in eo non potest statutum, seu consuetudo verificari; quasi videatur cogitasse de legitimo naturalitèr, non civilitèr. *ff. dele.* 2. *l. si ita quis* §. 1. *C. de his qui ve. æta. Impe. l. fi. est n.* regulare quod non sufficit quid fieri civiliter, nisi & naturaliter fiat. *ff. de verbo. ob. l. ex ea parte.* §. *in sulam. de le.* 3. *cum pater.* §. *hæreditatis.* Item, consuetudo, seu verba statuti præferunt in jure primogenituræ primum natum legitimum, sed iste quocumque modò non est legitimus; sed legitimatus à jure; *ut not. glos. in l.* 1. *ff. ad muncipa.* Quod patet ex nominis diversitate; nam aliter legitimus, aliter legitimatus appellatur. *ut C. de codicil. l. fi. de proprio. nom.* Significato, ille tantum dicitur legitimus qui ex legitimo matrimonio nascitur; *ut in aut. qui mo. na. effi. sui.* §. *ult. alie.* Dicitur namque legitimus secundum legem natus; sic enim non est in casu isto legitimus, sed habere pro legitimo nam aliud est esse legitimum, aliud est haberi pro legitimo. *ar. ff. de adulte. l. maritus.* §. *legis, & Bar. ibi.* Item, in dignitatibus, & prærrogativis requiritur habilitas tempore legitimo, scilicèt tempore quo ipsa dignitas, vel prærrogativa præfertur, & superveniens nil agit: *extra de elec. c. innotuit. & c. dudum.* Sed jus prærrogativè consistit hic in quadam præeminentia; *ut not. glo. in all. c. quod periculosum*, 7. *q.* 1. Ergo non requiritur, quod absit primum tempus, ubi primum nascens inesse primo ducitur; ut sic reperiatur principium invalidum, quod est substantiale, & potissima pars rei: *de ori. juris, l.* 1. Et in quo consistit radix, & rerum fundamentum: destituto ergo principio distrahitur totum esse rei; pro hoc videtur esse casus. *ff. de pœnis. l. divi fratres.* Item, qui naturaliter insunt, tolli vel mutari non possunt, immò continuo censentur inhærere subjecto. *Insti. de legi. ag. tu.* §. *fi. de jure naturali gentium, & civi.* §. *sed & naturalia. ff. de pactis. l. jus agnationis.* Sed illegitimitas, & naturalitas contrahitur á natura, statim enim quando quis ex concubina nascitur producitur naturalis, & illegitimus; licet ergo postea matrimonium contrahatur, non potest hoc vitium naturale tolli, nec fieri quominus ita natus fuerit. *ar. ff. de caupo. l. in bello.* §. *facte. hoc.* Enim implicaret contradictioni. Item, fictio numquam fingitur retro in præjudicium juris jam quæsiti. *not. glo. in l. gallus.* §. *quod si tamen de libe. & posthu. & probatur de rescrip. c. quamvis li.* 6. Sed in casu isto filio legitimo, & naturali nato ex medio, & vero matrimonio ex quo fuit ipse, & erat tempore nativitatis primogenitus legitimus; statim ei videntur quæsita jura primogenituræ. 22. *q.* 2. *c. fin. circa prin.* Ergo in hoc potior esse debebit, in eodem enim genere dignitatis prior esse debet qui prius meruit dignitatem; *C. de consili. l.* 1. *li.* 12. Et sic in sui præjudicium, & confusionem non debet iste illegitimus posse fingi retro legitimus argum. prædictorum & maximè: quia per hoc excluderet à jure jam legitimè quæsito fratri præter factum suum contra regulam juris; quod nostram. Item fictio non trahitur retro ad tempus, quo sequi posset juris repugnantia. *C. de donati. inter vi. & uxo. l. donationes*: sed hic posset sequi repugnantia juris; quia naturalis, & legitimus succedere debet, & actualiter fuit in actu succedendi prius quam naturalis fuisset legitimatus: & ideo lex suam fictionem ad hunc casum non extendit. *C. de condi. insti. l.* 2. *ff. de le.* 2. *l. ex tali scriptura, in fin.* Præterea ubi personæ conditio est mutata, vel ubi potest reduci vitium, rei fictio non trahitur retro. *ff. de mili. testa. l. si certorum* §. *fi. de capti. l. in bello.* Item, non est verisimile legitimantem voluisse præferri

UVA. BHSC. SC 05749

ri legitimatum legitimo, & naturali: ergo ad casum, & effectum istum, non est trahendus iste legitimationis effectus. *ar. ff. de vul. & pu. substi. l. ex facto.* de hoc etiam videtur casus: *si de feu. contro. fue. c. naturales filij coll.* 10. & hanc partem tenet *Odofre. in tractatu feudorum, tit. qui feu. suc. po. post primam columnam.* Hanc etiam partem videtur tenere. *An. de pisis in di. c. naturales*, dicens, quod per matrimonium, vitium illegitimationis non purgatur, tamquam vitium naturale, & ossibus annexum, & affixum: hoc idem tenet *Bar. brixi. & Jo. An. in regula:* sine culpa per aliqua jura & rationes. Contra supradicta tamen urgetur, quod iste legitimatus per matrimonium præferatur, & gaudeat prærrogativa majoratus. Primò paria sunt quod à principio esse tale, vel ex post facto reduci ad tale: *ut l. fi. ff. re. amo. ff. ad mace. l. sed juli. §. perinde. & C. ad mace. l. fi. cum simi.* Si enim iste naturalis à principio esset legitimus, clarum est, & indubitatum, quod fuisset usus prærrogativa majoratus; ergo & nunc debet gaudere, cum legitimationem adeptus est per matrimonium: *ut all. c. tanta cum simi.* Secundò confirmatur, quia qualitas adjuncta verbo, debet intelligi, secundum tempus verbi, cui adjungitur. *l. in delictis. §. in extraneis, ff. de noxali, & ff. de mili. testa. l. Ticius ubi not. & Bar. in l. ex facto ff. de vul. & pu. sub.* Sed ista verba legitimus; primogenitus; respiciunt verbum succedat, & successionis effectum: ergo ipsius legitimationis effectus consideratur secundum tempus mortis defuncti, non enim prius debet de cujusque conditione quæri quam hæreditas vel legatum ad eum pertineat. *ff. de le. 2. l. non oportet : & de le. præstam. l. intervenit* : nam & hoc tempus scilicèt mortis expectatur in successione ratione proximitatis. *insti. de legit. agna. tu. §. proximè, ff. de in jus. testa. l. si q. à filio exhæredato. in prin.* & ad judicandum de capacitate prohibiti. *ff. de hi. q. ut indig. l. in fraudem.* §. 1. Sed tempore mortis constat hunc naturalem esse legitimum; verè ergo illud tempus magis legitimo expedit attendendum. Prima legitimatus per matrimonium admittitur ad dignitates spirituales, *not. de electi. innotuit qui fi. sint legi. c. tanta* : ergo magis debet admitti ad dignitates, & prærrogativas temporales, qualis est ista primogenitura: *ut not in all. c. quam periculosum.* Et supra tactum est cum spiritualia jura cæteris temporalibus, tantum altiora, & præcisiora consistunt, quantum aurum metallis alijs videtur præfulgere. *c. per venerabilem qui filij sint le.* Item, si per legitimationem competit jus succedendi, quod est principale; fortius ergo qualitas primogenituræ quæ ad hoc jus succedendi videtur se habere tanquam annexum, & accessoriè; & sic debet regulari secundum naturam sui principalis; ut in regula accessorium: *de regu. juris, li. 6.* & sic habilitatus ad principale, intelligitur etiam habilitatus ad partem. Item propter unum quodque tale, & illud magis. *C. de Sacrosan. Eccle. autem sed multo magis.* Sed jus primogenituræ conceditur primogenito, quia legitimus, & retinet jus succedendi; & jus succedendi concessum est ipsi legitimato: *ut auct. q. mo. na. effi. sui. §. filium* : ergo & ipsius primogenituræ. Ad idem per legitimationem filius nascitur in legitima, & paterna successione: *q. mo. na. effi. le. §. quam varie.* Et nil dissimile legitimo: adeo quod etiam ubi agitur de impugnatione testamenti paterni: legitimatio superveniens fingit retro eum natum legitimum; ut patris testamenti in quo præteritus fuerat tamen pater: & hoc per plures rationes tenet *Ja. de bel. in auct. q. mo. na. effi. sui* : ergo fortius est dicendum in casu præsuposito, ubi de nulla impugnatione testamenti patris agitur. Item, licet dicatur, quod fictio non fingit retro in præjudicium juris alteri quæsiti, *ut in juri all.* supra ad partem contrariam: attamen ubi non est jus quæsitum, potest retro fingere, licet ex hoc communiter officiatur; facilius ergo impeditur impedimentum faciendum, quam tollatur jam factum. *ar. l. patre furioso. ff. de his q. sunt sui vel ali. ju.* & facilius impeditur obligatio contrahi, quam contracta tollat patet. *C. de acti et oblig. l. sicut.* Sed hic non dum erat jus effectualiter quæsitum ex legitimis, & naturalibus patre suo vivente, sed sola habetur spes. *ff. de libe. & posthu. l. in suis* : ergo superveniens legitimationis de facili potest impedire hanc acquisitionem, quæ fienda erat; & per hoc tollitur principale fundamentum allegatum supra pro parte contraria. Hanc partem, salva omni reve-

UVA. BHSC. SC 05749

verentia dominorum contrarium determinantium cum domino Floriano, de jure reputo veriorem in casu proposito; quia hæc legitimatio supervenit per matrimonium, est enim multum favorabilis, quam ea quæ venit per rescriptum; maximè per ea quæ supra dixi per hoc; quia legitimati per rescriptum non succedunt in feudo, & tamen legitimi per matrimonium sic. *tex. est in c. naturales filij* 10. *coll. si de feudo contro. fue. & hoc tenet ibi Jac. de bel. & Bal. facit gl. in c. innotuit de elec.* Item ad multa contraria supra signata potest responderi, quod legitimatio acquisita per statutum requiritur, & attenditur tempore paternæ successionis: sed supposito quod requiratur tempore nativitatis, quo tempore hic legitimatus dici non potest verè legitimus, sed fictè, licèt hodie sit verè legitimus: *secundum doctrinam Bar. in l. si is qui pro emptore.* Posset responderi, quod licet factum non contineatur verbis statuti: *ut not. Bar. in l. si quod id quod* §. *fi. ff. de juris. om. ju. & Jac. de butri. C. de legi. l. non dubium.* Tamen ex mente statuentis videtur provisum, id quod est *ex l. ff. de verb. sign. l. ex nominis, & rei*, §. *verbum*: *facit quod not. Bal. in l.* 1. *ff. de novi ope. nunci*: nec obstat alia ratio in contrarium allegata: scilicet, quod non sufficiat quod civiliter fieri, &c. quia illud verum in illo, quo nil habet naturalitatis: ut in filio adoptivo, & similibus: sed per legitimationem filius non efficitur civilis filius, sed potiùs macula illegitimationis per jus civile contracta, per contrarium jus civile submota restituitur primæ naturæ, & antiquæ ingenuitati: *ut auc. qui. mo. na. effi. sui*, §. *si quis*: ergo filios legitimos non habet, &c. Item, quin actus trahitur retro; ut est actus legitimationis: ut in juri supra alle. sufficit quodcumque interveniat: *ut not. in l. bonorum supra all.* nec obstat alia ratio, scilicet quod naturaliter insunt, &c. quia illa major natura in illis naturalibus: qui per accidens superveniens non sunt alterabilia, & sic loquitur contrarium. Sed quin naturaliter cohærens est alterabile per superveniens accidens: tunc accidente superveniente tollitur, & in accidens commutatur. *l. si eadem ff. de assesso. & l.* 1. §. *bestias. ff. de posth.* Sed in casu nostro, illegitimatio, per legitimationem supervenientem, funditus extirpatur: ut supradictum est. Item, non obstat alia ratio, quod fictio nunquam fingit retro, &c. quia illud est verum, cum jus est efficaciter quæsitum: secus si spe tantum: *ut l. præter emancipatus ff. de lib. le. & Bar. in l. sciendum ff. q. satisd. cogun.* & hoc vult in simili. *Jac. butri. in tempore appellandi in l. furti, ff. de his qui not. infa.* Vel subtilius potest dicit, quod jus non fingit in præjudicium tertij, cui est jus quæsitum: illud est verum, cum est quæsitum facto hominis: scilicet ex concessione principis: ita loquitur: *c. quamvis*: sed cum jus est alicui quæsitum re, & facto legis, præter aliquod factum ejus cui est jus quæsitum per amotionem, vel inter emptionem alicujus obstaculi: tunc tale jus sicut per aliquod ejus factum, est sibi quæsitum; ita solo contrario facto legis potest tolli: probatur *in l.* 1. §. *fi. ff. de contra ta. & l.* 3. §. *si veteri. ff. de bo. liber. ff. de his qui sunt sui vel alie. juris. l. si qua pœna*: ita in isto casu, nam propter irrogatam maculam illegitimatis, huic primo nato beneficio legis, secundo nato non fuerunt quæsita jura primogenituræ: ergo, &c. Item, nec obstat alia ratio, scilicet, quod fictio non trahitur retro; si exinde sequeretur rei vitium, &c. quia hic nullum vitium sequitur, sed potius persona habilitatur, & restituitur primæ vis natalibus, & primævo juri: ut patet ex prædictis, ex quibus patet responsio ad alias rationes in contrarium allegatas, &c. *Contrariam opi. tenet Jo. An. in mercu. in c. sine culpa de re ju. lib.* 6. *per c. quamvis de rescriptis li.* 6. & per alia jura, & rationes quæ ipse prolixè, tamen elegantèr fundat, quem omnino vide. Item quid si statuto, vel lege cavetur quod filia fœmina non succedat stantibus masculis; & si masculi non stant; quod straneo succedat masculus, & non fœmina, ut communiter apponitur in conditionibus primogenituræ; nunc autem stat nepos masculus ex filia, an iste excluderet extraneum masculum? *& Bal. in l. maximum, C. de liber. præte. vel ex hæ.* Vult tenere, quod talis nepos non præferat: quia cum lex vel statutum excludit radicem: ergo quidquid ex ea oritur videtur exclusum: *ut in usibus feu. tit.* 1. §. *hoc autem notandum. Idem Cy. C. quæ sit lon. consue. l.* 1. *in fin. et Bar. ff. ad Tertu. l.* 2. §. *videndum* Nam licet mutetur in nepote ex filia sexus, non tamen mutatur ratio exclusionis, cum non possit venire nisi tanquam

UVA. BHSC. SC 05749

quam matris imago. *arg. C. de coll. l. illam*, §. *pe.* sed mater invenitur exclusa: ergo & tota linea, quæ descendit ex ipsa: quia nisi in capite principium sumant, ulterius produci non potest. *ar. ff. de act. et ob. l. quæcumque gerimus.* Non obstat. *ff. de contra tab. l.* 3. *si emanipatus*: quia ibi loquitur in exhæreditatione, quæ provenit ex delicto, & ex odio personali; & in præsupposito casu loquitur in exclusione, in qua non consideratur persona, sed natura. *ut in all. l. maximum*, ibi naturæ accusatores, &c. hoc idem tenet *Spe. tit. de locato.* §. *nunc aliq. ver.* 46. *&c.* Sed in hujusmodi natura exclusa participat nepos sicut mater ejus: *ut C. de impu. et alijs substi. l. fi.* ergo, &c. Nam si mater est inhabilis, & aliena; ergo quidquid ex ea sequatur. *ar. C. de lib. & eo. li. l.* 2. Sed contra hoc facit; quia exclusa filia, quia fœmina, non excluditur nepos masculus ex ea, quinnimo aperitur nepoti via tanquam matre civiliter mortua, tempore mortis avi. *ar. ff. de contra tab. l.* 2. §. *fi. & ff. de acq. hæ. l. qui in alien.* §. *interdum*, *et ff. de int. et rele. l. eum quid ff. de in offi. testa. l. pater filium*, *et l. si is*, *et hanc opi. videtur tenere Jac. but. in quadam sua disputatione. Sed Bal. in all. l. maximum*: concludendo, distinguit, quod autem filia supervixit patri; & tunc opinio Jac. but. est falsa, per supra alle. sed si mater prædecessit patri, tunc filius ex ea non excluditur per jura *alle. per Jac. but.* Item quæro, an illa quæ veniunt ad filium, jure primogenituræ, veniant conferenda post mortem patris? & per supradicta est dicendum, quod non; quia talia jura successionem non recipiunt; & ideo ea conferri impossibile est. *ar. ff. fami. herci. l. cum quædam mulier. de jure patro. l. carmelia pia. et allegato. c. licèt devoto*: Si tamen esset dubium facti quis esset primogenitus, tunc apud ambos simul resideret adminitratio Dominij, seu regni. *ar. not. de sta. ho. l. arethusa.* Quod non est novum 2. legitimos similiter fuisse administrantes Imperium: *ut not.* 7. *q.* 1. *non auct. et in Cle. ne Romani de jurejuran. et in additi. Spe. tit. de rescriptis præfeu. Jo. An. diffuse*: Et sic illa forma quod per unum regnum regatur, non est de jure necessario naturali, vel divino; sed de jure voluntario, & positivo: *ut ff. de origi. jur. l.* 2. §. *novissime*: secus in Apostolatu. Nam articulus fidei inquit: & unam Sanctam Catholicam Ecclesiam. *not. Bal. in auct. ex testamento in fin. ff. de coll. not. Abb. de cecil. in c. quodam de of. or.* Item, habito profundato, quod matrimonium extremis contractum, legitimat prolem, ut est conclusio *Jo. An. in mercu. in l. sine culpa de reg. juris. lib.* 6. Item, quod filius primo natus ex concubina, & postea ex secundo matrimonio legitimatus succedat in jure primogenituræ, & præferatur filijs legitimis primi matrimonij; concludit Florianus ubi supra per multa argumenta; & sic medium matrimonium non impedit legitimationem, contrariam tamen opinionem tenet *Joa. An. in regula sine culpa*: *ut supra dixi.* Ubi determinat aliam quæstionem, scilicèt, quod etiam si Clericus sit secundogenitus quod dicta consuetudo extenditur ad illum per rationes, & jura per eum allegata: sed si vera esset illa opinio, de qua *sup. scil. quod legitimatus per matrimonium.* 2. contractum haberet jus primogenituræ: cum tempore hujus juris quæsiti ille Clericus erat in Sacris sibi non præjudicaret consuetudo: *ut ipse Joan. An. concludit in dicta regula*: *sine culpa in fin. mercuria.* Dubitatur circa hanc materiam, quare quis sequitur magis quoad statum conditionem matris, quam patris, & quare materia; idest, mater in hoc potentior est quam forma, idest, pater. *et Bal. in l. fi. C. de servis fugi.* Dicit, quod hoc est introductum in favorem partus. Nam conditio matris potest ei proficere in tribus temporibus, scilicèt, tempore conceptus: nativitatis, & medio tempore: *ut ff. de sta. ho. l. & servorum*, §. *ingenui.* Sed si sequeretur conditionem patris, non possemus inspicere nisi tempus conceptionis: quia in illo solo tempore pater est causa efficiens: *tractum de cætero nullum habens.* Sed juxta hoc quærit. *Bal. ubi sup.* An quoad nobilitatem generis, quis sequatur patrem, vel matrem? Et respondet, quod nobilitas est quædam dignitas à parentibus derivata, quæ denominatur à potentiori causa. Certum est autem, quod potentior est forma, quam materia; cum forma sit agens, & materia patiens, & omne agens sit nobilius, patiente. Item, si mater quoad dignitatem cedit marito: ergo & partus

UVA. BHSC. SC 05749

deben amar, è guardar á los otros sus fijos, como à fijos de su señor natural: ellos amando, è obedesciendo à aquel que reynáre: è porque esto es complimiento, è guarda de lealtad: mandamos que quando quier que venga finamiento del Rey, (*a*) todos guarden el Señorío, é los derechos del Rey à su fijo, ò à la su fija (*b*) que reynáre en su lugar. E los que alguna cosa tuvieren del Rey, que pertenece à su Señorío, luego que supieren quel Rey es finado, vengan à su fijo, ò à su fija que reynáre despues del, à obedescer, è facer todo su mandamiento; è todos comunmente sean tenidos de facer omenaje à él, ò à quien él mandáre. (*c*) E si alguno esto no cumpliere, quier sea persona de gran guisa, quier nó, y esto no quisiere cumplir, ò alguna cosa dellas erráre, (*d*) él y todas sus cosas sean en poder del Rey, è faga dél, y de sus cosas (*e*) lo que quisiere. E si por aventura alguno de aquellos que deben venir al Rey, no vino (asi como sobredicho es) è no pudiere venir por enfermedad, ò por guarda de alguna cosa que pertenezca al Señorío del Rey, è no en otro engaño; mas entendiendo que es mas pro del Rey, ò de la Reyna, è que por eso finca; no haya la pena desta ley: pero faciendolo saber al que reynáre por qual razon finca que no vino, y que está presto para facer su mandado; y el que en esta guisa fincáre, no haya la pena sobredicha.

---

ejus. *C. de digni. l. mulieres*: sequitur ergo, quod non dicitur quis nobilis respectu generis materni, sed paterni: loquendo simpliciter, & præcisè, secundum quam tamen non est dubium, quod omne compositum participat de forma, & materia. 32. *q.* 4. *c. fi. in glos. & vide Spe. tit. de feudo*, §. *quando ver, quinto.*

(*a*) Finamiento del rey. Nota quod carentes rege, possunt dicere: deseruit deseruit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Cum igitur populi tunc non habeant lumen, nec suffragium regis, oportet quod filios regis, minore existente, cum omni fidelitate sibi ipsis sint lumen; & remissius regant navem: *ut C. de jud. l. nullus l. autem Imperatoris*: non potest separare naturales rationes à proprio subdito. Qui ergo non habet ducem, necessarium est, quod ipse sit sibi ipsi dux; & quæ non habet legem, oportet, quod ipse sibi sit lex: secundum Apostolum, *not. Bal. in lib. feudorum rubrica de allodijs c.* 1.

(*b*) O a su fija. Nota ex hac lex quod filia potest in regno succedere: de hoc vide. 1. *parti. tit.* 2. *l.* 2. *ubi not.* quod regnum est indivisibile, & subjacet restitutioni, de quo *in c. licèt extra devoto. & Bar. in lib. feudorum ti. qui feud. dare pos. c. fi.* §. *hoc autem*: Et hoc intelligo etiam si filia sit pupilla; quia est dignitas naturaliter, & radice vel generatione proveniens: *ut not. Bal. in l. fi. C. de testa. mili.*

(*c*) Mandare. Et hoc si est legitimæ ætatis, aliàs servetur. 2. *part. tit.* 16. *l.* 3.

(*d*) Errare. *Simile infr. lib.* 4. *tit.* 2. *l.* 1. *in fin. & tit.* 1. *l.* 2.

(*e*) Sus cosas. Sic habes supra eo. *lib. titul.* 2. *l.* 1. *de materia hujus*, *l. vide* 2. *parti. titu.* 13. *l.* 20. *cum sequentibus*, *& tit.* 15. *per totum.*

UVA. BHSC. SC 05749

TITULO IV.

DE LOS QUE NO OBEDESCEN EL MANDAMIENTO del Rey.

TOdo home (*a*) que fuere llamado por mandado del Rey, que

ADDICION.

Vey una Ley del estilo, que es 219. que habla quando el Rey embia à mandar alguno que le tomen sus bienes, como se ha de obedescer el tal mandado: è para la final parte desta Ley, vey la Ley 130. del estilo, como los mandamientos del Juez deben ser obedecidos. La Ley 15. del titul. 13. de la segunda partida habla en este caso: pone mayor pena à los que no obedescen los mandamientos del Rey: è vey por todo el titulo como los del Reyno han de honrar, y obedecer al Rey, y à sus mandamientos: vey el titulo 9. de la segunda partida por todas las Leyes del titulo, qué tales han de ser los Oficiales de la casa del Rey, y cómo han de servir, y obedecer al Rey: especialmente, vey la Ley 26. que pone, como los Oficiales han de jurar de guardar los mandamientos del Rey. Concuerda con esta Ley, la Ley primera de las Leyes nuevas, fechas por los Reyes nuestros Señores en la Villa de Madril: que manda, que los Jueces al principio de su Oficio juren de guardar, y obedescer los mandamientos reales, y de no ir contra ellos.

(*a*) TODO HOME. Nota ad evidentiam hujus tituli, quod si culpa, vel peccatum non esset in nobis secundum rationem humanitatis, omnes essemus æquales: *ut in c. de Constantinopo.* 22. *di. in fi.* Sed quia aliqui peccare volunt, necesse est; quod aliqui sint majores, qui deliquentium peccata puniant: aliter non posset genus humanum consistere, nisi quidam majores essent, alij minores, sicut in Angelis in potestate, & ordine, differentibus, *ut* 88. *di. c. ad hoc, et not. Jo. in dicto c. de Constantinopo.* non immerito ergo subjecti debemus esse regi, tanquam præcellenti, &c. & ejus mandatis obedire ad vindictam maleficorum; laudem vero bonorum. *ut c. solite de ma. et obe.* & qui ei non obedit, morte moriatur, *ut c. si quis venerit eo. tit.* Inobedientia enim gravissimum crimen est; quia est crimen idolatriæ, *ut c. sciendum* 8. *q.* 1. & gravissimè est puniendum. *ut* 24. *q.* 1. non afferamus. *et in l.* veteri inobediens capite puniebatur. *ut in c.absit* 11.*q.* 3. quod intellige, ubi quis erat prævaricator legis; vel cum quis non obediebat judici; ut in his qui expectabant ad vindictam maleficorum. *ut* 23. *q.* 5. *miles ut not. Jo.* 4. *q.* 1. *in summa*: ratio est quia obedientia melior est quam victima. *ut in c.* 1. *eo. tit.* quia per victimam aliena caro; per obedientiam vero voluntas propria mactatur: *ut dicto c. sciendum* 8. *q.* 1. Necesse ergo est Regi obedire, & mandatum suum adimplere, alias punitur inobediens: *ut in hac l.* Item obedientiam denegans Principi sæculari, peccat mortaliter. Et potest judex Ecclesiasticus ad petitionem judicis sæcularis illum excommunicare. *not. Ab. de cecilia in c.* 1. *de offi. ordi. & in c.* 2. *de majo. et obe. circa fi.* Circa quod nota, quod obedientia novem debet habere conditiones. Nam obediens, debet obedire libentèr, & sine cordis murmure. *Auct.* 9. » Domine quid me vis facere? Humiliter & sine vocis contradictione. *Oseæ* 4. populus tuus sicut hi » qui contradicunt sacerdoti. Curialiter, » & sine dilatione. *Isa.* 60. qui sunt isti » qui ut nubes volant. Hilaritèr: & sine » vultus tristitia. 2. *ad Corinthi.* 9. Integraliter, & sine operis diminutione. » *Thobiæ* 5. Omnia quæ præcipisti mihi » pater faciam. Simpliciter, & sine mandati nimia distinctione. *ut in Psal.* In » auditu auris obedivit mihi. *Prudenter*, » sine manifesto errore. *Actuum* 5.Oportet magis obedire Deo, quam hominibus. Veracitèr, & sine fictione *ad Colossen.* 3. Servi, obedite per omnia dominis carnalibus; non ad oculum servientes quasi hominibus placentes. Perseverantèr, & sine intermissione. *ad* » *Phil.* 2. Factus est obediens patri usque ad mortem. « Unde ait Ber. verus obediens nescit moram: nec mandata pro-

UVA. BHSC. SC 05749

venga ante él, ò que faga otra cosa, (*a*) è despreciáre su mandamiento; y no quisiere venir à su mandado, ni lo quisiere facer; peche cient maravedis al Rey: è si no hoviere de que los pechar, el cuerpo, è quanto hoviere sea à merced del Rey. Pero si no viniere, è podiere mostrar embargo: (*b*) porque no pudo venir: asi como enfermedad, (*c*) ò prision, ò avenidas de rios, ò grandes nieves, ò otros embargos derechos, ò si viniere ante él, è mostráre razon derecha, por qué no puede cumplir su mandado: no haya pena. (*d*) Y esto no se entiende por aquellos que son llamados à juicio con su contendor. Ca si estos à tales no vinieren, ò mandamiento no ficieren, hayan la pena (*e*) que es puesta contra aquellos, que no facen mandamientos de Juez.

---

procrastinat: sed aures parat auditui: oculos visui: manus ad opera, & pedes itineri: & sic se totum colligit imperantis arbitrio: ut omnino ejus adimpleat voluntatem: *ut not. Archi. in dicto c. sciendum, & in c. qui resistit* 11. *q.* 4. quæ quidem obedientia in tribus consistit: in reverentia, scilicet judicio, & præcepto: ut plenè de his per *Gofre. in summa eo. tit.* §. *obedientia vero.* De hac materia an sit obedientia in non faciendo, sicut in faciendo: & in quibus consistat obedientia? vide *Bal. notabiliter, et subtiliter in l. liberti. C. de operis l.* 1. *colum.* ubi vide per eum quid est reverentia? & quid honorificentia? & quæ sunt operæ obedentiales? reverentiales, honorificè officiales, & artificiales? Circa quod nota, quod peccatum paganitatis incurrit, qui cum christianum se asserit, sedis Apostolicæ obedientiam contemnit. 81. *di. si qui sunt quod intellige. ut not.* 19. *dist. nulli fas extra de elec. c. generali*, §. *illos lib.* 6. *not. glo. in cle. ad nostrum de hæreticis.*

(*a*) O QUE FAGA OTRA COSA. Et etiam si dubitetur an sit justum, vel injustum, quod mandatur semper obedire tenetur, & etiam si sit onerosum. 19. *dist. c. in memoriam*: & injusta correctio est toleranda. *ut c. contra morem*, *c. di.* Et hoc intelligo verum nisi Rex aliquid mandaret, quod esset contra articulos fidei, vel contra præcepta, & prohibitiones legis, vel contra generale statutum Ecclesiæ, quia tunc non debet tale mandatum adimpleri. *ut in c. Julianus*, *et in c. Imperatoris* 11. *q.* 3. *et c. quid culpatur* 23. *q.* 1. *et c. non enim* 11. *q.* 3. *et c. si quando de rescriptis vide circa hoc quod latius scripsi in f. li.* 4. *tit.* de las fuerzas. *l.* 10. *et vide quod scripsi in l. fi. inf. tit.* de las herencias *q. fi.* An auth. Episcopus debet potius obedire Regi suo, quam metropolitano, vel parenti. 18. *di. si Episcopus* 23. *q.* 8. *reprehensibile de offi. dele. c. pastoralis in fi. appel. comparati. de censi. significavit*, *et glo. in c. quæ resistit* 11. *q.* 3.

(*b*) EMBARGO. *Ut inf. li.* 4. *tit.* 2. *l.* 1. *in fi. extra de appe. c. ex ratione* 2. *q.* 6. *anteriorum*, §. *ad hoc.*

(*c*) ENFERMEDAD. *Vide inf. l.* 2. *tit.* 3. *l.* 4. *in fi.*

(*d*) NO HAYA PENA. *Vide l. non videtur*, *ff. de judi. et l. cum prætor. eo tit. et ibi per Bar. et extra de appel. c. duobus*, *et ff. si quis jus di. non ob. l.* 2. §. 2. *et ibi per doc. facit c. cum dilectus extra de dolo*, *et contu. et ibi glo.*

(*e*) HAYAN LA PENA. Quam habes *inf. li.* 2. *tit.* 3. *li.* 1. *et tit.* 8. *l. antepenulti.* Et quia lex ista disponit, contra eos qui principis spernunt mandata, hic aponere decrevi opusculum, quod de mandato Illustrissimi Domini nostri Regis. *Joan.* 2. copilavi, contra quendam comitem Regis Datiæ Carlinæ nomine. Nam cum Rex ille Datiæ in teneris adhuc esset annis constitutus; videns esse sibi grave totius sui regni onus, atque sarcinam sustinere, ne multis afficeretur malis, num. xj. inter alios sibi astantes, unum ei de mille elegit. *Eccle.* 6. Fuit super domum Regis, & ad sui oris imperium cunctus populus obediebat, & cons-

UVA. BHSC. SC 05749

constituit eum super universas terras regni sui. *Gen.* 41. Et quia eum vita, & moribus commendabilem putabat, maximam fœlicitatis mercedem ei tribuit, quam non per laborem virtutis acquisivit. *c. jejunium de conse. di.* 5. Sed per nimiam virtutem largitatis ac liberalitatis regiæ quod ei sponte donabat, & nihil se præstitisse putabat. *c.* 1. *extra de donati*: unde Seneca: non quæsivit Rex quid illud accipere oportebat, sed quid Regem dare decebat; cujus honor cum inflaret superbiam. 45. *di. c. licet*, & vitio cupiditatis jam esset alligatus. *c. bene quidem* 46. *d. et c. nihil* 83. *dist.* in vitium invidiæ, & contentionis incidit. *c.* 1. *de pœni. di.* 2. & in tantam pervenit vesaniam immemor tanti accepti beneficij, solus in regno volebat potentari. *c. Ecce* 95. *di.* & eum amor donationis invasit, *ut all. c. bene quidem.* Dissimulabat regno medicinam adhibere, & in operatione erat mendacium. *c. cavete* 22. *q. fi.* Nam sæpe vitia se esse virtutes mentiuntur *ut c. sæpe* 41. *di.* Præsumptione usurpativa plebis terminos alienos usurpabat. 7. *q.* 1. *placuit.* Præsumptione diabolica Ecclesiarum bona invadebat. 12. *q.* 2. *de viro.* Præsumptione sacrilega Deo dedicata suis usibus applicabat. 12. *q.* 2. *c. prædia.* Præsumptione pernitiosa, & nefanda magistratus, & officia regni propinquis, ac familiaribus minus idoneis committebat. 89. *di. decretum.* Præsumptione ambitiosa, & inordinatæ cupiditatis, ut notorietas patefecit, indiscreto moderaminè civitates, & loca regni prægravans, in exactionibus superfluis frequenter intendebat, penè usque ad evacuationem extremæ virtutis in totius facultatis regni. Præsumptione inobedientiæ contra voluntatem, ac contra justa regis mandata, multa facere attendebat. *c. qui & humani.* 12. *q.* 2. Præsumptione crudelitatis in multos sæviebat. 10. *q.* 3. quia novimus, & sub hominis figura immanitatem gerebat beluinam, & seminare discordias in toto regno, nunquam cessabat. 46. *dis.* §. *Ecc.* Et ultra stipendia sua redditus thesaurum, & bona regis usurpabat, & thesaurizabat. 23. *q.* 1. *militare*: exercebat enim super magnates, & agricolas quandam dominationem, & eis importabile pondus imponebat, quod magis ad tyrannidem, quam ad rectitudinis pertinet formam: debuerat enim esse tam copiosis redditibus, dignitatum, & officiorum, quæ usurpaverat contentus: & in omnibus propriam debuerat tenere mensuram: in abundantia habebat. 41. *dist. quod dicit.* Et per perversum dominium, regnum dispersit, & vastavit in republica malè versando, & tyrannicè ad bonum proprium tendendo, quæ digna sunt non cogitando; & sic factus est ruina multorum. *not. Jo. Andr. in cle. unica de bap.* Per suam tyrannicam artem, & potentiam nitebatur semper perdendi regni suspitionem; suumque commodum procuravat; licet regni incommodum sequebatur: plus de alienigenis, quam de regnicolis confidebat. Triplici arte utebatur tyrannica. Primo nitebatur, ut subditi inscij essent, & meticulosi, ne possint contra eum insurgere; peritos occidendo; & potentes devastando. Secundo seminabat inter eos zizaniam, ne unanimes contra eum fierent; & eos ad pauperiem deducebat, & tam magnis negotijs eos implicicabat: ut contra ejus dominationem nunquam possint meditari. Tertio nitebatur confraternitates, & conventicula dissipare, & quæ agebantur, & dicebantur in regno scire; ideoque verus erat tyrannus: ut hæc omnia. 2. *par. tit.* 1. *l.* 10. *nam cum tyrannus dicitur à tyres Græcæ.* Latinè dicitur fortis, sive angustia: unde dicitur tyrannus pessimus, & impius luxuriosè vivens, dominationis, & divitiarum cupidus, crudelissimam dominationem in populis exercens: & sicut regnum est rectus principatus, ita tyrannides est perversum dominium: Rex tendit ad bonum commune; tyrannus autem ad bonum proprium: ut Philosophus 4. & 5. *Polithicorum*, & *not. glo. magna in allegata cle. unica de Baptis.* & causa imbursandi, & divitias cumulandi, non solum regnum indebitis exactionibus gravabat, & suum Regem ad paupertatem deducebat, & tam nobile regnum dissipabat, sed etiam familiares officiales, vasallos, fidelesque Regis exosos habebat; & alios per disfavorem, alios autem per stipendiorum subtractionem à curia, & à domo Regis abjiciebat, prælatos, milites, doctores peritos circa Regem non admittebat; nonnullos gratia favoris sublimabat; alios odio, invidiaque humiliabat. Taliter quod ferè nullus in curia residebat, nec apud Regem assistebat, nisi qui sua

dam-

UVA. BHSC. SC 05749

damnabilia facta sequebatur: justitiam, officiaque regni quasi in publica subastatione venalia exponebat; & propter defectum justitiæ ejus dolo, culpa, & causa, totum regnum ad totalem versabatur perditionem; fama, & gloria, tam virtuosi Regis omnino cadebat. Civitates, loca, & bona tituli Regis, usurpare præsumebat; & quandoque causa amicitiæ, vel timoris, aut muneris per tentavit auferre; taliter quod regnum quasi ad nihilum redactum est. *argum. c. monemus* 12. *q.* 2. Fraudavit enim Reges regni, & plurima ex eis retinuit, & alia proprijs servitoribus, & cognatis donavit: & sua calliditate arte & dolo regnum dissipavit, & dispersit, quæ non collegit: *c. quisquis* 12. *q.* 12. & licet in senium jam deductus erat, absurda & diabolica curiositate non quiescebat, taliter quod in fine suæ damnandæ senectutis, unum qui consilio & consistorio Regis intererat, quem Rex diligebat proditionalitèr occidit: aliaque innumerabilia damna in regno, fecit quæ longo non possent enarrari processu. Et licet Strenuus Rex ille Datiæ diu est,quod ex fructibus dictis comitis Carlini eum cognovisset, *ut c.* 2. *extra de re juris*: obstinatus tamen sui Regis consilijs noluit acquiescere. 48. *di.* quia auth. & in eo quod erraverat perseveravit. 8.*di. consuetudo in fi.* & cum jam nimis potens erat effectus, cum nimia virtute prudentiæ Rex ille eum tolleravit quoad licuit. *ut c.* 1. *& c. ecce inquit* 26. *q.* 4. *quod ergo* 7. *q.* 1. *adversitas in fi.* Fuit enim toleratus ne exturbine ejus pax regni concuteretur, quoad licuit. *ut dicto c. quid ergo*: non enim Rex cum ira nec præcipitanter accedens quod quoniam ira talia facit committere: de quibus post multum solet homo dolere. *c. cum apud* 11. *q.* 3. *unde Tullius*: cavendum est maximè à ira in puniendo, cum qua nemo tenebit mediocritatem quæ est inter nimium, & paucum. Item & alibi: ira procul absit, cum qua nil rectè, nil considerate fieri potest; quæ enim, cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, nec ab his approbari, qui adsunt;& sic cum diu portatus & toleratus per Regem salubriterque objurgatus corrigi noluit: Deus qui concitat potestates, quando vult, ut adversus dissipatores, & malos insurgant, *ut c. quando vult* 23. *q.* 4. cor Regis quod in manu habebat administrandam justitiam inclinavit; *Prov.* 21. *& in epistola inter claras. C. de summa Trinitate*, *&* 2. *parti. tit.* 2. *l.* 3. Et postquam Rex ille gratia divina citatus cognovit lumen intelligentiæ regni perditionem, atque devastationem, & tanta nequitia ad aures ejus de sua senectute pervenisset, *ut c. tanta* 86. *di.* attendens quod summum fastigium, & regni gubernatio eidem credita tyranno non fuit consulere regno, sed nocere; nec præstare regimen, sed augere discrimen: videns etiam quod ad honores mundi, sine suffragio temporis, sine merito laboris, eum fuit indignum pervenire: & quod notari ambitu solent quos probitatis nocumenta non adjuvant: *ut c. miramur* 61. *dist.* Et quod iste saltu præpostero in alienos honores ambivit immoderata cupiditate transcendendo. *ut c. quid proderit. eo. di.* Et difficile est, ut bono peragantur exitu quæ malo sunt inchoata principio. *ut c. principatus* 1. *q.* 1. Unde Seneca ambitio quoque 1. amor prælationis multos mortalium falsos fieri coëgit, aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua habere; amicitias inimicitiasque non ex re; sed ex commodo æxtimare; magisque vultum quam ingenium habere: unde Lucanus. Nulla fides regni socijs omnisque potestas impatiens consortis erit, & Tullius totius injustitiæ nulla capitalior quam eorum qui cum fallunt, aliud agunt, ut boni videant; attendens etiam quod culpa est, non punire culpam. *ut c. quia sunt* 28. *di.* Oportunitate quæsita amplius eum tolerare noluit; non enim concors virtus cum vitijs; nulla communicatio justitiæ, & iniquitatis: *de pœni. di.* 1. *ut enim*, *&* §. *si aut.* Non tamen rex ille erat culpandus propter nimiam tolerantiam; cum ipse mores dicti comitis numquam cognovit, nec illius cor poterat scrutari, quod ad solum Deum pertinet: ideo non omnia quæ bono animo fiunt, licèt dent occasionem mali committendi, culpantur. 23. *q.* 5. *c. de occidendis*, *& c. non frustra.* Nam solus Deus novit conscientias nostras: ei namque cor omne patet, & omnis loquitur voluntas. 24. *q.* 3. *Deus non Jo. in c. Diaconi.* 3. 93. *dist.* Et sic mandato Regis hic incarceratus est, & bona sua sunt sequestrata per boni dilapi-

UVA. BHSC. SC 05749

pidationem, quod licuit etiam antequam esset convictus: ut legitur, & *not.* 3. *q.* 2. *c. qui ea*: Et usque ad discussionem factam est detinendus. 3. *q.* 2. §. *quia si.* Casus ergo relatione sic, vel præmittitur facta, dubia occurrunt sequentia. Primò, quibus pœnis hic comes Carlinus sit afficiendus? Secundò, an cum ejus scelera sunt notoria, & rex illa omnia novit sit citandus, & audiendus, antequam puniatur. Tertiò, quare ille comes corruit? Quartò, super dicti regni restaurationem præteritorumque damnorum emendationem meum debile subjungam consilium; verum paululum quandam quæstionem, de qua multi dubitant tangam? Circa primum, ut per inquisitionem, & regiam fertur relationem, cui standum est. *ut c. nobilissimus* 96. *di.* Comes ille in omnibus incidit capitibus criminis læsæ Majestatis. Primò, quia sui Regis animam nunquam custodivit; & multa in sui dedecoris & generis sui labem, & regni damnum tam consilijs, quam factis non obviavit; nec ei sagaciter prout tenebatur suggessit; nec ab his Regem cum potuit eripere noluit, proditionem commisit; non ergo minore quam Regem injurias, est pœna afficiendus: ut de jure regni probatur. 2. *part. tit.* 13. *l.* 25. Secundò, quia damnum, aut dedecus Regi suo eventurum perpendens, & propter immensas donationes, & injusticias in regno suo, consilio, seu facto, & causa factas, non obviavit; est proditor ad similitudinem cui obviare potuit, & noluit, corporaliter puniendus; & quia impossibilia ei tanquam possibilia scienter suggessit; ut in eorum assecutione sua sponderet; ut in justis bellis contra aliquos mortis est alevosus. *eo. tit. l.* 9. Tertiò, quia scienter fecit aliqua, & consensit, ex quibus poterat Rex mori, & infamari, occidendus est, & bona perdit. 2. *parti. eo. tit. l.* 10. Item, Regem tanquam Dominum non recognoscebat, nec legaliter custodiebat, punitur tanquam eum capiens. *eo.tit. l.* 11. & *l.* 17. *cum se.* Quartò, quia statum Regis non conservavit, & eum captum sine aliqua libertate sub custodia detinebat, nec permittebat, cum Rex volebat, per civitates, & loca sui regni liberè ambulare; nec justitiam ut decebat administrare; nec de officijs, & beneficijs sui regni quibus volebat providere; nam cum quis detinetur, ita quod volens recedere, non potest sive in domo, sive in villa, sive in compedibus, seu in vinculis, sive sit ligatus, sive non videtur captus, seu incarceratus, & capiens nisi potestatem habeat in tali casu privatum carcerem committit. *ut not. Salic. in l.* 1. *C. de priva. carcere*, & *l. succurritur*, *ff. ex qui caus. ma.* & *not. glo.* & *Doct. in cle.* 3. *C. ad l. Juli. de vi. pu.* Regem autem capiens punitur, ac si eum occidisset; quia per captionem eum graviter diffamat; dignus ergo est supplicio, & bonorum perditione. 2. *part. tit.* 13. *l.* 6. Item, quia per metum ipsius Rex in immeritis ejusdem tyranni consanguineis & familiaribus, sui regni officia, & beneficia conferebat, gravissimè est puniendus: probatur enim justus metus propter potentiam alicujus, & ejus malam consuetudinem. *not. Bar. in l.* 2. §. *penult. ff. quod vi aut clam.* & *l. de pupillo*, §. *si quis*, *ff. de novi opis nunci.* Præsumitur enim quod per tales indignos Rex regni latentèr lædatur; ut hactenus factum est. *ut c. decenter*, & *ibi glo.* 89. *dist.* Item, quia mendacia Regi scienter suggessit, ob quæ in corporibus, & bonis aliquos Rex punivit, similitudinem pœnæ debet sustinere. 2. *part. tit.* 13. *l.* 5. Item, quia scienter ei gravia tanquam levia, & è contra consuluit bona. *perdidit. eo. tit. l.* 7. Item, quia opera ejus, & dolo malo adversus regni securitatem commisit, & procuravit; ut adversus rempublicam loca occuparentur & templa; & homines ad seditionem convocavit; hostibus etiam regni nuncios, & litteras misit; signumvè dedit; fecitque ut hostes regni consilio adversus rempublicam juvarentur, milites concitavit, & solicitavit, ut seditio, & tumultus adversus rempublicam fieret: ut hæc omnia *in l.* 1. *ff. ad l. Juli. Majest.* Ideo capite venit puniendus. *ut ff. de re. mili. desertorem.* Item, quia in Regis civibus, & locis, dum Regis curia ibi residebat, & ibi comes ille jurisdictionem exercere non poterat, illam exercuit sine Regis potestate: ideo venit occidendus. *ut l.* 12. *tabu. ff. eo. tit.* Et quia regiam jurisdictionem usurpavit, ejus bona publicantur. *ut C. de of. quæst. l. officia.* Item, quia fantasticè, à Rege aliena ad sui petitionem, simulata suggestione quasi dare possit juridicè, aliqua dona recepit, & consilium, ut alij donarentur prohibuit: per-

UVA. BHSC. SC 05749

perdidit omne donatum cum alio tantundem de suo ei cujus erat restituendum, cum de eo Rex confidebat, & exulabat. 2. *parti. tit.* 13. *l.* 8. Item, quia Regis secreta quam pluries revelavit, & ei scienter multoties mentitus est, pœna falsi est coercendus. 7. *parti. l.* 2. Item, cum in regni administratione se ingessit publicas pecunias subtraxit, capitali pœna debet puniri, cum his qui ei ad hoc ministerium præbuerunt, vel subtractas ab eo susceperunt, custodiendas. *insti. de pu. judi.* §. *lex Julia. & ff. ad l. Juli. pec. l. lege. in prin. & l. peculatus, & C. eo. tit. l.* 1. Item, quia seditionem clamorem, vel tumultum in regno movit; est decapitandus. *C. de seditio. l.* 1. *&* 2. *& de his qui ad Eccl. confu. l. denunciamus, & ff. de pœnis. l. si quis aliquid*, §. 2. Item, tenet crimine legis Juliæ de ambitu; quia dignitates, honores, & officia ambitu sibi, & alijs acquisivit; & nova vectigalia instituit. *ff. ad l. Juli. de ambi. l.* 1. Et quia bonis viris mendacia imposuit, & collusionem in necem multorum fecit; puniendus est pœna criminis stellionatus: quæ extraordinaria est. *ff. de crimi. stellio. lib.* 1. Item, quia Regis præcepta contemnebat, à Regis dignitate est removendus, & substantiam amisit, & est decapitandus. *C. de offi. præfec. afri. l.* 1. *in fin.* Item, quia dum in officijs, & dignitatibus præsidebat, subditos vexabat injurijs, & contumelijs: mortis pœna est plectendus. *C. ubi causæ fiscales, l. universi.* Item, quia pacem regni quam pluries turbavit, capite punitur. *ut l. fin. ff. de re mili.* Item, quia occidit virum illustrem, qui consilio, & consistorio Regis intererat, & ejus erat pars corporis, mortem, & bonorum perditionem incurrit. *ut l. quisquis, C. ad l. Juli. Majest. &* 6. *q.* 1. §. *verum, & foro nono de Alcalá, l.* 46. Aliaque plura enormia contra Regem, & regnum, comes ille ut servetur damnabiliter commisit: quæ in statu Regis, & regni evidenter ostenduntur, & notoriè demonstrantur, cuilibet intuenti: ex quibus gravissimas pœnas incurrisse de jure, dubium non existit. Circa secundum, videtur dicendum, quod cum dicti comitis scelera, ac delicta sunt manifesta, ac notoria, quæ nulla possunt tergiversatione celari, non indigent processu, nec accusatione. 2. *q.* 1. §. *in manifestis cum c. sequenti*: & ea quæ publicè fiunt sine judiciario ordine damnantur. *C. de defenso. civi. l. defensores, not. glo. in c. si quis Diachonatus*, 50. *d.* Et licèt regulariter citatio requiratur ad hoc quod quis damnetur, nec potest omitti quantuncumque factum sit notorium, cum sit de jure naturali. *per Cle. Pastoralis*, §. *cæterum de re jud.* Rex tamen superiorem non recognoscens, potest sine citatione, & de absoluta potestate, informata conscientia ad executionem criminis procedere, quod probatur primo per determinationem. *Joan. An. in c.* 1. *extra de causa pos. & propriè.* Nam cum ibi dicit textus, nos contra inauditam partem nihil possumus diffinire, dicit ipse; hoc intellige, de potestate ordinata; secus autem de potestate absoluta. Secundò probatur per auctoritatem *Bald. in l. nam ita, ff. de adopti.* Ubi determinat, quod si mortuo patre ipse spurius facit se legitimari quod debeant citari agnati, & cognati, vel propinquiores; quia est eis quæsitum jus succedendi; ideo eis contradicentibus, fieri non potest, dicit tamen ipse quod hoc fallit si Princeps hoc faceret de plenitudine potestatis. Tertiò probatur per auctoritatem *Inno. in c. quanto: extra de translat.* Determinat quod Papa fert sententiam in notorijs parte non citata. Quartò probatur per determinationem *Antonij de Butrio in c. cum olim, de re judi.* Ubi determinat expræssè quod processus Papæ in notorijs etiam sine citatione valet; quia non subijcitur formæ maximè quoniam notorium surgit ex his, qui acta sunt coram eo: de alijs autem judicibus inferioribus dicit, quod potest dici, quod licet debeat citatio fieri, omissio tamen citationis non vitiat processum constituto de notorio, si nil allegetur contra eum ratione circuitus vitandi, &c. Quintò probatur *per Bal. in usibus feu. rubr. de nova fidelit. forma, c. fi. circa fi. ubi not.* Quod si Princeps scit veritatem causæ, non debet ire per ambages: nam quicquid Princeps facit, Deus facit: *ut not. in auct. de hære. & falci. in princip.* Deus autem est ipsa veritas: *ut not. Joan. An. extra de testa. c. cum esses*: Et ideò nec fallit, nec fallitur. *c. à nobis* 2. *extra de sent. excom.* Et quod Princeps sola veritate inspecta, eam decidere debeat; & si judiciarius ordo sic omissus est. *tex. notabilis extra de accus. c. ad peti-*

per- ti-

UVA. BHSC. SC 05749

titionem. Sextò probatur *per Bal. in l. ne causas*, *C. de appella.* Ubi dicit, quod valet sententia Imperatoris parte non citata per dictam *legem ne causas*: quia valet ejus sententia, causa non cognita, sicut valet suum privilegium. *ut not. in l. is qui rei ff. ex qui cau. majo. ubi gl. dicit.* Quod si justa esset causa, valet factum Principis, etiam sine citatione. Nec obstat *allegata Cler. Pastoralis*: Quia ibi Imperator processit contra non subditum sibi simpliciter; sed Ecclesiæ Romanæ; secundum *Bal. ubi supra.* Contrarium tenet idem *Bal. in l. Imperialis, C. de legibus*; ubi dicit, quod & si Princeps possit ordine juris non observato procedere, non tamen potest sententiam sine citatione ferre, aliàs est nulla: *ut ibi est text. cum glos.* Sed potest dici, quod illud habet verum in non notorijs, etiam idem quod supra firmat *Bal. notabilitur in l. cum fratrem*, *C. de his qui ut indig.* Ubi concludit firmiter esse tenendum quod nulla diffinitiva potest ferri quantumcumque ex notorio, nisi præcedat legitima citatio. Septimò probatur per determinationem ejusdem *Bal. in l. executorem*, *C. de exe. rei jud.* Ubi notat, quod Princeps potest in notorijs de plenitudine potestatis contra non citatum procedere, nec obstat quod defensionis facultas de jure provenit naturali: quia plus est notoriè delinquere quam confiteri reatum; cum ipsa notorietas habeat tunc permanentiam de præsenti, & inficiatio quæ est defensio naturalis, ibi prætendi non poterat, nec etiam allegari, eò quod nulla naturalitas suppetebat, nam imprudentia sibi mentiens non potest rerum merita permutare; & in casu notorio non tollitur defensionis facultas de jure naturali, & de ipsa veritate nihil fortè est tam naturale, quam veritas; nec tam fortè: ut legitur in Esdra. Rursus citatio non est de jure naturali principaliter propter se: sed propter defensionem. *ut ff. de re mili. l. 3. §. sed si ad diem*: non autem debet dari defensio, cum quis facie ad faciem deprehenditur in delicto. *ut ff. de adul. l. in crimine*, *& l. cap. 5.* Nec obstat id quod per aliquos consuevit allegari, quod Princeps in pœnis corporalibus infligendis non potest uti plenitudine potestatis: quia hoc haberet verum in his quæ dubia sunt; si tamen delicta sunt notoria hoc solum non habet, *ut not. Bal. in allegatis juribus*, *& in l. si testamentum*, *C. de test. & Bal. & Salice in auct. cessante*, *C. quando*, *& cum judex*, *& Joan. Fa. in proœ. institutionum*, & est prima ratio: quia cum ille Rex supremam habeat potestatem, & superiorem non recognoscat: ut Rex Hispaniæ, & Rex Franciæ: *ut c. Adrianus*, 63. *di.* Et penes ipsum est Imperij plenitudo in qua nullus ei comparari potest. *ff. de constit. princ. l. 1.* Præsumitur pro eo quod suus processus est justus; & quod in sua executione causa subsit, & talis præsumptio est violenta in personam Principis, qui potest supra legem adeo quod secundum conscientiam suam potest judicare: quia incorruptibilis præsumitur, & pro eo præsumitur quod justè faciat, quod facit: itaque non admittitur probatio in contrarium: *ut not. plen. Cy. in l. rescripta q. 3. & q. fi. C. de præcibus Impera. offe. & not. Hen. in c. si sacerdos extra de offi. ordin. & hoc approbat Dominicus de S. Gemi. in c. judicet. 3. q.* 7. Quia non est qui ei dicat: cur ita facis? 19. *di. c. in memoriam, de pœni. di.* 3. *§. ex persona*, *& §. quamvis.* Et de absoluta potestate est ei pro ratione, voluntas; & quod ei placet, legis habet vigorem: *insti. de jure naturali. §. sed quod principi*: nec potest ab aliquo judicari: 21. *di. in novo*, *& c. nunc autem.* Est secunda ratio, quia si Princeps informata conscientia benè judicat, hoc facit secundum veritatem, quæ nec fallit, nec fallitur: *ut in all. c. à nobis*, 2. *extra de sent. exc.* Nam aliàs faceret contra conscientiam, & ædificaret ad gehennam: *ut c. litteras extra de resti. spoli.* Et sic peccaret: nec obstat *alle. Cler. Pastoralis*: quia ibi requiritur citatio, seu processus, ubi de veritate non constat: & factum est dubium; & reus potest justam habere defensam, ut colligitur *ex text. dictæ clementine*: *cum ibi notatis per doc.* Sed ubi de veritate facti constat, de qua Principis conscientia est informata, & scit rerum nullam habere justam defensam, non requiritur citatio, nec processus, per jura supra allegata: nam veritati omnis opinio debet succumbere. 8. *d. c. veritati*, *ff. quando actio de pec. est anna. l. 1. §. ult. ff. ad l. aquili. l. inde neratius. §. fi.* & hoc per maximè cum dictæ rei scelera sunt notoria, ut dixi: *ut not. in l. ea quidem C. de accusa. & per dominicum in c. qui lo-*

 tha-

UVA. BHSC. SC 05749

tharius 2. *q.* 1. Corroboratur hoc dictum, per ea quæ statuit Rex. *Jo.* 2. *in regali supra Olmedo* : *anno Domini* 1445. Ubi confirmavit leges supra proximè allegatas in primo quæsito : & statuit quod contra faciens sine aliqua citatione, processu, seu sententia, & sine ordine, & solemnitate judiciali, puniatur pœnis; de quibus supradictum est de potestate principis absoluta : vide quod plene scripsi: *inf. eo. foro,li.*3. *tit. de las herencias,l.fi.* Circa tertium dico, quod præsumitur istum corruisse per superbiam sicut lucifer, qui inter alios cadentes à Cœlo, fuit omnibus excellentior, nec inter stantes aliquis eo fuit dignior; sicut testimonijs authoritatum monstratur. (Nam ut ait Gregorius) in aliorum comparatione, cæteris clarior fuit; unde & vocatus fuit lucifer, sicut Isaias testatur : quomodo inquit cecidisti lucifer? qui mane oriebaris, &c. & sicut ille postquam creatus est, eminentiam naturæ, & profunditatem scientiæ suæ perpendens, in suum creatorem superbuit, in tantum quod etiam Deo se æquare voluit : unde in Isaia dicitur : » in Cœ- » lum ascendam, & super astra Cœli » exaltabo solium meum, & ero similis » altissimo, « & per æqualitatem potentiæ similis Deo esse voluit. 2. *sent. d.* 5. Sic iste volens Regi suo potentialiter adæquari, suam potentiam, dignitates, & officia; divitiasque perpendentes in suum Regem, & dominum superbuit : & sic cum omnibus suæ pravitatis consortibus, & cum eis qui ei in malicia consenserunt, cadere meruit : oblitus dicti Salomonis. *Eccle.* 3. » Altiora te ne quæ- » sieris, & fortiora te ne scrutatus fue- » ris. « Quanto enim quis in loco superiori, tanto in periculo majori versatur: unde Jero. honores secum pericula trahunt, cito periclitatur potestas; quia quanto major honor, tanto majora pericula. Item, per superbiam Nabuchodonosor mutatus in bestiam, cum bestijs vixit, 23. *q.* 3. § 1. *&* §. hoc notandum; & propter superbiam in bovem est mutatus de homine. 14. *q.* 4. *c. miror.* Casum enim appetit, qui ad summi loci fastigia, postpositis gradibus, per abrupta quærit ascensum : *ut c. fi.* 48. *dist. unde Claudianus* : tolluntur in altum mali, ut lapsu graviori ruant : nil infelicius prosperitate malorum, 23. *q.* 1. *c. paratus* : » sicut Saul ergo corruit, qui hu- » milis in Regem est sublimatus; super- » bia vero à regno est ejectus; *primo Regum* 15. *& sicut Ozias*, qui cum ro- » boratus esset, elevatum est cor ejus in » interitum suum, & percusus est lepra. » 2. *Paral. lib.* 26. & sicut Senacherib, » cui per Isaiam Dominus dixit: *Isaiæ* 37. » superbia tua ascendit in aures meas. « Item corruit per invidiam; nam propter prælationis invidiam sicut Caim fratrem occidit : *ut c. sicut Cain de pœn. dist.* 1. sic & ipse omnes magnates regni, aliosque regnicolas destruxit : unde Juvenalis : quosdam præcipitat subjecta potentia magnæ invidiæ, mergit longa atque insignis honorum pagina. Item Seneca: sæpius ventis agitur ingens penus, & celsæ graviore casu decidunt turres, feritque summos fulgura montes : ter corruit, quia per metum imperabat, & dominabatur : unde Tullius : nihil aptius ad dominationem tenendam quam diligi: nec quicquid alienum quam timeri : & Sallustius : tutius est volentibus quam coactis imperare : subjecti eum, quem metuunt, odiunt; & quem quisque odit perijsse expectat: malus enim custos diuturnitatis est metus. Item corruit, propter avaritiam, & dissolutam cupiditatem eundo : scilicet, post concupiscentias suas: nam mens sua erat avida potentiæ : quod nec abstinere novit à vetitis, nec gaudebat concessis, nec pietati adhibebat consensum : *ut c. virum* 47. *dist.* Nam mens alligata vitio cupiditatis, cito deviat à vero. 96. *dist. c. bene quidem* 83. *dist. c. nihil*, & totus mundus obolus non videtur avaro; 12. *q.* 4. *c. quid dicam.* Substantia namque talium stabilis esse non valet, nec ad bonum proficit, quod de malo congregatur. 88. *dist. c. ejiciens* : hinc est quod de male acquisitis non gaudebit tertius hæres : *ut ibi not. Archi. & l. lex quæ tutores*, *C. de admi. tu.* ejus enim gloria erat aurium inflatio : unde Seneca : fortior est qui cupiditatem vincit, quam qui hostem subjicit; & alibi ferocissima pestis est cupiditas, quæ solet egenos facere, quos capit, quem finem quærendi non invenit: *ut not. Joan. An. in novella, in c. avaritiæ de electi l.* 6. avarus enim cæcus appellatur, ut ibi. Nam avaritia, & ambitio excæcant animum; ut agenda non videat, & à prohibitis non declinet. *ut c. quorundam de electi. li.* 6. *& c. virum*, *& c. sicut hi.* 47. *dist.*

&

UVA. BHSC. SC 05749

& malè possidet, qui vel suis male utitur, ut avarus; vel qui aliena præsumit, ut dictus faciebat comes. *c. jus dictum est, extra de re juris*: nec avarus compossessorem quærit. *ut c. quod autem* 22. *q.* 7. Ideoque in vanitate sensus, & obscuritate mentis ingreditur, qui divitias per fas, & nefas quærit: qui adulatur Regibus, & hæreditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento cui sit relicturus ignorat. *c. non ne* 37. *dist.* Multorum namque vitæ subsidia solus ille obtinuit, & multorum alimenta non ad suum usum, sed abundantiam, & delitias fecit. *c. sicut hi.* 47. *di.* Et quia peculium publicum subtraxit, & imbursavit: Judæ Scariothi similis extimatur. 17. *q.* 4. *si forte* 23. *q.* 4. *quod ergo in fi. unde Oratius*: in periculum enim ducit immoderatus ardor habendi. Item corruit, quia regnum devastavit, & scisma inter Christi fideles posuit. Et sinistrum aspersit in toto regno rumorem; non usus exemplo Moysi, qui potius voluit de libro vitæ deleri, quam noxam populo non dimitti. *c. quid crudele* 24. *q.* 4. Et sic cum prænominatus comes tanti culminis à Rege fastigium (ut ita dixerim) adeptus est, & confestim ad superbiæ morbum transilivit, regnum tantorum beneficiorum immemor destruxit adversus eum ingrati actio justè dirigitur, scilicèt, ut immeritæ dignitatis, & beneficij damno multatus, ad id quod prius erat coactus, revocetur: talis enim status qui contra Regem suum & regnum nititur decidi potius quam conservari convenit, ut cujus divitia perniciosa est, sit salutifera paupertas. Et qui superbire voluit, adepto beneficio preditus discat obedire subjectus. *ut c. hæc, & c. octava* 12. *q.* 2. & quem flagitij sordidaverit incorrigibilis, noxa perpetua servitus religet in catena. *c. qui ex famulis* 54. *dist.* & quia potens erat, potenter tormenta patietur. *c. illuc.* 8. *q.* 1. *unde Boëtius*: inter omnes adversitates fortunæ infelicissimum genus infortunij est fuisse felicem: *not. gl. in c. non satis* §. *considerandum est* 86. *dist.* quem dignum fuit tanquam putridi corporis partem ferro abscindi, ne sicut caro morbis emortua, & infecta, si abscisa non fuerit, salutem reliquæ corporis putredinis suæ contagione corrumpat. Nam qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus depravatis, in societate fidelium permanserint, eos exemplo suæ perditionis, Rex interficiat: *ut c. ecce* 24. *q.* 3. His namque quibus prodesse non potest correctio, non parcat: abscisio abjicienda prorsus est pestifera patientia, quæ sibimet peccatis aliorum parcendo non parcit. *c. illud* 24. *q.* 3. & ferro abscindenda sunt vulnera, quæ fomentorum non sentiunt medicinam. 82. *dist. quia in fi. & c. non omnis, & c. non vos, & c. non obsculatur* 5. *q.* 5. *&* 2. *part. tit.* 8. *lib.* 2. Circa quartam super inordinatam dicti regni ordinationem, ex cautela præteritorum futuris periculis præcavendum est. *c. in nomine Domini* 23. *dist.* ut non fiat ulterius, quod constat hactenus inordinatè præsumptum. *c. inter cætera* 10. *q.* 3. Nam in creaturis sine recto regimine, non potest administratio consistere. *c. ad hoc* 89. *dist. bruta. n. animalia sub regimine vivunt. ut c. in apibus* 7. *q.* 1. Oportet ergo quod ea quæ inordinata comitis jam dicti causa reperiuntur ad statum debitum reducantur; quia dum ordo omittitur ordinabile viciatur, nempe ordo est figura substantiæ, cujus rei agendæ; quo prætermisso, nil geritur rectè. *ff. de re juris, l. si cum nulla, C. de sen. & inter om. judi. l. prolatam, & extra de rescrip. c. cum dilecta. de resti. spo. c. pisanis*: oculus enim administratoris debet esse providus. 6. *q.* 1. *oves*, juxta illud Lucani. Componite mentes ad magnum virtutis opus, summoque labore; quod ad officium pertinet magnanimitatis: nam secundum Tullium, cum hæc virtus ad aspera ineunda pronum faciat, potius communem utilitatem, quam sua commoda attendit. Primo enim, quia ubi fundamentum boni consilij deest, nihil bonum superædificari potest. *arg.* 48. *dist.* §. 1. consilium Regis quod per jam dictum comitem tyrannicè fuit destitutum, secundum jura regni ad statutum primævum reducatur, & consilia sapientium, & recta suadentium dominus Rex suscipiat; ut quod per se nequit attendere, ab altero saltem posset addiscere. 84. *dist. c.* 1. & erga populum suum paternæ vigilantiæ curam exhibeat. *ut c. nunciatum eo. dist.* ne talia sub dissimulatione dimittat corrigenda: *ut c.* 1. 48. *dist.* quia officij Regis consideratione non est ei dissimulare, non est tacere libertas, cui majus cunctis regni ze-

UVA. BHSC. SC 05749

zelus incumbit. *c. officij* 24. *q.* 1. Quos, & quales debeat Rex in consiliarios eligere ; & de forma , & modo consilij ; & quod consilium est sequendum , scripsi supra : *eo. foro in prœmio.* Secundo circa justitiam in domo Regis , & in regno administrandam , quæ hactenus illius comitis tempore periclitabatur , est deinceps providendum : de qua justitia aliquid scripsi supra *eo. lib.* 1. *in prœmio.* Cognoscat enim princeps sæculi Deo se debere esse redditurum rationem : *c. princeps* 13. *q.* 5. *&* 2. *part. tit.* 2. *l.* 3. unde Regi pertinet impios de terra perdere : 33. *q.* 5. *c. Rex debet* , ejusque officium est juxta præcipere , & illicita prohibere : 23. *q.* 4. *si Ecclesia in fi.* & si justitiam fecerit non erit crudelis ; sed pius , & Dei minister : *c. non est* , *& c. qui malos* 23. *q.* 5. Regia enim potestas ad hoc est instituta , ut mali à malo coherceantur , & boni in quiete inter malos vivant : 23. *q.* 5. *non frustra* , *& q.* 4. *qui peccat* : & ad hanc justitiam ministrandam in domo sua prætores bonæ famæ , Deum , & Regem , & animas suas timentes Rex deputet ; à quibus jusjurandum præstandum est ; quod contra jus aliquid non facere attentabunt. Debent itaque tales justè , & rectè judicare ; & dona aliqua non accipere ; aliàs tanquam infames , & perjurij à curia sunt expellendi , & insuper puniuntur alijs pœnis: de quibus in ordinatione Regis Alphonsi in Valladolid, *petione* 2. & ejusdem Regis Madrid, *petitione* 1. & Regis Her. 1. *Tauri l.* 7. & tales sint sine cupidine , firmitate constantes , recti , & corde fideles : 2. *part. tit.* 9. *l.* 18. Deputet etiam Rex in civitatibus , villis , & alijs locis sui regni , judices prudentes , & Deum timentes , peritiam scientiæ habentes, qui jurent contenta *in l. rem non novam. C. de judicijs* , *&* 3. *partit. tit.* 4. *l.* 3. & resideant in officijs , *ut ibi* : *& foro novo tit.* 35. *l.* 1. *& l. fi.* & tales judices nullatenus permittant partes læsas ad Regem concurrere , & eum molestum esse. Nam si Rex reperierit judicem, quod justum est non fecisse , in eum indignationem convertere debet : *ut in auth. de manda. prin.* §. *sit tibi coll.* 3. Item Rex secundum leges sui regni per civitates , & villas , & per alia loca regni tenetur discurrere , & justitiam administrare , copiamque gentium debet evitare ; ut suæ terræ facta cognoscat crimina , & maleficia puniat. *Ordi. Regis Alphons. Madrid* , *petitione* 22. & cum omni solicitudine , ac vivacitate veritatem indagare multis modis debet illata; nam si in hoc piger , aut negligens esse præsumpserit ; quod absit ; dictis criminibus apud Deum se noverit esse participem : *ut c. sicut inquit* 2. *q.* 7. Item, quærelantes Rex non detineat, sed eos liberè sine mora expediat ; ut ipsi copiam faciant expensarum. *Ordi. Regis Alphons. Madrid* , *pet.* 23. & ad jus reddendum facilem se exhibeat ; sed contemni se non patiatur , immoderatam tamen familiaritatem Regem vitare oportet ; quia nimia familiaritas parit contentum : *ut l. observandum*, *ff. de offi. præsi.* 34. *di. in prin.* talem ergo se præbeat Rex omnibus publicè , & privatim , ut terribilis quidem sit delinquentibus , & mitis omnibus placidis , & devotis , paternam eis exhibens providentiam : *ut in auct. de man. principale* , §. *talem verò*, *colla.* 3. severis namque , & contumacibus severitas est ostendenda , sicut venia humiliatis: 2. *q.* 5. *c. quanto.* Nam crudelitas non est crimina punire , sed pietas : 23. *q.* 6. *legi. & c. se.* Falsa enim mansuetudo, crudelitas est. 24. *q.* 4. *ipsa pietas* : quia non est charitas , sed languor , ubi maligniores non puniuntur : 22. *q.* 5. *non putes* , *& cap. se.* & non corripere malos, sed fovere , est eos occidere : *ut c. qui vitijs* , *c. causa & q.* non tamen crudelitate est justitia exercenda ; quia vera justitia compassionem habet , falsa vero dedignationem : *ut c. vera.* 45. *dist.* nec ergo levitas mansuetudinis, sine rectitudine severitatis , nec zelus rectitudinis, sine mansuetudine debet judicem movere. *ut* §. *ex his* 45. *di.* Item caveat Rex, ut deinceps neminem dissolutè diligat : *unde Gregorius* : sit amor , sed non emolliens vel dissolutus ; sit rigor, sed non exasperans : sit zelus , sed non immoderatè sæviens : sit pietas , sed non plus , quam expediat parcens. *c. disciplina* 45. *dist.* nam dum nimium servatur humilitas regendi , frangitur auctoritas. *c. quando* 86. *di.* nec quis debet esse plus subditus, quam expedit : 2. *q.* 7. admonendi : nec Rex seu Prælatus ita sit humilis , ut contemnatur : *ut c. quando* 85. *dist. & all. l. observandum.* Item ad solum Deum, & ad salutem populi Rex habeat respectum : *ut c. præcipimus* 90. *dist.* & sollicitius agere studeat , & cautius ; ut per-

UVA. BHSC. SC 05749

versi homines lædendi fideles, & benevolos non habeant facultatem: *c. si inimicus* 92. *di.* Item discordantes milites, & subditos suos, vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat: & inobedientes per audientiam damnet. *c. discordantes* 90. *di.* Item quos cognoverit à suis dignitatibus, & officijs, injustè spoliatos, & à regno expulsos, justè restituat: ne inde nascantur injuriæ, unde jura nascuntur: *ut l. meminerit*, *C. unde vi.* & *c. qualiter* 1. *extra de accusationibus*. Item dicti regni patrimonium, quod hactenus fuit destitutum per dicti comitis præsumptionem, quo fuerat depravante dispersum, vigilanti diligentia dicti Regis ad eum revocetur, ut habita stipendiorum ratione: *ut l. non omnes*, *ff. de re milit.* Sua Rex ordinatione stipendia distribuat, prout cujusque locum, meritumque cognoscit; quatenus nihil penitus in detrimentum alicujus Rei patiatur generari, qui suscepti regni commoda ordinabit: velut Deus imperaverit: ut eis uti cum suis fidelibus debeat; quos cognoverit disciplinæ, & charitati suæ fidelitèr paruisse. *c. & hæc*, *& cap. octava* 12. *q.* 2. Consulendum est ergo Regi, & illæsæ famæ suæ, quatenus omnia sic indebitè alienata ad suum revocentur statum, ne per incuriam, & negligentiam regnum minuatur, *cap. vobis* 12. *q.* 2. Et in donando deinceps mensuram teneat: *ut cap. pulchra* 86. *dist.* Largitas enim, licet sit virtus, pro possibilitate tamen conditionis humanæ, mensura servetur: *cap. in singulis* 86. *dist.* Unde Tullius. Cave ne beneficium tuum majus sit facultate tua: nec Rex donet immeritis; quia qui immeritis donat, contra se non minuit inimicos: 2. *parti. tit.* 5. *l.* 18. Item nulli, quantumlibet exercitatæ personæ, duo simul domus suæ officia comitat: *ut cap.* 1. 89 *dist.* Nisi necessitatis causa, vel utilitatis, ut ibi notatur; quia cum unum officium unus vix implere sufficiat, stipendia sibi non vendicet plurimorum: *ut cap. quia nonnulli extra de Cleri. non resi.* Talis ergo officialis in domo Regis quæratur, qui resideat in officio, & curam ejus per seipsum valeat exercere: *ut ibi &* 2. *part. tit.* 14. *l.* 7. Singula enim officia assiduitatem exigunt personarum: *cap. ad hoc extra de præben.* Et quia multis ex servitoribus, seu officialibus Regis, hactenus absentibus, ejus domus ferè erat destituta ministris, nisi in officijs resideant, sunt ab eis spoliandi: *ut cap. conquærente*, *& cap. pe. & fi. extra de Cleri. non resi.* Provideat tamen Rex, ut eisdem officialibus stipendia sua integrè persolvantur, ut ex eis congruè possint sustentari; quia os bovis ligari non debet triturantis. Et qui altari servit, &c. *extra de præben. cap. extirpande*, *& in lib. feud. tit. in quibus caus. feu. amit.* §. *item aliàs.* Item, officia domus Regis reducenda sunt ad numerum antiquitus in domo Regis taxatum: *arg. cap. cum m. ferrariensis*, *extra de consti. & cap. pro illorum*, *extra de præben.* Et deinceps tot, & tales officiales assumantur, qui sint digni & Regi servire, & gratum valeant impendere famulatum: *c. grave extra de præben.* Et tales sunt assumendi, quos conversatio notos reddat, & probabile testimonium commendet: unde Ber. ad Eugenium: probatos oportet eligi, non probandos; de quibus officialibus, & de diversis eorum officijs ad plenum tractant leges regni: 2. *parti. titul.* 9. *per totum*: Alia quamplurima essent Regi consulenda ad regni restaurationem, ac gubernationem necessaria; quæ secundum emergentia facta debent provideri, quæ ejus Regiæ, ac doctissimæ discretioni, & sibi astantium melius intuentur. Ultimo, quia multi secundum conjecturas cordis sui inscrutabilem altitudinem judiciorum Dei cogitare conantes, in fabulas bonitatis abjerunt, quærentes, quare Deus tanto tempore quo prædictus comes prosperavit in dicto regno, tanta, & talia damna permisit? pestes scilicèt, bella, rapinas, injurias, violentias, cedes, fames, extorsiones, & immensas exactiones; steriliaque tempora, & malos permisit prosperare: & bonos gravia pati. Et ad hoc non est meum respondere: quia melior est fidelis ignorantia, quam temeraria scientia: *ut lib.* 1. *sent. dist.* 41. Hæc namque sunt judicia Dei. Homines enim multa de Dei judicio ignorant; quia forsitan quæ nos laudamus, ipse reprehendit, & quæ nos reprehendimus, ipse laudat: 11. *q.* 1. *sacerdotibus in fin.* Non tamen est ociose transcurrendum, quod uno peccante, ira Dei super omnem populum venit: 1. *q.* 4. Item, peccato Achor. polluitur autem ex uno peccatore populus; sicut ex una ove morbida universus inficitur grex:

UVA. BHSC. SC 05749

TITULO V.

DE LA GUARDA DE LAS COSAS DE LA SANTA *Igleſia.*

SI nos ſomos tenidos de dar gualardon de los bienes deſte mundo à los que nos ſirven (*a*) en él : mucho mas debemos dar al nueſtro Señor Jeſu-Chriſto de las coſas terrenales , por nueſtras al-

grex : *cap. ſed illud* 45. *diſt.* & *cap. ſi audientis* 23. *q.* 4. Quandoque propter malitiam hominum ex ira Dei mundus, fame , & penuria opprimitur. 16. *q.* I. *revertimini* : quandoque pœna inducitur ad correctionem: *c. ne quis* 15. *q.* I. Item judicio Dei agitur , quando ex flagellis unus corrigitur , & alius humiliatur , aut obduratur : 23. *q.* 4. *Nabuchodonoſor.* Item , & juſto Dei judicio adverſa bonis eveniunt ; ut ex hoc magis humilientur, & mereantur. 6. *q.* I. *omnes* , §. *ipſa.* Pluribus de cauſis flagellat Deus homines temporaliter: *ut* §. *auctoritas cum ſequentibus de pœn. diſt.* 3. Nam ſecundum Joannem Chryſoſtomum : nemo videns malignos proſperitate gaudere turbetur: non eſt hic retributio malignitatis , nec virtutis : *de pœn. diſt.* 3. §. *qui ergo cum ſequentibus.* Quandoque etiam permittit Deus malos in obtrectationem , in invidiam , & objurgationem , in reprehenſionem prorumpere ; ut exceſſus bonorum ex hoc ſuffocentur: 6. *q.* I. *ſunt plurimi.* Nemo enim poteſt à perſecutione occulta , ſeu extrinſeca in hac vita excuſari. Nam eſt perſecutio juſti , vel à leone inſpecto , vel à drachone in inſidijs ; unde omnes clament. Deus in adjutorium meum intende : 7. *q.* I. §. *cum verò in fin.* Poteſtas autem jam dicto comiti data , non fuit niſi à Deo : ſive jubente , ſive ſinente : 23. *quæſt.* I. *quid in bello.* Nam volens Deus mala , ſinit : & volens bona , operatur: *primo ſent. diſt.* 45. Quandoque bonum eſt ſinere mala fieri ; quia ex malis quæ fiunt, Deus bona elicit ; nec ipſe permitteret ea fieri , niſi de eis aliquid benefaceret. Nam de malo benè facit , & dum ex malis , quæ fiunt , aliquod prævenit bonum: bona magis placent, & laudabiliora exiſtunt : I. *ſent. diſt.* 46. Deus enim quaſdam voluntates ſuas utique bonas implet per malorum hominum voluntates malas: I. *ſent. diſt. fin.* Ut fecit in iſto comite , per ſuam inobedientiam , regnum reſtauretur , & utili remedio providetur; & ideo hoc non eſt humano judicio.

ADDICION.

Concuerda con eſta Ley , la Ley primera de la primera partida, titulo II. *otroſi, la Ley ſegunda del dicho titulo , privilegiando las Igleſias , manda que las Igleſias no ſean obligadas à pechos , ni en ella ſe haga embargo , ni en ſus cimiterios , ni ſe juzguen los pleytos: ni ſe faga mercado , ni los Legos estén con los Clerigos en el Coro al tiempo de las Horas; y que los hombres estén à una parte , è las mugeres à otra , è que las mugeres no lleguen al Altar , ni ſirvan à los Clerigos en él, al tiempo de las Horas. Item , la dicha Ley pone otros Privilegios en favor de las Igleſias. Concuerda con eſta Ley , la Ley primera , libro primero , titulo ſegundo de las Ordenanzas Reales ; que dice las miſmas palabras que eſta Ley : y en quanto à lo de las poſadas, que no ſe den en las Igleſias. Concuerda la Ley* II. *del dicho titulo , que pone las penas , que caen los que lo contrario hicieren: è la miſma prohibicion eſtá en los Clerigos, que no les den poſadas, ni ſean obligados à recebir hueſpedes , excepto quando el Rey , ò Principe , ò Infantes vinieren al Lugar : es la Ley titulo de las Ordenanzas Reales , libro* I. *titulo* 3. *Ley* 27.

(*a*) SI NOS SOMOS , QUE NOS SIRVEN. Nam in officijs charitatis primo illis tenemur obnoxij , à quibus beneficia nos cognoſcimus recepiſſe : *ut cap. cum in officijs extra de teſtam.* Et eſt humanum ut quis exhibeat beneficium ei , à quo recepit ſervicium : *artic. cap. illud* 8. *quæſt.* 2. & *ibi glos.* & *ff. de petit. hæredi. l. ſed* & *ſi* , §. *conſuluit* 16. *quæſt.* 2. *cap. viſis.*

UVA. BHSC. SC 05749

mas, de que habemos la vida (*a*) en este mundo: è todos los otros bienes, que en èl habemos, è esperamos haber galardon en el otro; è vida perdurable; è no tan solamente debemos guardar (*b*) las que son dadas: è por ende mandamos, que todas las cosas que fueren dadas (*c*) à las Iglesias, ò serán dadas de aqui adelante por los Reyes, ò por los otros Fieles de Dios, de cosas que son dadas derechamente, que siempre sean guardadas, (*d*) y firmadas en su juro de la Iglesia, y en su poder.

(*a*) De que habemos la vida. Qui est veritas, & vita; & sub cujus manu, & potentia omnia per eum facta consistunt; & sine quo factum est nihil: 26. *quæst.* 2 *qui sine* 6. *quæst.* 1. *cap. si omnia*: ideoque magis quam terreni Imperij dignitas, gloria, & potentia Ecclesiæ debet decorari. 96. *dist. cap. Constantinus*, §. *frigium*.

(*b*) Guardar. Et est ratio quia Rex est filius Sanctæ Matris Ecclesiæ: *ut cap. si Imperator*. 96. *dist*. 24. *q. fi. cap. convenior*: & dicitur prælatus Ecclesiæ: *ut not. in cap. præcipuè* 11. *q*. 3. Merito ergo tanquam filius Ecclesiæ, & ejus tenetur ad tuenda, & conservanda jura Ecclesiæ: *ut l. prima*, *& l. privilegia. C. de Sacrosanct. Eccles.* Cujus autem dicantur res Ecclesiasticæ? *vide plenè per Hen. in cap. causa de ver. sig.*

(*c*) Que fueren dadas. In quibus Ecclesia adipiscitur dominium, & possessionem, etiam si non corporaliter apprehendat: *ut not. glo. & doc. in c.* 2. *de consuetu. et not.* quod in donatione facta Ecclesiæ, optima mensura est immensitas: *ut in auct. de non ali. rebus Ecclesiæ*, §. *si minus*, *coll.* 2. Item nota, quod unum privilegium est Ecclesiæ, quod res sibi legata, vendita, vel donata, competit sibi reivendicatio: *not. Inno. in allegato*, *cap.* 2. *extra de consuet.*

(*d*) Siempre guardadas. Sive relinquantur per institutionem, sive per substitutionem legatum fideicommissum, vel aliàs: *ut l. generali. de Sacrosan. Eccles. ratio est*: quia sicut ipsa Ecclesia est Religionis, & fidei perpetua mater; ita ejus patrimonium jugitèr est servandum illæsum: *ut l. jubemus. C. eo. tit. & vide inf. eo. foro*, *lib.* 2. *tit.* 1. *l.* 6. Et quod ibi not. facit ista lex ad quæstionem si privilegium immunitatis, seu libertatis concedatur per Principem collegio, seu capitulo Clericorum, vel Clericis; cum aliquibus suis familiaribus, ob aliquod obsequium, an possit perdi per non usum? & an possit præscribi? & tenui quod non: per hanc litteram. Facit ad hoc, quia privilegia, maximè quæ ob religionis, vel necessitatis, vel exhibita obsequij gratia conceduntur Ecclesijs, vel Sacerdotibus, intemerata, & inviolata cunctis debent manere temporibus: *ut cap.* 1. 25. *q.* 2. *&* §. *item Jero. & eo. cap. q.* 1. Talia enim privilegia quieto, & inconcusso jurè à principe pietatis consideratione concessa debent servari: *cap. Religiosam* 12. *q.* 2. Nec talia privilegia possunt aliqua improbitate convelli; & nulla novitate mutari: *ut cap.* 2. 25. *q.* 2. *et cap. celebritatem de consec. dist.* 3. *in fin.* Illud autem quod talitèr piè relictum est per principem Ecclesiæ, vel Clericis, nulla temporum solita præscriptione coarctat: *ut est expræssum in l. fin. in princ. C. de Sacrosanct. Eccles.* Sola enim temporis longinquitate libertatis jura minimè mutilabuntur: *ut* §. *potest etiam* 16. *quæst.* 3. Item res, quæ jure communi possideri non possunt, nec præscribuntur: 93. *dist. illud & eo. dist. cap. contra morem*, *nota glos. fin. in cap. si diligent. de præscrip.* Cum autem semel dedicatum est, non potest amplius ad humanos usus transferri: & res ad Ecclesiam transiens, est effecta totaliter Ecclesiastica, ejus alterata natura non potest amplius per laicum possideri, sicut nec decima, *ut cap. fin.* 16. *quæst.* 1. *& quæst.* 3. §. *potest. ver.* Quod si privatus: & ibi non prodesset titulus: ergo nec præscriptio: *ut not. glos. in allegato*, *cap. si diligent.* Et est ratio; quia licet tale privilegium singulare per Principem, datum sit loco, sive Collegio, personis, vel Congregationi fidelium; libertas tamen propter hoc data est

UVA. BHSC. SC 05749

est Ecclesiæ universali, non singulis: *ut sic not. Inno. in cap. noverit extra de sent. exc.* Pietatis enim intuitu privilegia concessa, firma, & illibata, in perpetuum sunt custodienda: *ut l. omnia privilegia, C. de Epi. & Cler.* Principes namque sæculares, privilegia libertatis Ecclesiæ, & Clericis liberè dare possunt: *ut c. fin. & ibi glos. extra de re. Eccles. non ali.* Quam libertatem jam infringere non valent per leges, nec aliàs: ut ibi non enim toleratur talis præscriptio; quia privilegia Ecclesijs, honorabilia, vel utilia non possunt per Clericos expræssè, nec tacite renunciari. Etiam si renunciare velint: *ut not. Inno. in cap. accedentibus extra de privileg.* Item, quia hoc privilegium concessum Clericorum capitulum est perpetuum, cum semper idem capitulum, sive collegium esse videat: *ut l. proponebatur, ff. de judicijs*: & ita concedi videtur, quod ad omnes in eodem collegio successivè existentes perpetuo extendatur: *ut ff. de cens. l. forma, §. quanquam.* Nec personæ Clericorum sunt proxima causa privilegij concedendi; sed remota: ideoque Clericorum factum, vel negligentia, non debet Ecclesiæ obesse: cum dictum privilegium sit reale, non personale: ut notatur in *regula privilegium extra de reg. jur. lib.* 6. fuit enim concessio talis, & perpetua, cum non probatur personalis: ut notatur in *cap. mandata extra de præsumpt. et in cap. cum venissent de instit.* Maximè quia privilegium favorabili materia, debet large interpretari, ut sit perpetuum & reale: *ut not. in cap. Abbate de ver. sig. et not. Joan. An. in mercur. in cap. allegato privilegium personale de reg. jur. lib.* 6. Item dictum privilegium semel habuit effectum, maximè cum Clerici multis annis eo usi fuerint: non ergo fuerunt in mora, vel negligentia, quæ requiritur contra præscribentem: *ut cap. accedentibus de privilegijs, ibi dum dicitur: contume. &c.* Etsi errantes, seu ignorantes Clerici successores probabiliter contravenerunt: non præjudicat eis. *ff. ad munici. l. libertus, §. error de jur. om. judi. l. si per errorem, C. loca. si ignorans de Epi. & Cler. autem præsbyteros*, quæ quidem ignorantia præsumitur, & censetur in Clericis, quod in aliorum jure successerunt: per regulam is qui in jus: *extra de reg. ju. li.* 6. Item facit ad quæstionem, an si Clerici compellantur contribuere cum laycis in defensionem patriæ? & videtur quod non, cum Clerici non possunt subjici alicui sæculari tributo: *ut c. non minus extra de immu. ecc. & in c. convenior.* 23. *q. fi. & in c. nonnulli de immu. Ec. l.* 6. Nam bona Clericorum sunt Christi usibus deputata; usurpationis ergo contumelia depellenda est; & nihil ab hac immunitate extraordinarium est flagitandum: *ut l. placet. C. de Sacrosanct. Eccl. & in prædicto c. non minus.* Item quia Clerici ad munera honesta, & extraordinaria; etiam si pertineant ad publicam utilitatem; non tenentur, nisi in his quæ pertinent ad pietatem: ut est refectio pontium, fontium, vel viarum, & similium: hæc est communis opinio: *Inno. Hostien. & Joan. An. in d. c. non minus de immu. Eccl.* Et cum ista sint extraordinaria, quia non habent regularem præstationem, sicut sunt tributa, & census: patet quod Clerici ad ea non tenentur. In contrarium facit: *quod not. Ant. de But. in c. quia nonnulli extra de immu. Eccl.* ubi ponit casum: nam societas quædam gentium armorum venire: violentium super territorium causa comburendi domos: de populandi agros: capiendi homines, & animalia: & alia damna plurima committendi: comes Senarum, ut liberaret homines, dictis oppressionibus imminentibus, convenit cum illis, ut solveret magnam pecuniæ quantitatem: ut cessarent à prædictis: an in hoc Clerici teneantur pro solido, & libera conferre ratione possessionum sicut & laici? & determinat Anton quod Clerici teneantur: & est ratio, quia ita passi fuissent detrimentum in eorum possessionibus, sicut & cæteri. Potest fundari Antonij opinio; quia ubicumque collecta, habet ortum à defensione patriæ; eo quia sic tangit Clericos, sicut & laicos: omnes tenentur ad hoc naturaliter. *arg. ff. de justi. & ju. l.* 2. *et de ven. in pos. mit. l.* 1. *§. et generaliter: et de capti. et post li. rever. l. post limi. §. filius, C. de decurio. l. quidem, et l. in filijs, et C. si curialis relic. civi. l. unica corroboratur hoc per l. ordinationis Regis Joan.* 1. *Guadalfa. c.* 1. *et* 2. ubi disponit, quod Clerici tenentur ad impositiones, quæ communes sunt omnibus: ut ad reparationem murorum, itinerum, pontium, vel fontium, & ad emptionem terminorum,

UVA. BHSC. SC 05749

rum, & ad expensas, quæ fiunt ad vigilandum, & conservandam villam, & ejus terminos tempore necessitatis: ad ista enim talia propter defectum propriorum bonorum concilij Clerici sunt astricti cum alijs contribuere; quia hoc est commune omnibus, & opus pietatis: ut ibi dicit tex. Concor. autem *de Sanctis. Epis.* §.*ad hoc col.*9. *et C. de Sacrosanct. Eccl. l. ad instructionem.* Idem est dicendum, ubi communis utilitas, seu necessitas prospicitur; & loci non suppetit facultas. *ut all. c. non minus, & ibi glos. de im. Eccl. & Ant. ubi sup.* quod si Clerici in his non solverint, locupletarentur cum laicorum jactura; quod est prohibitum: *ut c. locupletari extra de reg. ju. lib.*6. Nec obstant jura supra allegata; quia intelliguntur de sordidis muneribus, vel de alijs quibuscumque; à quibus Clerici sunt immunes: non tamen intelliguntur de his, quæ communes sunt omnibus: ut supradictum est: *de hoc per Bar. ff. de mune. & hono. l. rescripto.* §. *sciendum*, *& l. fi. & not. in cap. fi. de vita*, *& hone. cle. & C. de immu. ne conce. l. unica*, *lib.* 10. Item, facit ad illam quæstionem; statuto municipali cavetur, ne aliqui cives possessiones suas alienent personis privilegiatis: quod si fecerint, quod possessores ad collectores, vel talijs minime excusentur: & quod talia bona transeant cum suo onere; contingit laico aliquam possessionem Clerico donare: an talis possessio transeat cum onere tributi? & hanc quæstionem disputando, tenui, salvo judicio melioris sententiæ; quod talis possessio non transeat cum suo onere ad Clerici potestatem; nam ab angarijs, & perangarijs; & ab alijs præstationibus, Clerici sunt immunes: & Dij, & Angeli, in divinis eloquijs Sacerdotes nuncupantur; & taliter à principibus sunt honorandi, quod collectores novarum, vel munera ab eis extorqueri non valent. *di.* 1. *c. Sacerdotibus* 11. *q.* 1. *dist.* 2. §. *novarum* 16. *q.* 1. *ad idem facit* §. *placet ea causa*: *& q.* ubi prædia usibus cœlestium secretorum dedicata munerum, sede sordidorum non vexentur, &c. Sequitur, & si quis faciat, exilio perpetuæ deportationis utatur: *ad hoc facit*, §. *quamvis* 23. *q.* 8. ubi imperialibus exactionibus Clerici subjiciendi non sunt, & Dominus pronunciavit Sacerdotes in omni gente liberos esse oportere; & res quæ Ecclesijs, vel pijs locis sunt quocumque titulo concessæ inter vivos, vel mortis causa, liberi sunt: & lege sæculi immunes: ad quod facit. *c.* 1. *de immuni. Ec. lib.* 6. ubi compescuntur potestates sæculares; ne ab Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis talia, seu collectas ratione possessionum quas habent, vel in posterum acquirent, solvant. Addit ibi *Archidiaconus*: *et Joan. Ant. in novella*: quod etiam si tales possessiones essent astristæ ad solvendum collectas pro solido, & libra inductas, vel inducendas: & est ratio secundum eos; quia tales res conditionem Clericorum incipiunt assequi, & mutata persona, mutatur, & rei status; & propter privilegium donatarij jus donantis immutatur, & alteratur: cum efficitur totaliter Ecclesiasticum. *arg. in c. si Laicus de jure patrona. lib.* 6. *& hoc tenet Spe. tit. de Clericis conju.* §. 1. *ver. ad hujus declarationem.* Ideoque quæstores talium, vel collectarum. 10. 20. vel centesimam bonorum clerico extorquentes, sunt ipso facto (si fuerint personæ singulares) excommunicati. Si autem universitas est interdicta: *ut c. quamquam de censibus, &c. Clericis de immu. Eccle. lib.* 6. Item cum res libera datur Ecclesiæ, libera erit; & hoc si non est onerata certo, & determinato onere, & quantitate, nec perpetuo: *ut not. Archidiaconus in d. c.* 1. *de immu. Eccle. cum ibi alle. per eum*: *unde legitur gen.* 48. »Subjecit Joseph omnem terram Ægypti Pharaoni, præter » terram Sacerdotum; & factum est usque ad hanc diem, quod ex universa » terra Ægypti quinta pars Regibus solvitur; præter terram sacerdotalem, » quæ libera est ab hac conditione.« Ad quorum corroborationem accedit, *l. omnes*, § *præterea*, *C. de Epi. & Cle.* ubi privilegia Ecclesiarum, vel Sacerdotum, generaliter, vel specialiter attributa, reservanda sunt, nec aliquibus muneribus prægravari debent. Ex quibus clarè infertur bona Clericorum, etiam si essent tributaria, seu talis, & collectis onerata: & si postea ad Clericorum potestatem adveniant, onerari non posse, nec obstat: *c. si tributum* 11. *q.* 1. quia loquitur de honestate: qnod patet ibi dum dicitur: non do, sed non nego, &c. *nec ob. c. tributum* 23. *q.* 8. quia loquitur, propter scandalum evitandum: quod patet ibi, dum dicitur: pro pace, & quiete servanda: *& in c. jam nunc* 28.

UVA. BHSC. SC 05749

Ley II. En qué manera el Prelado debe recebir las cosas de la Iglesia.

PORque somos tenudos de amar, è de honrar la Sancta Iglesia sobre todas las cosas del mundo: è porque habemos esperanza en ella quantos la guardamos, è la mantuvieremos en sus franquezas, (*a*) y en sus libertades: habrémos por ende gualardon (*b*)

---

28. *q.* 1. vel potest dici, quod ista capitula loquuntur de tributo perpetuo, & certo afixo rei, à quo etiam Clerici, ad quos talia bona perveniunt, excusari non possunt: ut notat *Archi. in d. c.*1.*de immu. Eccl. lib.* 6. *& Spe. tit. de cle. conju.* §. 1. *circa fi. & est expræssum*, 1. *parti. tit.* 6. *l.* 51. 52. *cum duabus legibus sequentibus*: *& melius in l. ordinationis Regis Joan.* 1. *Guadalfa. l.* 1. *&* 2. *vide quod ibi scripsi ad scriptum dico*, quod tale statutum est nullum; & statuentes veniunt puniendi pœnis, de quibus, infra, quod probatur per jura sequentia, *id est*, *per auct. cassa. C. de Sacrosanct. Eccl.* ubi cassa, & irrita sunt statuta, & constitutiones contra libertatem Ecclesiasticam, & earum personas inducta; & si infra annum à libris non deleantur, bona statuentium impunè ab omnibus occupentur; ad cujus confirmationem emanaverit: *c. noverit*, *& c. grave extra de sent. ex.* ubi sunt excommunicati statuentes ipso facto; & privantur feudis, qui ab Ecclesia obtinent; & etiam consules, & scriptores talium statutorum. Hoc idem tenet *Bar. in l. cunctos populos*, *C. de Sum. Trinit. q.* 5. *& hoc tenet Ci. in l.* 3. *circa fi. C. quæ sit lon. consue. et tex. juncta glo. in c. qui in Ecclesiarum extra de consti.* ubi dicit, quod etiam si talia statuta utilitatem Ecclesiæ concernant, non valent nisi Papæ auctoritas interveniat; & hoc dico, etiam si talia statuta simpliciter loquuntur, non expræsis Clericis; dum tamen redundent contra ea, quæ sunt Clericis, vel Ecclesijs concessa in privilegium; ut in casu isto. *Not. Bar. in alle. l. cunctos populos*, *q.* 5. *et Doctores in d. c. noverit.* Et quod hoc statutum sit contra Ecclesiasticam libertatem; nam libertas Ecclesiastica consistit in privilegijs Ecclesiasticis super spiritualibus, vel temporalibus, generaliter, sive singulariter, sive à Deo, sive à Papa, sive ab alijs Principibus sint concessa: *ut not. Joan. Ant. post Inno. in d. c. grave*: cum autem hoc privilegium sit concessum Clericis per Principes, & per Papam; ut in juribus supra allegatis infertur, quod statutum in contrarium est contra Ecclesiasticam libertatem, & sic nullum: *hoc tenet Lapus de castel. sua alle.* 92. *circa princ.* Et statuta municipalia ligare non possunt Clericos, vel Ecclesias, cum funditus sint nulla: 96. *dist. c. benè quidem*: maximè si talia statuta sunt arctativa, seu præceptiva: *ut not. Lapus de castel. sua alle. c. cum seq. et Dominicus de sancto gemi. in c. fi. de offi. dele. lib.* 6. non obstat ad *hoc*: *c. cum venissent*: non est contra Ecclesiasticam libertatem, imò est favorabile, non exprimens Clericos; sed cives; nec est arctativum, ut supra. Nec obstat, *quod not. Bar. in l. rescripto*, §. *sciendum*, *ff. de mune. et hon.* quia illud notat recitando, non decidendo: nec ipse fundat; imò remittit Ecclesiasticæ correctioni: nec obstat, quod si per usum hoc faciebant, non sequitur, quod de jure hoc faciebant; & factum recitat, & non jus. Ex quibus infertur satis probabiliter, quod talia statuta sunt funditus nulla: & hoc cum correctione videntium. De hac materia *vide Bal. contra Bar.in l. placet*, *C. de Sacrosanct. Eccl. et vide Joan. Calde. in suis Consilijs*, *tit. de const. consilio* 7. *et consil.* 21. *et vide inf. tit. de las labores*, *lib.* 3. *l.* 4.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley segunda de las Ordenanzas Reales nuevas: titulo 2. *lib.* 1.

(*a*) PORQUE FRANQUEZAS. Nam talia privilegia rata, & inconcussa, debent observari: *ut l. privileg. C. eodem tit. et l. omnia*, *C. de Epis. et Cle. et C. de legi. l.* 2.

(*b*) GUALARDON. Ut fecit ille christianissimus Constantinus Imperator, cujus exemplum habemus. 96. *distinc. cap. Cons-*

UVA. BHSC. SC 05749

de Dios à los cuerpos, è à las almas: en vida, y en muerte; è porque es honra de nos, è de nuestros Reynos: por ende queremos mostrar, cómo se guarden por todo tiempo las cosas de las Iglesias. Onde establescemos, que luego que el Obispo, ó el electo (*a*) que fuere confirmado, quisiere recebir las cosas de la Iglesia, (*b*) è de su Obispado, que lo reciba ante el Cabildo de su Iglesia; è todos en uno faga (*c*) escrebir todas las cosas que recibe, mueble, è raíz, è privilegios, è cartas de las Iglesias: è lo que debe la Iglesia: è lo que le deben: de manera, que el otro Obispo que viniere despues dèl, sepa requerir las cosas de la Iglesia por aquel escrito: è si alguna cosa de las escritas falláre vendida, (*d*) ó

Constantinus, *et in c. fundamenta de electio. lib. 6.*

(*a*) El electo. Nota tamen, quod electio Episcopi debet fieri de consensu, & permissu Regis: *ut 1. parti. tit. 5. l. 18.* & talis electio est Regi notificanda: *ut foro novo, tit. 9. l. 5.*

(*b*) Cosas de la Iglesia. Et est ratio: quia Episcopus rebus Ecclesiæ tanquam commendatis debet uti: *ut c. sine exceptione 12. q. 2. cum sequentibus*, *et 11. q. 1. c. te quidem*, *et c. nulli Episcoporum*, *et q. 2. c. Abbatibus*, *concord. cum hac l. foro juz. lib. 5. tit. 1. l. 2. et l. 3.*

(*c*) Hagan escrebir. Et hoc ad instar tutoris, qui tenetur inventarium facere de bonis pupilli: hoc habes expræssum in Prælatis, & administratoribus, *in l. orphanotrophos*, *C. de Episcopis*, *et Clericis*, *& in auctent. de Eccles. tit.§. fin. et in Cle. quia contingit*, *§. illi etiam de reli. domi.*

(*d*) Hallare vendida. In hoc enim casu successor non tenetur servare factum prædecessoris: *12. quæst. fin. quia Joann. 15. quæst. 1. justitiæ*, *et c. ideo*, *et q. 2. si ea.* In quatuor tamen casibus permittitur rei Ecclesiæ alienatio: causa, scilicet necessitatis; ut cum debitum urget: *ut aucto. hoc jus porrectum*, *C. de Episco. et Cleri. et ca. canonica. 10. q. 2. et C. de prædijs mi. l. ab eis.* Dum tamen probetur tale debitum in utilitatem Ecclesiæ esse conversum: *ut in d. aucten. hoc jus porrectum in fin.* Causa pietatis; ut pro redemptione, captivorum, vel propter erogandam eleemosynam pauperum: *ut tex. 12. q. 2. aurum.* Causa utilitatis Ecclesiæ; *in c. sine exceptione 12. q. 2.* Causa minoris utilitatis; *cap. terrulas 12. q. 2. cum sequentibus*: & hoc verum, quod in his casibus potest res mobilis Ecclesiæ alienari: nisi in casibus notatis *per glos. in dic. autent. hoc jus porrectum*: quorum, unus est, quando sub tali modo, vel conditione res donatur Ecclesiæ, ne alienari possit; quia tunc, nec in his casibus poterit alienari: hoc tenet ibi *Acur. & Cy.* & hoc concludit *glos. post opiniones per eam recitatas*, *in cap. verum de condit. appo.* Nam quilibet in traditione suæ rei potest apponere pactum legibus non improbatum: *ff. de pactis*, *l. in traditionibus. C. de contrahen. em. l. 4. in fin. & l. in donatione* dicta servari debet, aliàs revocatur. *C. de dona. ob. causam da. l. ea. C. de revo. do. l. 1. 2. & in auten. de alie.& emphi. §. sanctissimas, gl. tamen in d. cap. hoc jus porrectum 10. q. 2.* Tenet, quod non valet tale pactum, cum sit contra legem Dei: *ut in d. cap. aurum 12. q. 2. Ant. de But. in d. c.* Verum post multa tenet, quod quodcumque pactum, vel conditio ponatur in tali alienatione, in his casibus non valet: *ut l. pen. ff. de pactis.* Cum eo quod res est tradita, & data, non interest donatoris rem alienatam revocare; licèt alienans teneatur ad interesse, si in aliquo sua interest: *ut d. l. pen. ff. de pactis.* Si donans aliquid jus reservat in re, valet tale pactum; & non valet alienatio: *ut ff. de distrac. pig. l. si creditor cum sua glos.* Idem si alteri hoc jus reservat; ut ibi per eum; quod est notandum.

UVA. BHSC. SC 05749

enagenada (*a*) sin derecho, que la pueda (*b*) demandar, è tornar à la Iglesia, dando el precio al comprador (*c*) que dió por ella, si mostráre que el precio fue metido en pro de la Iglesia, (*d*) è si en pro de la Iglesia no fue metido, la Iglesia cobre lo suyo, è no sea tenida de pagar el precio, mas paguen lo de los bienes propinquos del Obispo, que la cosa enagenó, de los que su buena heredaren, ó desamparen la buena. Y esto mismo mandamos guardar de los Monesterios, è de las Abadías.

Ley III. Cómo el Perlado no puede enagenar las cosas de la Iglesia: mas que de lo suyo faga lo que quisiere.

NO pueda Obispo, ni Abad, ni otro Perlado qualquier, vender, ni enagenar ninguna cosa de las que ganáre, ò acrecentáre por razon de su Iglesia. Mas si alguna cosa ganáre, ò heredáre por razon de sí mismo, (*e*) faga dello lo que quisiere.

(*a*) O ENAGENADA. Largè enim accipitur hoc verbum, pro qualibet specie alienationis; *ut text. cum glos. in cap. nulli extra de rebus Ecclesiæ non alie.*

(*b*) DEMANDARLA. Non solum hoc licet Episcopis, sed etiam quibuscumque Ecclesiasticis personis, conversis, patronis, & minoribus; & etiam parrochianis: *ut in cap. si quis Presbyterorum de re. Eccles. non alien.* 16. *q.* 7. *cap. filius.* Imò prælatus debet mortem subire pro defensione suæ Ecclesiæ: 27. *quæst.* 8. *convenior.*

(*c*) AL COMPRADOR. Hoc est in electione petentis, vel rem petere ab emptore, vel ab alienante: *ut* 1. *partid. tit.* 14. *l. fin.*

(*d*) EN PRO DE LA IGLESIA. Si mutuetur capitulo, cum Episcopo, præsumitur esse cum utilitate Ecclesiæ conversum: si autem Episcopo soli, vel capitulo, sive Episcopo: *vide not. Cy. in d. autem hoc jus q. fin.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 10. *de las Ordenanzas Reales, tit.* 2. *lib.* 1. *que manda, que los Calices, ni Cruces, ni ornamenta, que se dan à la Iglesia, no se puedan vender, ni enagenar; è pone pena al que lo contrario hiciere. Concuerda con esta Ley* 1. *è* 2. *è* 3. *con todas las otras del tit.* 14. *de la* 1. *partida, que pone como el Perlado, ni Clerigo no pueden vender, ni enagenar los bienes de las Iglesias, ni Monesterios; salvo en ciertos casos; è la Ley* 11. *del dicho titulo, pone las penas, en que caen, è incurren los Perlados, ò Clerigos, que lo contrario hicieren.*

(*e*) NO PUEDA DE SI MISMO. Nota istam legem in fine sui, quod de his quæ Clericus acquisivit intuitu Ecclesiæ suæ: non potest disponere, nec etiam potest testari; ratio est, quia Clerici non faciunt fructus suos, qui supersunt deductis expensis *fact. c.* 1. 12.*quæst.* 3. *& ibi Archi. &* 12.*quæst.* 1. §. *fi. & c. res Ecclesiæ, & quod ibi not. Joan. Ant.* Nam Clerici debent illa, quæ supersunt, necessarijs deductis, pauperibus erogare; aliàs non benè agunt, 24. *q.* 4. sic non sunt *in fi.* 44. *dist. in princ.* quia solus usus competit eis: 12. *q.* 1. *ea quæ* §. *fi.* & taliter acquisita vendicat Ecclesia. 12. *q.* 3. *Sacerdos, & si q.* 5. *fixum, & q.* 2. *Apostolicos. not. de pecu. cle. inquirendum*: & victu, & vestitu debet esse contentus. 12. *q.* 1. *Clericus in fi.* & nudam crucem nudus sequitur: *ut ibi glos. tamen, & Archi. & notabiliter Dominicus de Sancto Geminiano, in c. præsent. de offi. ord. lib.* 6. fac differentiam inter Clericum habentem administrationem, & non habentem; quia in prima causa non potest donare, nec testari per jura supra allegata. In secunda ve-

UVA. BHSC. SC 05749

Ley IV. Como todo home es tenudo de pagar los Diezmos: y en qué manera deben ser pagados.

PORque nuestro Señor Jesu-Christo es Rey sobre todos los Reyes, è los Reyes por él reynan, y dél llevan el nombre, (a) y él quiso, è mandó guardar los derechos de los Reyes, (b) è señaladamente quando lo quisieron tener los Judios, è le demandaron si darian à Cesar

verò causa potest donare, & testari: & qui dicantur habere administrationem, & qui non notat ibi late ipse Dominicus. Gratia cujus nota, quod ratione officij præsumitur quis subtraxisse, vel abstulisse bona Domini; eo quod apud eum officialem qui gessit negotia Domini reperiuntur: quod est multum notandum. *Hoc not. Bal. in lib. feu. rub. de contentione inter dominum, & fidelem, circa princ. sed contra C. arb. tu. l. si defunctus.* Solum autem de bonis domini reperitur apud eum qui gessit officium, & tunc in dubio subtraxisse, vel abstulisse videtur: nisi sibi redderet rationem: vel nisi probet donationem à Domino factam: *ut dict. rub. de conce. judo. & fi. in princ. & arg. ff. de fur. l. qui vasa, §. necare, ff. ma. l. si creditor. §. si inter maritum.* Aut de bonis alterius non domini reperitur apud eum; & non præsumitur quæssijse de bonis Domini, nisi contra probetur à Domino. *Sed glos. quæ est in l. facultas de jure fisci*: dicit, quod officialis reipublicæ qui pecunias habet in sua potestate, si nescitur unde prædia emerit, præsumitur de pecunia publica emisse: quia respublica æquiparatur Ecclesiæ. *C. de Sacr. Eccles. l. inter divinum.* Sed tu dic, secundum Bal. quod non est bona similitudo; quia Prælatus acquirit Ecclesiæ; sed magistratus reipublicæ: cujus officium est studere in conservandis, non lucrandis. Vel dic, quod si officialis reddit congruam rationem de gestis per eum, & reliqua persolvit; non præsumitur de publico emisse; quia contrarium apparet: secus si reliqua non persolvit: quia non solum per hypothecariam, sed etiam per utile rei vendicationem respublica potest prosequi quæsita per officialem: Prælatus autem raro reddit rationem administrationis; & ideo magis præsumitur contra Prælatos supra eis quæ emerunt, & acquisierunt, quod sunt de bonis Ecclesiæ. *Facit quod not. in l. 1. C. de contract. judi. & per Cy. C. de Sacr. Eccles. autem quibuscumque, et Bal. ubi supra vide de hoc glos. magistralem, & notabilem 12. q. 1. c. sint manifeste, & cum hoc quod supradictum est concludit Bal. in authen. licentia, C. de Episc. et Cle.* quod notatur contra thesaurarios dominorum secundum eum. *vide Joan. de Milli. super partem Prælatus, versum Prælatus quicquid acquirit: et late, et notabiliter per Andræ. Barba. in c. 1. de pecu. Cleri.*

ADDICION.

discere, & de modo addiscendi, quod tuo inclinatus nimio ac paterno amore scribere prout mea mundana legit fragilitas non distuli. Ideo circa primum dico tibi, quod licèt hujus mundi scientia sit apud Deum quædam fatuitas. *Jerem.* 10. *&* 51. » Cum Deus solus est » omnium scientiarum Dominus: 1. *Re-* » *gum* 2. qui habet omnium scientiam. » *Hester* 24. *Eccles.* 42. Ipse (inquit) » docebit scientiam, qui excelsos judi- » cat. *Job* 21. Deus magnus juvat scien- » tiam nostram, & numerus annorum » ejus inæstimabilis. *Job* 36. Ipse enim » dat sapientiam, & ex ore ejus scien- » tiam, & prudentiam. *Proverb.* 2. Nam » in Deo sunt omnes Thesauri sapientiæ, » & scientiæ absconditi: *ad Coll.* 2. Non » enim Deo comparari potest homo, & » si fuerit perfectæ scientiæ. *Job* 22. » Non tamen propter hoc cesses fili au- » diri doctrinam, ne ignores sermones » scientiæ. *Proverb.* 19. Quia si secte- » tur parvulus sapientiam, sumet scien- » tiam. *Proverb.* 21. Stultissimus nam- » que est vir, qui non didicit sapien- » tiam, nec novit scientiam. *Prov.* 30. » Qui enim didicit justa inveniet: quid » respondeat clara est, & quæ nunquam » marcescet sapientia, & facilis videtur » ab his qui diligunt eam, & invenie- » tur ab his qui quærunt eam. *Sapient.* » 6. Sapiens nunquam inanis est: sed » habens semper in se amicum pruden- » tiæ, qui potest dicere: Justitiam in » duebam, judicium vestiebam, mentis » namque hæc sunt interna velamina, » quæ nemo alius potest auferre, nisi » cum aliquem sua culpa despoliat: *de* » *pœn. dist.* 2. §. *Sapiens.* Vani sunt au- » tem omnes homines in quibus non est » scientia, magnum est justitiæ bellum. » *Sapient.* 14. Et imprudentes odiunt » scientiam. *Proverb.* 1. Quam magnus » qui invenit sapientiam, & scientiam. » *Eccles.* 25. Dedit enim hominibus » scientiam altissimus honorari in mi- » rabilibus suis. *Eccles.* 38. Deus inquit, » dat sapientiam sapientibus, & scien- » tiam intelligentibus. *Dani.* 2. Et om- » nis ratio supernæ, vel terrenæ creatu- » ræ, in eo est, qui est caput earum, & » actor, ut qui hoc novit, nihil ultrà » quærat: quia hic est perfecta virtus, » & sapientia. « *ut cap. legitimus* 36. *dist.* Maximè in adolescentia quæ est gloriosa: *ut C. de studijs libe. l. unica, lib.* 11. Pueri enim qui à tenera ætate legunt, possunt ad perfectionem pervenire, aut non possunt esse perfecti: *not. glos. in l.* 1. *C. de Athletis, lib.* 10. Acquiescere ergo fili mi discere, & legere; quia in dubijs recurrendum est ad exempla majorum, & aliorum: *ut c. qui de mens.* 37. *dist.* Ne dicatur contra te, quod absit: Tu scientiam repulisti, & ego repellam te. *Oseæ* 4. *& c. omnes in fin.* 38. *dist.* Qui enim contemnit discere, ignorat Christum, qui est scientia: *ut c. si juxta eo. dist. cum se.* Hoc enim fac exemplo Salomonis, qui non divitias, non longa tempora hujus vitæ, sed sapientiam á Deo expetijt, & impetravit. *Regum* 3. *& cap. qui Ecclesiasticis*, §. *Ecce* 36. *dist. & exemplo August. qui ait*: Ego senex à puero non dum anniculo paratus sum doceri: 24. *q.* 3. *si habes.* Et stultus est qui bona quæ videt discere contemnit: *cap. de Constantinopolitana*, 22. *dist.* Et exemplo jurisconsulti dicentis, & si unum pedem haberem in sepulchro, & alium extra, vellem discere: quia nulla ætas sera est ad addiscendum: *ut l. apud Julianum, ff. de fideicom. liber.* Ideoque propter opprobrium senectutis, vel generis nobilitatem à parvulis, vel minimis eruditis, si quid fortè est utilitatis, aut salutis inquirere non negliges. Qui enim rebellitèr vivit, & discere atque agere bona recusat: magis diaboli, quam Christi membrum esse ostenditur: *ut c. nullus* 38. *dist.* Non nunquam proderit tibi ignorantia, cum potuisti scire: *ff. de bon. posses. l. in bonorum, & not. glos. in cap.* 1. 84. *dist.* Nam vigilantibus jus civile scriptum est: *ff. de his quæ in fraud. cred. l. pupillus.* » Nam » legitur possidebunt parvuli stultitiam, » & astuti spectabunt scientiam. *Prov.* » 14. Et semita vitæ super eruditum. » *Proverb.* 15. Et ubi non est scientia, » non est bonum. *Prov.* 19. Dona enim » sunt scientia, prudentia, sapientia, » & intellectus. *Eccles.* 1. Quæ quidem » scientia circa spiritualium administra- » tionem est potissimum necessaria; & » circa curam temporalium opportuna. « *ut cap. nisi cum pridem, de renunc.* Quia non sufficit prælatis bona conversatio, & morum honestas, nisi scientia doctrinæ addatur: *ut all.* §. *Ecce in fin.* 36. *dist.* Et si in laicis intollerabilis est inscientia, quanto magis in his qui præsunt,

UVA. BHSC. SC 05749

sunt, nec excusatione est digna, nec venia: *ut c. si in laicis* 38. *dist.* nam litteris carens sacris non potest esse aptus officijs: *ut c.* 1. 46. *dist.* & universalis Ecclesia ad sui regimen viris litteratis proximè noscitur indigere: *c. cum ex eo, de electione lib.* 6. *de litteratis*: ergo implenda est indigentia Ecclesiæ, non de porcis, vel de asinis deferratis: *ut ibi not. Joan. Ant. in novella.* Et visceralis fili licèt quod addit scientiam, addit & laborem: *Ecclesiastes* 1. quia non erit memoria sapientis similiter, ut stulti: & morietur doctus similiter, ut indoctus. Nam quid proderit homini de universo labore suo, & afflictione, cum homini bono in conspectu suo Deus dedit sapientiam, scientiam, & intelligentiam? *Ecclesiastes* 2. licèt ergo fili mi scientias addiscere scripturarum, ut per eas pervenire possis ad supernam cognitionem, amen: & hoc de primo quod à me quæsivisti. Circa secundum, oportet fili mi in thesaurum scientiæ introire cum charitate; quia scientia, sine charitate, nihil prodest: 1. *ad Corinth.* 13. scientia enim inflat, charitas verò ædificat, non omnibus est scientia: *ad Corinth.* 1. 8. *& c. nisi cum pridem* §. *pro defectu*: *de renunc.* quod intellige scientia inflat, ita superbia quæ provenit in scientia: *ut not. Accur. in l. licet C. de acquir. pos.* » Item cum timore Domini; nam » principium sapientiæ timor Domini: » & scientia sanctorum prudentia. *Pro*» *verb.* 9. quia plenitudo scientiæ, timere » Deum. *Eccles.* 1. & super timentem » Deum thesaurizabit Deus scientiam, » & intellectum justitiæ. *Eccles.* 4. nam » in malevolam animam non introibit » scientia. Esto ergo firmus fili mi in via » Domini, & in veritate sensus tui, & » scientia. *Ecclesiast.* 5. nam ministrare » debemus in fide nostra virtute; in vir» tute autem scientiam; in scientia au» tem abstinentiam. 2. *Petri* 1. & sic po» teris fili in atrium introire divini the» sauri. « Circa tertium volo te scire fili, quod quinque sunt fines quare homines addiscunt. Primus, ut ornate sciant loqui: & ad hoc tendunt rhetorici: *ff. de orig. ju. l.* 2. §. *post hoc in fi.* Et istorum finis est vana gloria: quia volunt vocari magistri, & ab hominibus videri, & laudari: *arg.* 43. *dist.* §. *pariter* 46. *dist. cap.* 1. Secundus finis, ut virtutes colligant: & ad hoc tendunt theologi, & boni juristæ: *ff. de just. & jur. l.* 1. *arg.* 44. *dist. cap. pro reverentia,* 36. *dist.* §. *Ecce in fin.* Et istorum finis est prudentia: quia sic in præsenti operari debemus: *ut in fine aliquid colligamus*, 12. *q.* 2. *c. quisquis in fin.* Tertius finis est, ut subtilia sciant: & ad hoc tendunt Dialetici, nimis ibi morantes: *ut c. nov.* 37. *d.* Et istorum finis est superbia: loquuntur enim grandia, & totus sermo eorum superbit: ut apparet in aliquibus religiosis: *de pœn. di.* 2. *c. si enim di.* 7. *secut.* Quartus finis est, scire propter lucrum; & ad hoc tendunt physici, & cupidi juristæ de divitijs solummodo curantes, quorum finis est avaritia: & talibus totus mundus non est obolus: 14. *q.* 4. *cap. quid dicam.* Quintus finis est, ut ædificent, & plantent, quod competit bonis Prælatis, & Magistris, Clericis, & Religiosis, qui zelo disciplinæ, & non superbiæ habentes: errantes in viam reducunt veritatis: *ut cap. tria, cum seq.* 45. *dist. & plenius per Archi. in all. c. nove.* Secundum, & ultimum finem tibi assume fili mi, & meliorem partem eliges, quæ non auferetur à te. In bona scientia fili mi dies vitæ tuæ consuma. Nam bona scientia dicitur nobilior altera tribus modis. Uno modo demonstrativè, quando procedit per rationes efficaces, & demonstrativas: ut est philosophia. Secunda ex nobilitate subjecti: ut est theologia: quia illius scientiæ subjectum est Deus: & hæc duo membra ponuntur *ab Arist. & commentatore, in* 1. *de anima, in princ.* Tertiò modo dicitur nobilior adeptione finis: & isto modo scientia juris est nobilior: quia est scientia finita, cum aliæ sunt infinitæ: de utilitate non est sermo; nam ista est utilior alijs: quia non finit in paupertate vivere, nec in anxietate mori: *ut in auc. de hæred. & fal.* §. *si verò, col.* 1. *& not. Bal. super procem. ff. veteris.* In mala verò, & reprobata scientia noli fili dies tuos perdere, ut in magica nigromantica, seu alia, de quibus *in cap.* 1. *& per totum*, 26. *q.* 4. *&* 5. *& fin.* Nam curiositas humana quando id imprudenter appetit scire, quod nulla ratione ei competit investigare. Hæc potestas ideo datur immundis spiritibus, ut perversos sibi aptent: hoc est, ut pravos homines seducant: illos scilicet qui spernunt veritatem, & credunt mendatio: & juxta Pauli sententiam sanam doc-

UVA. BHSC. SC 05749

doctrinam non ferunt; sed ad sua desideria coacervabunt sibi Magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur onerati pactis: ducentur varijs desiderijs semper discentes, nunquam ad scientiæ veritatem pervenientes. Quemadmodum autem Jannes & Mambres restiterunt Moysi; ita & isti resistunt veritati: homines corrupti mente, & reprobi circa fidem: sed ultrà non proficient, insipientia eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit: ut hæc omnia leguntur: *in cap. nec mirum circa medium*, 26. *q.* 5. De prædicta (inquit) scientia litterarum; de facili vitiosum, & abominabilem non est credendum; & sic præditus scientia, in dubio præsumitur virtuosus, quia scientia extrahit quem à vitiosa operatione, & dirigit eum in viam virtutis: *ut in c. cum in juventute*: *de præsum.* Nam scientia dicitur thesaurus; & ipsum non nisi scrutantes reperiunt; & qui addit scientiam, addit & nomen; quia scientia facit hominem fulgere: *ut not. Bal. in constitutione omnem*: *in princ. ff. veteris*, §. *Item quia.* Labora igitur fili, cupiens sublimari cum virtutibus; præsertim in scientia, quæ est quidam habitus virtuosus humani animi ex frequenti, & continuò exercitio acquisitus: *ut c. quod translat. de renunc.* Scientia autem acquisita divitiæ & temporalia bona addunturnam David primus ex gratia Spiritus Sancti donum scientiæ percepit. 2. *Regum* 22. & postea regni administrationem est assecutus: *ut alleg.* §. *Ecce* 36. *dist.* quod si pro scientia laboraveris, ad apta cum Dei gratia perveniens. Ultimo. Circa modum addiscendi dico tibi, quod oportet scientiam discere ab eo, qui eam à majoribus secundum veritatem sibi traditam servat, ut & ipse possis eam, quam rectè susceperis, competenter docere: *ut c. relatum* 36. *dist.* Scientia verò à voce magistri addiscenda est, non à te ipso addiscas; quia esset contra Hieronymi consilium: 16. *q.* 1. *c. si Clericatus*: dicentis: » prius de» bes addiscere, quam docere; prius » enim formam discipuli suscipias, quam » in magistrum assumaris: « *ut c. cum in magistrum*: *de elect.* Nam salvator noster prius in medio Doctorum sedit audiens illos, & interrogans, & postea docere cœpit. *Lucæ* 2. quia prius quis debet discere, & postea debet officium prædicandi, seu docendi assumere: unde Salomon: *Eccles.* 3. prius tempus tacendi, & postea loquendi; quia veritas prius tacendo, & postea loquendo prædicatur: hinc etiam Paulus loquitur. 1. *ad Thim.* 3. *ait.* Attende lectioni, & exhortationi doctrinæ: *ut* §. *ecce* 38. *dist.* disce ergo quod possis docere: *Eccles.* 18. ne sis miles antequam thiro; nec prius sis magister, antequam discipulus: *ut all. C. si Clericatus.* Docilitatis namque officium est; ut per eam homo prius seipsum, post alios informet: juxta illud sapientis. » Fili mi, bibe aquam de cis» terna tua, & fluenta putei tui deri» ventur fontes tui foras: & in plateis » aquas tuas sparge: « Bibere aquam de cisterna, est haurire sapientiam de mente sua. Fontes foras derivare, est scientias in alios docendo transfundere. Circa virtutem autem docilitatis secundum Tullium duo sunt vitanda: unum est, ut ignota pro cognitis habeamus, hisque temerè assentiamus. Hoc enim est præsumptio, alterum est magnum studium conferre in res obscuras, & difficiles, & non necessarias: quod vitium curiositas dicitur: nam melius est, si pauca sapientiæ præcepta teneas, si illa in promptu, & in usu tibi sunt, quam si multa didiceris, si illa ad manum non habeas. Unde notatur versus. Discere si quæris, doceas, sicut ipse doceris: nempe studio tali tibi, proficis atque sodali: *ut not. glos. in l.* 1. *C. de excusat. artifi.* Si enim fili mi, vis addiscere, alia duo à te excutere debes, timorem, scilicet, & torporem: debes inquam audire cum reverentia, & diligentia, de primo dicitur *Eccles.* 22. Audi tacens: unde pro reverentia conceditur tibi gratiam, quam petis: propter secundum *Eccles.* 3. *dicitur.* Auris bona audiet cum animi concupiscentia: & ideo dicebat *Joan. Chrisost.* Si sumus libenter discentes, erimus multa scientes: & talibus alloquitur scientia. *Eccles.* 24. dicens: qui audit me, non confundetur in *c. nullus* 38. *dist.* Item multò tempore disce, quæ postmodum doceas: inter bonos semper sectare meliores: *ut in c. sic vive* 16. *q.* 1. quia in modico tempore non potest quis multum addiscere: *arg.* 48. *dist. c.* 1. & nemo repente fit summus, *de pœnit. dist.* 2. §. *hæc quæ de charitate*: licet quandoque ingenium

UVA. BHSC. SC 05749

nium supplet tempus in bene studentibus: 77. *dist. monachus*: nec sufficit diu in scholis fuisse, sed laudabiliter vixisse: inquirendum est: 12. *q.* 2. *c. gloria Episcopi in fi. arg. C. de his qui veni. ætatem imp. l.* 2. *not. glos. in c. tum ex litteris: de in integ. restit.* lectio tamen continuanda est juxta illud. Guta cavat lapidem non vi, sed sæpe cadendo: quia omne artificium per exercitium suscipit incrementum: *ff. de le.* 3. *l. legatis*, §. *ornatricibus*: juxta illud Thobiæ. Intercisa perijt, continuata viget. Nam per exercitium lectionis, scientiæ reperitur margarita: *ut c. post translationem*, §. *item si quis de renunc.* unde Hieronymus ad Eustochium. Crebrius lege: disce quamplurima: tenente te codicem somnus subripiat. Item intellige quæ legis: unde poeta: legere, & non intelligere, &c. de jure præcidendæ sunt aures eorum, qui dicta magistri malè intelligunt: *ut c. si Petrus* 24. *q.* 1. & qui scripturas non ita intelligunt, ut rei veritas habet unam acerbam comedunt: *ut in c. vivo.* 37. *dist.* unde ait Tullius in proœmio rhetorices. Statui quidem semper neminem sapientiæ, & eloquentiæ laudem, sine magno sudore, & labore consequi posse: *ut reffert Abbas de ceci. in c. Eccles. in* 2. *col.* 3. Veri absque mendatio sint sermones tui, & perfecta scientia probabiliter tibi. *Job* 37. suscipe disciplinam tui magistri obedientia: juxta illud. Argue sapientem, & diliget te: noli arguere derisorem, ne oderit te: da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia: doce justum, & festinabit accipere. *Proverb.* 2. 23. *q.* 5. *vides.* » Audi fili » mi quæstionem, & si est tibi intellectus » responde proximo: sin autem sit ma- » nus tuas super os tuum, ne capiaris in » verbo indisciplinato, & confundaris. « *Eccles.* 1. primo trade verbum ad limam, quam ad linguam: *ut not. in c. ponderet*, *l. dict.* in lingua enim agnoscitur sapientia, & sensus, & scientia. *Eccles.* 3. ideo examinatio super litteratura est valde facilis: quia ex responsionibus ad interrogata apparebit quid habes reconditum in horreo: *ut c. si forte*: *de elec. lib.* 6. » & labia sapien- » tum disseminabunt scientiam, & mens » justi meditabitur sapientiam. *Proverb.* » 15. Item si peritus est, non decipias » aliquem in sublimitate sermonum, nec » per prophetiam quæ sunt secundum » traditionem hominum: *ad Colosens.* 2. » Nam ad scientiam veritatis oportet » pervenire. 2. *ad Thi.* 3. « nec legas fili mi figmenta poetarum: quia oblectamenta fabularum nimium mentem excitant ad incentiva libidinum: *c. ideo autem* 37. *dist.* & ne sanis doctrinis adverseris: ne prout tibi videtur, non secundum traditionem patruum, sed juxta tuum sensum docere videaris: *ut c. relatum ea dist.* nec multiplices verba absque scientia. *Job* 35. *in fi.* cum enim fili doctus, & eruditus in lege Domini fueris, non debes tuæ assignare prudentiæ ingenioque quod possides: sed gratias age Deo qui cuncta largitur: si autem gratias non egeris;sed scientiam tibi vendicaveris in penuria, malediceris: *ut c. revertimini*: *circa fi.* 16. *q.* 1. sunt enim nonnulli nullo dogmate fulti, audacissime quidem, magis zelo invidiæ, quam dilectionis inflammati, qui aliqua injusta asserunt: *ut c. sunt nonnulli* 16. *q.* 1. istorum autem adulterina, & indocta est scientia: *ut in proœmio digestorum*, §. *hæc autem tria*: & tales sapientes convertit Deus retrorsum, scientiam eorum stultam faciens. *Esa.* 44. de quibus dicitur: sapientia tua, & scientia tua, hæc decepit te. *Esa.* 47. *& illud Lucæ* 11. » ve vobis legisperitis, quia oneratis ho- » mines oneribus, quæ portari non pos- » sunt; & ipsi uno digito vestro non tan- » gitis sarcinas. Item vè legisperitis qui » tulistis clavem scientiæ, ipsi non in- » troistis; & eos qui introibant prohi- » buistis: non enim oportet plus sapere, » quam oportet: « *ad Romanos* 12. *& c.* 1. *de renunc. lib.* 6. nec jactatione scientiæ eleveris, ut plura scire videaris: *ut* §. *fi.* 46. *dist. & c.* 1. 46. *dist.* ex quibus dictis, fili, accipe consilium beati Thomæ de Aquino, qui cuidam missit fratri informari volenti, de scientiæ acquisitione dicentis, parvulos in mari non statim eligas introire; » quia per facilia » oportet ad difficilia devenire: tardi lo- » quium te jubeo, & tarde ad locuto- » rium accedentem: conscientiæ purita- » tem amplectere: orationi vacare non » desinas: cellam frequentare diligas: » si vis ante cellam binariam introduci: » omnibus te amabilem exhibe: nihil ti- » bi de factis penitus aliorum: nemini » familiarem te ostendas: quia nimia » familiaritas parit contemptum, & sub- » trac-

UVA. BHSC. SC 05749

Ley V. Que ninguno juzgue por otras Leyes, ni razone, sino por las deste fuero.

BIen (*a*) sofrimos, é queremos, que todo home sepa otras leyes por ser mas entendidos los homes, è mas sabidores: mas no queremos, que ninguno por ellas razone, ni juzgue: mas todos los Pleytos sean juzgados por las leyes deste libro, que nos damos à nuestro pueblo, que man-

---

» tractionem: studio materiam adminis» tra: de verbis & factis scholarium te » nullatenus intromittas: discursum per » omnia fugias: & sanctorum, & pro» borum virorum vestigia imiteris: non » respuas à quo audias: sed quid dica» tur memoriè recomenda: fac ut ea » quæ legis intelligas: de dubijs te certi» fica: & quidquid potes in armariolo » mentis reponere satage: sicut cupiens » vas implere: altiora te ne quæsieris, » illius sequens vestigia quæ flores, & » frondes, & fructus utiles, & mirabiles » in viam Domini Sabaoth, dum vitam » comitem habuit, prætulit, & produxit.« Unde versus. Si quis fortè velit jurisconsultus haberi. Continuet studium, velit à quocumque doceri. Invigilet, nec vincat cum tortura laboris. Nam labor improbus omnia vincit: *de purgat. c. cum inventione*: vide notabiliter de hac materia *Joan. Fa. instit. in proœmio.* Alij versus. Si vis proficere septem debes retinere. Ordo vivendi: sitque fervor studendi. Non sis elatus, nec invidia madeatus. Libros semper habe; sis castus sine labe. Alij versus. Si sapiens fortè vis, sex serves, quæ tibi mando. Quid dicas, & ubi, cui, de quo, quomodo, quando. Hoc si sectatus fueris ad id pertingere poteris, quod affectas; quod tibi concedat ille qui vivit, & regnat per infinita sæcula sæculorum. Amen.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 4. de las Ordenanzas Reales, lib. 1. tit. 4. que pone cómo los pleytos se han de determinar; y por qué Leyes, quáles han de ser preferidas: y en la Ley siguiente del dicho titulo pone, cómo las Leyes deste fuero se han de guardar en las tierras de las Iglesias, y Señoríos: è la Ley 6. del dicho titulo dispone, que los Letrados, ni las Partes no pueden alegar disputando, ni por escripto, opinion de Doctor, ni de glosa, excepto en Canones à Juan Andrés, y en Leyes à Barto, è pone pena al Abogado que lo contrario hiciere. Item, los Reyes nuestros Señores en las Leyes nuevas que hicieron en Madrid. La Ley 37. manda, que en defecto de la opinion de Juan Andrés de derecho canonico, se pueda alegar la opinion del Abad de Cicilia; y en Leyes, en defecto de Bartolo se pueda alegar Baldo; cómo los pleytos de las Alcavales se han de juzgar, y en qué forma; vey la Ley 121. en el quaderno nuevo que se hizo en Granada.

(*a*) BIEN SOFRIMOS DESTE LIBRO. Nota tamen, quod leges fori novi de Alcala Regis Alphonsi servantur in Castella; & per eas quæstiones dirimuntur; demum per hunc librum fori legum, & per alios foros, quibus civitates, & alia regna, & loca, utuntur; nisi in his quæ emendanda Rex duxerat. Et in his, quæ contra Deum sunt, & rationem; quibus non sufficientibus, judicatur per libros septem partitarum; & si super dictis legibus aliqua oriatur dubitatio, ad Regem recurratur, ut ipse emendet, declaret, seu interpretetur, vel novam legem faciat: permittuntur tamen antiquorum librorum studia ut hi, ut naturales regni prudentiores sint, & honorabiliores: *ut foro novo Regis Alph. de Alcala, tit.* 28. *l.* 1. *quæ incipit: vuestra intencion.* Item leges fori novi in omnibus locis regni, & dominij Castellæ observandæ sunt; & quicumque in locis in quibus dominium, & jurisdictionem habens dictas leges non observaverint, in errorem incidunt, tanquam leges sui Regis, & domini, non observantes; defectu quorum dominorum Rex justitiam administrabit: *eo. foro novo, tit.* 18. *lib.* 2. Item ante conclusionem causæ, vel etiam post, non possunt partes, seu advocati per scriptum, nec verbaliter disputando, nec alias opinionem, determinationem, seu dic-

UVA. BHSC. SC 05749

damos guardar: è si alguno aduxere otro libro de otras leyes en juicio para razonar, ò para juzgar por él, peche quinientos sueldos al Rey: pero si alguno razonáre ley que acuerde con las deste libro, è las ayude, puede lo hacer, è no haya la pena.

TITULO VII.

DEL OFICIO DE LOS ALCALDES.

MAndamos (*a*) que todos los Alcaldes que fueren puestos,

---

dictum, vel auctoritatem, seu glosam alicujus Doctoris canonici, vel legum allegare; de his qui fuerint post Bar. & & Joan. Ant. nec de his, qui in futurum fuerint; judices autem hoc non permittant. Advocatus vero, vel procurator, qui contrarium fecerit, perpetuò sit officio suo privatus; & pars allegans causam perdit, & judex perpetuo officium amittat: *Pragm. Sanction. Regis Joan.* 2. *Tauri*, *Anno Domini* 1427. *& ejusdem Regis in Madrid*, *pet.* 18. *anno* 33. Ex quo infertur à contrario sensu, quod hodie licitum est, alias leges in causas præter istas allegare, servata forma dictæ Pragmaticæ Sanctionis, & legis fori novi, & sic servatur. Item nota, quod de stylo Cancellariæ in disceptationibus articulatur, an lex quæ allegatur hujus fori, sit in usu, vel consuetudine, licèt de jure regni, ut hic vides, mandantur servari ad unguem, & in allegata lege fori novi. Item nota, quod in his, quæ non sunt legibus definita, princeps est consulendus; *concord. l. si Imperialis*, *C. eo. tit. & infra l. proxim.* vel si legibus definiri non possunt, arbitrium sequentur habere voluntatis: 13. *q.* 1. *c. unaquæque mulier*: *in fi. concor. procemium decret. & fori juz. lib.* 1. *tit.* 1. *l.* 9. *concord. cum hac l. C. de sent. & inter omnium judic. l. nemo*: ubi non exemplis, sed legibus judicandum est; & omnes judices veritatem legum, & justitiæ vestigia sequi tenemur.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 30. *de las Ordenanzas Reales, fechas en Toledo, lib.* 2. *tit.* 15. *y en la dicha Ley pone muchos capitulos, que los Alcaldes han de jurar, al tiempo que son elegidos; è los mismos capitulos han lugar en los Alguaciles y Escribanos: los Reyes nuestros Señores hicieron en la Ciudad de Sevilla, ciertos capitulos, que han de jurar, y guardar los Corregidores, y Asistentes, y Alcaldes; y al fin de los dichos capitulos pone los capitulos de los Jueces de las residencias.*

(*a*) MANDAMOS. FUEREN PUESTOS. Scilicèt, per principem, qui ordinariam tribuit jurisdictionem cum ordinario suo jure, vel principis beneficio, universaliter jurisdictionem exercere potest: *ff. de jur. omn. jur. l. more majorum*, *& l. seq. & autem de consu. in fin.* Item lex dat ordinariam jurisdictionem: 2. *q.* 7. §. *quod de arbitris*, *ff. de jur. omn. jud. l. & quia item.* Et consuetudo confert illam: *ut in c. duo extra de offic. ordi.* 19. *q.* 3. *c. conquæstus*, *& no. in c.* 2. *ne prælat. vices suas*, *C. de emanc. l.* 1. Item, & universitas tribuit ordinariam jurisdictionem, 63. *dist. cap. si in plebibus*, *& in autem de defens. civil.* §. *nos igitur*, *coll.* 3. Nam lata universitas creat judicem, *ut l. omnes populi*, *ff. de just. & jur.* Et potest dare, & prorrogare jurisdictionem: *ut in d. auten. de jurisdict. om. jur. l. pen.* Populus etiam habet jurisdictionem, *secundum glos. in cap. ostendit*, 23. *q.* 3. *& adde not. glos. circa hoc in l. & quia*, *ff. de jurisd. omn. jur.* Cujus ordinari: officium, latissimum est: *ut not. Spe. tit. de jud. ord.* §. *officium*, *& Gaufre. in summa eod. tit.* §. *officium concord. foro juz. lib.* 7. *tit.* 4. *l.* 5.

UVA. BHSC. SC 05749

juren (*a*) en el Consejo : (*b*) que guarden los derechos del

(*a*) Juren. Id scilicet quod habetur *in l. rem non novam*, *C. de jud. & auten. hodie eo. tit. & foro novo*, *tit. fin. cap.* 45. Et id quod habetur *in ordinatione Regis Joan. I. in Segovia.* Et hoc intelligo, tam in ordinarijs, quam in delegatis & arbitris: *ut in* §. *per quam*, *dict. l. rem non novam*: *& de forma jurisjura.* Vide autem jusjurandum quod præstatur ab his; *col.* 2. *&* 3. *part. tit.* 4. *l.* 6. Conditiones, & bonitates, quas judex habere debet: *vide* 2. *part. tit.* 9. *l.* 18. *&* 3. *part. tit.* 4. *l.* 3. *& tit.* 18. *l.* 11. Et est infamis, qui pro officio dat pecunias: *ut ordin. Regis Joan. II. Guadalfa. anno* 36. *l.* 11. & de conditionibus judicis ordinarij: *vide foro novo de Alcala*, *tit.* 35. *l.* 1. & vide, quod ibi scripsi cum leges sequentes, gratia cujus nota, incidenter; quod si potestas juravit observare statuta civitatis, potest populus ei remittere juramentum, antequam potestas incidat perjurium: *ut l. fi. ff. ad munic. & not. in c. in his* 10. *dist.* sed si jam incidit in perjurium, nil valeret remissio, quominus potestas esset infamis: *arg. ff. de verbo oblig. l. cum stipulatus sum mihi à Proculo*: & si omnes de concilio juraverint servare statutum, possunt pro bono publico ipsum revocare, sine metu perjurij; quia juramentum intelligitur, donec statutum fuerit statutum; sed modo non viget, quia est revocatum: si tamen jurassent non revocare, tunc benè essent perjuri: & hoc verum, nisi habita esset consideratio statuti, tanquam à causa finali; quia tunc defectus causæ finalis excusat à perjurio. *C. de non nu. pen. l. fin. & arg. de le.* 3. *l. cum quis decedens*, *in princ.* Item nota, quod si castrum facit statutum, non admittitur, nisi per commune civitatis approbetur: *ut l. si quis extra ordinem*, *C. de decu. lib.* 10. *hæc per Bald. in l. omnes populi*, *ff. de justit. & jur.* Item nota incidenter; quod summa potestas non est alicui longo tempore committenda, nec summum arbitrium; *per l.* 1. *ff. de offic. præfec. præto. ubi not. Bal. ex text.* Quod in eligendis judicibus, tria debent esse præcipua industria singularis: fides explorata, & morum præmaxima gravitas: tanta enim virtus, & bonitas requiritur in judice, quia habet magnam potestatem, maximè in arbitrarijs: circa quod nota quod arbitrium datur judicibus tribus de causis, quandoque ad exagerationem pœnæ: *ut ff. de pœnis*, *l. aut facta*, §. *fin.* Unde propter terribiles casus, licitum est pœnas transgredi. *Innoc. in cap.* 1. *extra de const.* Et potius debet judex prævenire, quam præveniri; ubi non est locus remedio: *ut l. si quis exhæredato circa medium*, *ff. de injur. test.* Quandoque datur arbitrium judici ad mitigationem pœnæ; pone, statutum dicit quod qui tale quid fecerit ponatur ter ad curlum, vel ad verberum: est quidam senex qui in primo curlu morietur, potest judex pœnam tormenti mutare: *ut not. ff. de infa. l. quid ergo*, §. *pœna gravior.* Quandoque datur arbitrium, propter incognitam hominum voluntatem; ut cum dubitatur, an casu, vel dolo aliquis deliquerit; nam qualitas personarum debet attendi judicis officio ponderanda: *ut ff. ad l. cor. de sic*, *l.* 1. *arg. C. si quis Imperat. ma. di. l.* 1. §. *sed certè.* Interdum datur arbitrium, propter nimiam negociorum veritatem; vel propter differentiam circunstantiarum: *ut l. feudorum*: *rubrica in qui caus. feud. amit. c.* 1. similia verba ponit *glos. ff. de legib. l. nec leges ubi videas.* Pone, quandoque, datur arbitrium, propter cognitam hominis fidelitatem; *arg. ff. manda. l. si creditor*, §. *Lucius*: quando autem probationes partium sunt contrariæ; an judex habeat arbitrium eligendi alteram partem: *not. ff. de re jud. l. duo judices dati*, *& Joan. Ant. in c. cum inter*, *extra de elect.* Et nota quod non solum qui facit judicem, ut hic; sed etiam qui facit aliquem procuratorem videtur de eo multum confidere: *de admi. tu. l. Lucius hoc per Bald. in lib. feud. rubr. in qui caus. feud. amit. c.* 1.

(*b*) En el concejo. Ostendendo, secundum litteras suæ potestatis; aliàs enim præpositis principis non creditur sine litteris; & ipsis volentibus aliorum bona capere, quilibet, cujus interest, de facto resistere: *ut l. prohibitum*, *C. de jur. fis. ubi not. Bar.* Quod mandatum officialis, debet notum fieri in curia præsidis provinciæ; quod facto, illi offi-

fi-

UVA. BHSC. SC 05749

ficiali creditur per totam provinciam; & quod officiales debent portare insignia officialium, ex quibus cognoscantur; aliàs posset eis resisti: *vide Avilesium*, *c.* 42. *præt. verb. varas.* Et ubi est permissa resistentia; est etiam permissum convocare amicos ad resistendum: *ut Bar. ubi supra.*

(*b*) En el concejo. Ad officium enim rectorem civitatis pertinet convocare concilium, & facere electiones officialium; & eis electis, populo nunciare; & possunt, si voluerint, appellare; & quod male nominant, tenentur ad sumptus: *ut text. in l. observare*, *C. de decu. lib.* 10. Ubi not. Bar. quod concilium debet convocari auctoritate superioris, scilicet Magistratus. Item, si non apparet concilium convocatum, & omnes sunt præsentes; valet quod agitur, si nemo est qui lædatur. Item nota ibi Bar. quod concilium convocatur per prætorem, vel campanam; & per superiorem in concilio debetur fieri proposita; & de jure communi ad concilium civitatis spectat facere electiones officialium; quia concilium repræsentat totum populum. Item nota, quod in electione officialium sufficit duas partes decurionum adesse; dum tamen omnes vocentur voce tubæ, vel campanæ: *ut l. nominationum*, *& l.* 2. *C. de decurio.* Ubi nota Bar. quod sufficit, quod major pars præsentium consentiat. Item nota, quod divites sufficientes sunt eligendi ad officia: *ut l. ad subeundas*, *C. de decu.* Item nota, quod auctoritas concilij non debet esse disgregativa per singulos, sed certa, & juncta, apud concilium, & in forma concilij: *facit c. in Genes. extra de elect. & C. de decur. l. observare*, *& l. nominationum*, *lib.* 10. *& ff. de arbit. l. sicuti*, *not. Bal. in l. non ambigitur*, *ff. de legib.* Quis potest facere concilium, seu parlamentum, & alia utilia? circa hoc vide per Bar. *in l. si quid extraordinarium*, *C. de mune. lib.* 10. Item nota quod electores decurionum debent fieri in concilio publico, & alibi fieri non possunt: *ut not. Bal. eleganter*, *in l. nominationes*, *C. de appel.* Et ubi est aliquid consortialiter faciendum, oportet omnes in uno consortio congregari; quia ubi collectio, ibi unitas: *ut l. cum solito*: *& ibi Bal. C. qui bon. ce. pos.* Item nota quod quoniam plures personæ habent circa idem negotium disponere, requiritur, quod simul conveniant, simul tractent, & deliberent: *ut l. jurisgentium*, §. *hodie tamen*, *ff. de pac. & sic not. secundum Bal.* Ibi, quod quoniam committitur arbitrium pluribus officialibus; non debet unusquisque per se deliberare, & disponere; sed debent simul congregari. Ista forma traditur *in d.* §. *hodie tamen*: *fecit allegata*, *l. nominationum*: *& l.* 2. *C. de decur. c. in Genes. extra de elect.* Et hoc non habet dubitationem in actibus collegiatis; quia consensus debet ibi præstari, ut forma concilij. Et nota, quod in majori parti concilij connumeratur absens; qui suasit se consensurum: *per glos. in l. apud Celsum*, *in princ. ff.* de doli exce. *& Bal. in* §. *fin. dictæ*, *l. jurisgentium.* Item nota, quod ibi censetur esse major pars civium, ubi sunt cives ditiores, & meliores, *ut l. majorem*, *& ibi Bal. ff. de pac. l. tamen quod major. ff. ad muni.* ponderat solum numerum vocem habentium: & hæc est veritas in actibus publicis, & collegiatis: *ut not. Bal. in d. l. majorem.* Item nota, quod quoniam per concilium populi committitur aliquid sapientibus, valet: licet non reducatur iterum ad concilium: quia sufficit semel esse commissum: *secundum Ja. de are. Ci. & Bal. in l.* 3. *ff. de ori. jur.* ubi ipse Bal. nota quod licet non appareat quod statuta fuerunt publica, vel reformata, concilij tamen ligant, ex quo sunt in archivo publico; & communitèr habetur ipsorum copia: *ut all. l.* 2. *de ori. jur. ex supradictis*: Ergo notatur, quod si populus totam suam auctoritatem committit quibusdam sapientibus, quod illi sapientes omnia possint, nisi sint nominati excepta: *ut all. l.* 2. *de ori. jur.* §. *novissime*, *&* §. *ex actis*, *& est arg. de ver. ob. l. qui Romæ*, §. *Calimacus in fin.* Item nota, quod talis auctoritas, vel voluntas, non debet esse præcipitata, sed diu inter sapientes declarata: *sic C. de legi. l. humanum.* Item nota, quod potestates terrarum facilius excusantur, quam eorum accessores: quia cum magistratu mitius lex agit, quam cum jurisperito; *ff. quod quisque jur. l.* 2. & hoc in juribus, non in factis: *ut hæc not. Bal. in l.* 1. *ff. de lege.* Circa hujus legis materiam dubitavi in quæstione, quæ talis est. Principis jussu suspensa ordinaria jurisdictione civitatis de Huete prætorum durante officio cujusdam missi à Rege; an finito officio suspensi, prætores recuperant of-

UVA. BHSC. SC 05749

officia sua? vel an debeat fieri de novo electio secundum formam legis fori municipalis? & aliqui tenent, quod cum isti antiqui prætores culpa sua suspensi non sunt, finita suspensione, intergrè recuperant jura sua: *ut c. nos sanctorum*, 15. *q.* 6. *& c. juratos eadem causa*, *& q. & cap. beatus* 3. *q.* 4. *& c.* 1. 4. *q.* 1. *& c. præceptum* 32. *q.* 5. *in fin. &* 6. *q.* 1. *illi qui*, *& est not. doctorum*, *in cap. quia diligentia de elect. cum ibi notatis juxta illud*: Res reddit ut pridem: cum status redditur idem. Hoc etiam probatur per sententiam, & statutum generale ejusdem civitatis, quod pro lege servatur; maxime cum annuatim juratur per jura infra dicenda: quo statuto idem cavetur, quod supradictum est circa hoc. Nec obstat statutum quod dicitur à militibus ejusdem civitatis factum, quo cavetur, quod finito officio cujuscumque correctoris, nova debeat fieri electio prætorum, &c. quia dicti milites tale novum statutum condere non valuerunt, primo: quia potestas statuendi, sicut & potestas sententiandi, commensuratur potestati jurisdictionali; ita quod qui habent jurisdictionem non habent statuendi potestatem: *ut est not. Joan. Ant. in c. fi. de offi. Archipresby. & Pe. de Ancha. in commento. c. Canonum*, *& Ant. de But. & Dominicus in c. ut animarum*, §. *statuto de constit. lib.* 6. cum enim milites isti nullam habent jurisdictionem: quia nec à lege, nec à consuetudine concessa, nec statuere potuerunt; nisi tale statutum esset circa negocia singularia, ut infra dicetur. Secundo, quia licet statuere vellent, hoc non possunt sine capite, quod est concilium, & ejus rectores; nisi quoad singularia negotia exemplificata, *in glos. c. constitutionum, de ver. sig. lib.* 6. *& not. in l.* 1. §. 2. *ff. quod cujusque unic.* Quia nec opidum, nec populus possunt statuta facere sine rectoribus: 1. *dist. jus civile de major. & obed. c.* 2. *de constit. cum omnes*: *de his qui fiunt à major. par. ca. cap.* 1. Tertio, quia licet populus, vel civitas statuta inter suos possit facere; & dicitur jus civile: *ut in d. c. jus civile*, *& ff. de justit. & jure*, *l. omnes populi.* Cum hoc habeat populus à principe, ipsius principis lex esse bona. *C. ubi*, *& apud quos*, *l. fin. C. de ver. jur. enucl. l.* 2. *circa medium*: Non tamen potest facere decurionum collegium, maximè cum tale statutum concernit ordinem, vel regimina civitatis: *ut in casu isto*, *hoc tenet Bar. in l. ambiciosa*, *ff. de decre. ab ordin. fa. circa medium*, *& Joan. Ant. in add. Spe. tit. de constit.* ℣. *item quibus.* Quarto, quia hoc statutum non potuit præjudicium afferre legi fori municipalis; quæ dat certam eligendi annuatim prætores formam; & certa die; nec dictæ civitatis statutis circa hoc factis, & per omnes officiales annuatim successione juratos; quibus derogaretur, si alia die quam per dictam legem assignata electio jam dicta celebraretur; *ut c. cum dilecta*: *de rescriptis juncta l. diligenter*, *ff. man.* Et hoc etiam si hoc novum statutum esset juratum: *ut not. in c. veniens* 1. *& cap. quemadmodum*: *de jurejur. & cap. constitutus*: *de rescriptis.* Nec tale statutum potuit in esse produci, nec vires à juris dispositione assumere; cum leges municipales sunt in viridi observantia: *ut not. Ant. & Dominicus in dist.* §. *statuto*, *& not. in l. Arrianus*, *C. de hæret.* Quinto, quia cum statutum respiciat futura, *in c. cognoscentes*: *& c. fin. de constit.* Non potest præjudicium afferre prætoribus suspensis; nec juris eis acquisitum per novum statutum; nec poterit tollere jus privati præsuposito quod valeret: *ut Innoc. in cap. qui in Ecclesiarum de constit. & doc. in cap. in nostra de injurijs*, *& Innoc. in c. veniens*: *de jur. not. in l. decurionibus*, *C. de silenci*, *lib.* 11. Quia quod facto nostro quæsivimus, nobis invitis, auferri non debetur: *ff. de fideicom. liber. l. si filius*: Nec obstat lex si dicatur, quod dicti prætores præstiterunt consensum in statuto, &c. quia licet præsentes essent, non potuit eis præjudicare statutum; quod nullum est ut dixi: & etiam si teneret cum non extendatur ad præterita; & jus erat illis quæsitum: sed ad futura tamen; *ut sup. dictum est.* Infero ergo ex supradictis quod Regis suspensione cessante: dicti antiqui prætores qui suspensi fuerunt, recuperant officia sua. Item nec est permittendum contra legem juratam venire; nec quod ei fiat fraus: *ut not. in d. c. veniens*: *& c. quemadmodum*, *de jurejur. & c. constitutus*, *de rescriptis*: est enim contradictam legem hoc statutum. Primo, quia cum electus in prætorem debeat gaudere officio, vel procello concilij per annum; & ibi forte

UVA. BHSC. SC 05749

Rey, y del Pueblo, y à todos los que à su juicio (*a*) vinieren, que juzguen por estas leyes, que en este libro son escriptas, è no por otras: (*b*) è si Pleyto acaesciere, que por este libro no se pueda de-

---

te non gaudere per mensem. Item est contra legem, quia cum certa die deberet fieri talis electio, fieret alia die: quod est contra mentem, & verba dictæ juratæ legis; item fieret ei fraus, quod non licet: *ut not. in c. quanto de privil.* cum tempus suspensionis dirimit, & non currit; & ea finita redit res ad primum statum per jura in principio allegata; nec rediret, ut dictum est. *De hoc tex. cum glos. notabili, qui incipit: & ita tempus, c. quia diversitatem: de conces. præben. nec obstat c. significaverunt de jud.* quia non loquitur de suspenso, ut in casu isto. Videntur tamen obstare ad supradicta: *not. per Bar. in l. si prius ff. de novi oper. nun. & in l. si ita stipulatus, ff. de verb. oblit.* ubi tenet Bar. quod eo quod officium istud annale concursu temporis perijt, non potest reintegrari, quod lapsum est cum anno sequenti; cum sit regimen unius anni; & illud alterius. Primo tamen opinio fundatur de jure, & potioribus rationibus: ista tamen servatur maximè in dicta civitate. An autem si officialis annalis non recipitur in anno teneatur civitas ad salarium: *vide Bar. in alleg. si prius circa fi.* An potest officialis post electionem revocari? *vide Bar. in l. absenti. ff. de donat.* An autem si officiales annales ultra tempus à lege limitatum electi, & assumpti, de facto aliqua egerint, valeant? & gesta per inhabiles toleratos valeant, quoniam illa tolerantia est à superiori reprobata textus est, quod non valent, in *c. fundam. §. quod si secum, & ibi doc. de elec. lib. 6.*

(*a*) A SU JUICIO. Nota, quod potestas terræ in principio officij probet regere bene, & constanter; doctores in principio studij debent bene legere, subtiliter, & utiliter, & fideliter: namqui facit bonum principium, facit bonum finem: *ut l. 1. ff. de ori. ju. & ibi Bald.*

(*b*) E NO POR OTRAS LEYES. Est tamen notandum quod ratione casuum emergentium, licitum est potestatibus terrarum, leges transgredi interdum; non tamen licet potestati, vel rectori à justitia recedere: & non dicitur recedere à justitia in commissis arbitrio suo: & ex causa aliquod extraordinarium facere; quia arbitri quicumque legum terminos, & legitimos tramites transgrediuntur: *ut not. Innoc. in c. Canonum de constit.* transgreditur autem judex leges puniendo: *ut l. & si severior*, concedendo: *ut l. si qua, §. 1. ff. ex qui cau. ma.* præcipiendo: *ut in c. 1. de judi. lib. 6.* vetando: *ut l. 1. C. de posthu. Adde quod not. per Dy. in l. filius, §. 1. de l. 1.* & abbreviando; *ff. de judi. l. nonnumquam:* & dic quod aut pœna ponitur pro correctione, & emendatione delinquentis; & non potest minui, vel augeri; & sic intelligitur: *C. de Episc. & Cle. aut. interdicimus*: ad quod facit; *ff. de adult. l. si adulterium, §. incestum: ibi correctione: & de pœnis, l. si pœna.* Si autem imponitur pro satisfactione commissi criminis; tunc non potest minui, nec augeri: nec hoc casu est licitum judici leges transgredi per viam mitigationis, vel excessus: *& ita intelligitur ff. de re jur. l. ampliando*, & fuit obtentum Paduæ per Ricardum malum, & Cy. & dic. *ut in l. quid ergo, §. pœna gravior, ff. de his qui not. infa. ut not. Bal. super Innoc. in c. Canonum, de constit.* hoc tamen oportet meminere judicem, ne modum excedat: *ut l. hodie de pœnis, Bald. ibi.* Item bonam fidem in omnibus exerceat, *ff. man. l. creditor, in fi.* nam interdum tantum operatur bona fides, quantum justitia: *de cond. & demon. l. quamvis non in l. eum qui §. in popularibus, ff. de jurejurando.* Et præsumitur benefactum, quidquid judex ex arbitrio sibi commisso facit: *ut not. Innoc. in c. innotuit: de eo qui fur. or. rece. & in d. c. Canonum*: & sic not. quod facto judicio ubi non apparet de causa; justificantur ex causa præsumpta: *ut not. ff. de evic. l. Hærennius, §. Gajo.* Item nota, quod in judice præsumitur justitia zeli; nisi dolus apertè probetur; *ff. de judi. l. si filius*: sed justitia meriti, non præsumitur, nisi in his in quibus attenditur judicis motus, & arbitrium. Item justitiæ forma, id est, ordinis judiciari; non præsumitur, nisi probetur: *ut C. quoniam contra falsam:*

UVA. BHSC. SC 05749

minar, embienlo à decir al Rey, (*a*) que les dé sobre aquello ley, (*b*) porque juzguen; è la ley que el Rey les diere, metanla en este libro.

Ley II. Que home ninguno no sea osado de juzgar: salvo aquel que tuviere oficio del Alcalde: è fasta qué tiempo deben juzgar.

Ningun home no sea osado de juzgar (*c*) Pleytos, si no fuere Alcalde (*d*) puesto por el Rey, (*e*) ò á placer de amas las

---

sam: *de probat. hæc Bal. super Innoc. in dict. c. Canonum.*

(*a*) Decir al Rey. Nam non potest legislator sigillatim determinare omnes casus, quos videmus de novo occurrere, quasi ex vicio naturæ; quia natura, & hominum actus semper novas producunt formas; & ideo in novis casibus consulendus est princeps; ut decidat quid juris: *ut hic*: *& l. neque legis, ff. de legi.* nam novi casus desiderant nova remedia: *ff. de ven. inspi. l. à principio.* Quando occurrit nova materia; & tunc recurrendum est ad legislatorem. Quandoque est dubia quæstio, propter repugnantiam legum, & rationum: *de hæredit. inst. si pater*: vel propter multiplicitatem opinionum; & tunc similiter legislator est consulendus: *C. dele. l. fi.* quandoque est casus dubius, propter legis obscuritatem; & idem: quia ejus est declarare legem, qui eam tulit: *C. de indic. vidu. tol. l. fi.* & hoc si volumus habere certitudinem juris, necessariam, & invariabilem: *de pac. l. fi. C. de condi. inde l. pro varietate, C. de fur. l. apud antiquos, C. manda. l. si ab Anastasio*: sed quoniam non potest haberi legum conditor, debent judices determinare casus dubios per argumenta, & rationes legum: *ut l. qui filium, §. fi. ad Trebel. & de jure patro. l. divi fratres, & not. Bal. in all. l. neque legis.*

(*b*) Porque les de ley. Et sic nota, quod ubi membra non habent legem propriam; recurrendum est ad caput, pro lege, & moribus, secus si membra propriam legem haberent: *ut l. de quibus ff. dele. & C. de test. l. fi. & facit ad not. per Cy. C. de jure do. l. etiam.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 5. lib. 2. titulo de los Alcaldes en las Ordenanzas Reales. Concuerda la Ley 3. tit. 1. lib. 2. de las dichas Ordenanzas, que dice: que ninguno use de jurisdicion sin monstrar el titulo, ò privilegio que tiene; vey la Ley 1. en el titulo de los Alcaldes arriba allegado. Concuerda con esta Ley, la Ley 2. de la 3. partida, tit. 4. que pone quién puede poner Jueces ordinarios; è vey la Ley 7. del dicho titulo, que pone cómo los Jueces ordinarios han de ser puestos; è cómo han de juzgar, y dar recaudo à su oficio: è vey por todo el titulo de la dicha partida, quales han de ser los juzgadores; è qué condiciones han de tener.

(*c*) Ningun home debe juzgar. Concordat *foro juz. lib. 2. tit. 1. l. 16.* potest tamen ille qui jurisdictionem præscripsit: *foro novo, tit. 27. l. 2.* si autem est judex putativus, non tamen secundum formam hujus legis positus, an valeant acta per eum? *vide per Bar. in l. actuarius, C. de actuarijs, lib. 12. & per Bal. plene in l. Barbarius de offi. præto.*

(*d*) Si no fuere Alcalde. Quod si fecerit, committit crimen læsæ Majestatis: *ut l. lex 12. tab. ff. ad l. Jul. Majest.* idem dicunt quidam, si judex detulit appellationi ab eo interpositæ, & appellatione pendente procedit, cum appellatio suspendat judicatum: *ut c. cum appellationibus: de appel. lib. 6.* nam tunc censetur ut privatus procedere, ex quo in superiorem est transfusa jurisdictio: *ut c. non solum: de appel. lib. 6. ff. ad Turpi. l. §. fi. C. de coarcta. l. 1. lib. 12. & inf. eo. tit. l. 6.*

(*e*) Puesto por el Rey. Vel alijs modis de quibus supra lege proxima. Et nota quod ista lex in isto §. 1. loquitur de tribus generibus judicum, qui judicare possunt: de ordinario, videlicet in sui principio, dum dicitur; puesto por el Rey. De arbitratore secundo, ibi dum subjungitur; por avenencia. De legato dum dicitur; por su carta: *concor. 3. part. tit. 4. l. 1. & 2. per totum.*

UVA. BHSC. SC 05749

Partes, (*a*) que lo tomen por avenencia, para juzgar algun pleyto: è los Alcaldes que fueren puestos por el Rey, (*b*) no metan otros en su lugar (*c*) que juz-

---

(*a*) De las partes. Et circa not. incidenter quod si in compromisso dicatur, quod arbiter ferat sententiam de consilio, vel consensu Ticij, vel placito, vel arbitrio Ticij; non valet: *ut l. Pompejus: de re jud.* & ratio, quia talis adjectio est contra libertatem arbitrij: qui est ut arbiter posset pronunciare; etiam inique: *ut l. diem proferre*, §. *stare, ff. de arbi.* sed si dicitur in compromisso quod pronunciet consilio Ticij simpliciter; & tunc valet; & sufficit quod consilium requiratur, licet non sequatur: per hoc enim non aufertur libera potestas arbitri. Est conclusio *Bar. in l.* 1. *ff. de exercito*, & talis enim potest tunc sine reprehensione judicare: *ut inf. eo. tit. l.* 7. *& inf. lib.* 2. *tit.* 13. *l.* 4. §. 1.

(*a*) EL HOME DE EDAD. Ista lex duas habet partes; & prima pars habet verum, nisi eum constituat cum tutoris vel curatoris auctoritate, sive sit pupillus, sive adultus: *ut l. nec tutores, §. 2. C. eo. tit. & 3. part. tit. 5. l. 3.* Nota tamen, quod si minor constituat Procuratorem pro se, & lata sit pro eo sententia valet, & tenet; secus si contra eum: & est ratio, quia ætas in minoribus subvenire solet, & in damnis, non in rebus prosperè gestis obesse consuevit: *ut l. non ideo minus, C. de Procurat. & hujus l.* ratio est: quia minor non habet legitimam personam standi in judicio: *ut C. de legi. per l. 1. & 2. & de l. 1. in fin. & C. si adver. rem judi. l. cum minores de minor. l. cum mandato, ff. de negot. gest. qui aliena. §. quamquam*: in casibus tamen in quibus major censetur potest libere Procuratorem constituere: *qui not. extra de restit. spo. c. ex parte 15. q. 3. certis: & c. si annum: de judic. lib. 6.* Est tamen notandum, quod Procurator à minore constitutus legitimè debet cavere, quod si minor, aut ejus hæres, aut quivis alius, ad quem res de qua agitur pertinebit, fuerit in integrum restitutus, quanti res ea erit, tantam pecuniam dabit: *ut ff. rem ra. ha. l. cum minor. ver.* & ideo ita alioquin potest repelli: *ut not. Spec. tit. de Procur. §. ratione quoque constituentis, ver. hoc autem not.* Item, circa hoc quod minor existens in Patris potestate, suo nomine potest Procuratorem constituere in casibus, in quibus patri non acquiritur ususfructus: *ut l. cum non solùm, §. necessitatem: de bonisque, lib. & di. c. si annum, & est text. 3. part. tit. 5. l. 2.*

(*b*) NI TOMAR PERSONERIA. Minor ergo vigintiquinque annorum, non potest esse Procurator, intellige ad judicia: *ut c. qui generaliter, §. fin. eo. tit. & C. de his qui ve. æta. Imper. l. fin.* Ad negotia tamen major vigintiseptem potest esse Procurator: *ut all. c. qui generaliter*: & nota, quod licèt minor ad negotia deputatus; potest domini negotia tractare; ut ibi; non tamen potest in judicio pro negotijs agere, vel experiri: *ut tenet Gen. & Joan. Ant. supra glos. pe. d. c. qui generaliter licèt glo. ibi teneat contrarium: quod est notandum.* In casibus tamen, in quibus minor sine mandato admittitur de jure, & est usus, jure communi non restituitur: *ut ff. de tutel. & ra. distra. l. 1. §. sed si nonnullos: & de administ. tuto. l. cum plures, §. in primis: & in l. nam postea, ff. de jurejur. §. si quis minor. & C. de in integ. rest. 4. l. non videtur, & not. glos. 1. in d. l. minor, ff. eo. tit. & vide circa hoc 3. part. tit. 5. l. 2. 3. & 4. & 5. & vide de hoc Bart. notabilitèr, ff. de manu vindic. l. si collectáneus.*

(*c*) NINGUN PLEYTO. *Vide Cy. in all. l. nec tutoris, C. eo. tit. & quod not. Cy. in l. exire, eo. tit. & cap. si anuzu: de judi. lib. 6. & Bar. in l. cum minor. ff. rem ra. hab.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 23. è 24. de la 3. partida, tit. 5. que ponen como los Personeros pueden ser quitados, y en quantos casos: y la Ley 25. y 26. del dicho tit. ponen como los Personeros son obligados à dar, è pagar los daños, y negligencias que cometen en las causas que son Personeros: y vey la Ley 19. del dicho tit. que declara, quando el Personero puede comprometer el Pleyto de su Señor.

(*d*) DESPUES QUE RECIBIERE. Intelligo scientèr in Cle. prima ratio est, quia ignorans, non consentit: *ff. de juris. om. judi. l. si per errorem: de quo text. in l. si defunctus, ff. eo. tit.* Et

UVA. BHSC. SC 05749

otro en algun Pleyto, no la puede dexar (*a*) fasta que aquel Pleyto sobre que rescibió la personería, sea acabado, salvo si hubiere enfermedad, ò otro embargo (*b*) derecho, porque la no pueda tener; è si de otra guisa la dexáre, pierda el galardon, que dende hubo de haber: è si por su culpa el dueño de la voz perdiere el Pleyto, (*c*) ò alguna cosa, dende el Personero sea tenido de pecharle aquello que perdió: y esto mismo establescemos de los Bozeros. (*d*)

Ley XI. Que ningun Personero se pueda à mas estender, de quanto suena la Personería.

NIngun Personero no pueda mas meter en juicio,

Et intelligo etiam, non facta protestatione per recipientem, quod non intendit se obligare mandato sive protestetur generalitèr, sive specialitèr: *ut tex. & glos. in dicta clem.* 1. *eod. tit.* Et intelligo etiam, legem istam veram si Dominus in Procuratorio debito modo cavit pro Procuratorio: *ut alle. Cle.* 1. *secundum formam, l. quotiens, ff. qui satisd. co.* Sed si non cavit, etiam si scientèr mandatum recipiat, non cogitur defendere: *ut in dict. Cler.* à contrario sensu, & hoc tenet *Pau. de Leaza. ibi in glos. magna, circa fi. & est tex. in l. filiusfa. ff. eo. tit.* §. *fin.*

(*a*) No la puede dexar. Et sic cogi poterit præcisè causam, vel causas instrumento contentas finire: *ut in d. Cle.* 1. *& in d.* §. *fi. l. filiusfam. suprà alle.* Idem si Dominus cavit Procuratore præsente, & non contradicente; licèt litteras non recipiat: *ut est tex. in d. l. si defunctus: circa quod vide glos. super parte cogi. in dict. Cle. & ibi Paul. & Pe.*

(*b*) O otro embargo. De quibus impedimentis: vide text. *in d. l. filiusfam.* §. *fi. cum alijs legibus sequentibus, ff. eo. tit.*

(*c*) Perdiere el Pteyto. Tenetur ergo Procurator ad id quod sua culpa, vel dolo, perdidit: *ut in l. si Procurator. ff. de doli excep.* aliena verò negotia ex acto officio geruntur: nec quidquid in eorum administratione neglectum, ac declinatum culpa vacuum est: *ut l. in re mandata, C. manda. ubi vide glos. fi. & vide circa hoc, l.* 17. *in eo. tit. & quod ibi non concor.* 3. *part. tit.* 5. *l.* 26. *vide stylo, l.* 13. Ultimo nota circa hanc legem, quod ex contumacia Procuratoris, Dominus potest haberi pro confesso, in interrogationibus quæ fiunt ad litis præparationem: *ut ff. de Procu. l. non solum in princ.* Idem in possitionibus, quæ fiunt ad veritatem indagandam, post litem contestatam: *ut in c.* 2. *de confes. lib.* 2. secus est in interrogationibus, quæ fiunt ad judicij inchoationem, lege ad contestationem litis inducendam: quia ibi requiritur vera responsio: *ut not. in l.* 1. §. *ex hoc, ff. de ventre inspici secundum Jacob de Are.* Item nota, quod ex vera contumacia Procuratoris Dominus non perdit jus appellandi: *ut notant Doctores in c.* 1. *extrà: ut litè non contes. & addit Bal. aliam rationem, in l.* 1. *ff. si quis jus di. non obten.* quia Procurator non potest renunciare appellationi; facit quod not. per Innoc. *in c. cum olim Abbas, extrà de offi. dele. & ff. de ver. ob. l. qui Romæ,* §. *Calimachus*: ergo nec potest contrahere homicidium per veram contumaciam in præjudicium appellantis. Item, quia appellatio est secunda causa, in qua Procurator nondum est litem contestatus; ideo non potest Domino præjudicare: nec obstat *l.* 1. *in fi. quando appel. sit: & quod not. C. de appel. autem hodie*: quia ibi fuit contumacia non appellando; hic in non comparendo: ideo casus sunt omnino diversi: *hæc per Bal. in d. l.* 1.

(*d*) De los Bozeros. Hoc verum, si fuit in dolo, vel lata culpa, aliàs etiam si imperitè agat non tenetur: *ut not. in c. tamen ex litteris de in integ. res. l.* 1. §. 1. *ff. si mensor fal. mo. di.*

ADDICION.

Vey la Ley 19. *de la* 3. *partida, tit.* 5. *que habla del caso desta Ley mas cumplidamente.*

UVA. BHSC. SC 05749

de quanto le es dado (*a*) por la personería ; è si mas pasáre , (*b*) lo que ficiere no vala. Y si el Personero se agraviare del juicio, qualquier que den , quier sea juicio afinado, quier otro , y se alzáre, pueda seguir el alzada por aquella personería (*c*) misma : è si la no quisiere seguir, (*d*) fagalo saber al dueño de la voz , que vaya , ò que embie otro Personero à seguir aquella alzada: è si el Personero no la quisiere seguir , ò lo no ficiere saber al dueño de la voz , haya la pena (*e*) sobredicha, que manda la Ley.

(*a*) NINGUN PERSONERO : MAS DE LO QUE LE ES DADO. *Concor. hæc l. cum l. si Procurator* , *C. eo. tit. & l. maritus* , *& C. de nova l. non abstulit*, *extra de elec. c. innotuit in fi. de offi. dele. cum olim de rescriptis cum dilecta* : & talis Procurator debet puniri in extimatione damni : *ut in c. per tuas* : *de arbitris*, *& de rescriptis* , *c. nonnulli* , *& Specu. eo. tit.* §. 1. *ver. Item quod excedit* : & si talis Procurator excedat fines mandati; Dominus non tenetur , ut in juribus supra allegatis : *& not. glos. magna in c.* 1. *extra* , *ut litè non contes. &* 3. *part. tit.* 5. *l.* 24. *& glos. in l. invitus* , *C. eo. tit. & glos. in c.* 1. *extra eo. tit. &* 3. *part. tit.* 23. *l.* 3. *& l. seq.*

(*b*) E SI MAS PASARE , &c. Est tamen notandum , quod eo ipso , quod quis scit causam suo nomine agi , & non prohibetur , videtur eum facere suum Procuratorem qui suo nomine agit : *ut Innoc. & Bald. in c. ex parte* 3. *extra de rescrip.* nam probata scientia , videtur probatum mandatum : & ideo Procurator præsentis non cavet de rato : *ff. de Procura. l. invitus* , §. *is qui & ibi per Cy. in defensore vero dic* : *ut in auct. qua in provincia.* Item nota , quod si Dominus monimenta, & acta causæ dat alicui , eo ipso videtur eum facere Procuratorem : *ut not. in l. fi. C. de pact. conven.* nisi det tanquam custodi , non ut experiatur. Item hoc est generale , quod ubi requiritur speciale mandatum, non potest ratificari id, quod factum est à falso Procuratore , secus si factum est ab eo , qui habet speciale : ubi vero sufficit generale mandatum , ibi sufficit ratihabitio : *ff. de neg. ge. l. si autem* , §. 1. *& ff. de except. rei judi. l. si in re* , §. *hoc jure per Jacob* , & nota , quod falsus Procurator , punitur de falso : *c. nonnulli* : *extra de rescrip. not. Bal. in d. c. ex parte.* Item nota , quod licet ad petendam restitutionem in integrum super incidenti sufficiat generale mandatum: *ut est glos. singularis* , *in c. suscitata de in integ. restit. & in l. fi. C. ubi* , *& apud quem* : *& in l. illud in fi. ff. de mino.* fallit tamen , ubi Procurator vult restitui adversus interlocutoriam super incidenti latam; & post decem dies; nam tunc, non potest sine speciali mandato : ut est dictum singulare : *Joan. And. in c. coram de in integ. restit.*

(*c*) POR AQUELLA PERSONERIA. Hoc tenet : *Placen. in l. invitus* , *C. eo. tit. & fundat. per l. si Procuratorem* , §. *ignorantes* , *ff. de manda.* cujus opinio hic approbatur per *hanc leg. & per l. nulli*, *C. quorum appel. non rescin.* & reprobatur opinio *Cy.* qui tenet *in d. l. invitus*, *q.* 8. quod virtute primi mandati non potest Procurator appellationem prosequi, etiam si sponte hoc velit.

(*d*) NO QUISIERE SEGUIR. Nota, quòd licèt in glossa supra proxima approbetur opinio Placen. in hac parte reprobatur in alia ; nam ipse tenuit in dicta lege invitus quod Procurator tenebatur appellationem prosequi : *per l. incommodato* , §. *sicut* , *ff. como.* & per alia jura per eum inducta : & approbatur opinio Cy. ibi posita : *& Bar. & Joan. And. & Accur.* qui tenent , quod licèt Procurator teneatur appellare : non tamen tenetur appellationem prosequi , quia finito negotio, finitum est mandatum ; sed per sententiam est finitum : ergo , &c. *ut l.* 1. *ff. de re judi.* quod habet verum in appellatione à diffinitiva ; secus si ab interlocutoria , quia illam tenetur prosequi : ut ibi plenius per *Cy. q.* 7.

(*e*) LA PENA. Quæ est supra lege proxima in fine.

UVA. BHSC. SC 05749

Ley XII. Como aquel que quisiere revocar su Procurador, lo debe facer saber al Alcalde, ò à su Contendor.

SI alguno quisiere toller (*a*) el Personero que dió, fagalo saber (*b*) à su Contendor, ò al Alcalde que juzgáre el Pleyto: è si no lo ficiere, y aquel su Personero alguna cosa ficiere en su Pleyto, vala (*c*) asi como si no le hubiese quitado.

Ley XIII. Como ningun Personero puede facer avenencia, si el Señor no lo hubiese mandado.

NIngun Personero que sea dado en algun Pleyto, quier para demandar, quier para responder, ò para juicio tomar; no pueda facer ninguna avenencia, (*d*) ni ninguna compostura en aquel Pleyto; salvo ende si el dueño de

---

ADDICION.

Vey la Ley del estilo 13. que pone un caso singular, en el qual el Personero es revocado: la Ley 23. de la 3. partida, tit. 5. concuerda con esta, y es mas copiosa; y pone las causas, por qué los Personeros se pueden revocar; y la Ley siguiente del dicho tit. pone otros casos, en los quales se revoca el Procurador.

(*a*) SI ALGUNO: TOLLER EL PERSONERO. Quod potest dum tamen hoc faciat ante litem contestatam, vel etiam post: causa tamen cognita, vel si Procurator patiatur se revocari: ut dixi suprà *eo. tit. l.* 2. & 3. *part. tit.* 5. *l.* 24. unum tantum nota, quod cum Procurator ad negotia potest statim revocari, si aliquis propter subitam revocationem Procuratoris fuit damnificatus, poterit agere contra revocantem, ad interesse, & actionem de dolo: casus est singularis in *l. si debitor juncta glos. super verbo pia. ff. de dolo*: quod *not. ibi Bar. & vide l. si mandasse, ff. man. & l. mandatum, C. de satisda. & glos. in c. mandato, eo. tit. & in Cler.* 1. *de renun.* Ubi vide latè, & notabilitèr *Paulus de Lea.*

(*b*) FAGALO SABER. Sufficit ergo, quod talis revocatio notificetur Judici, vel adversario: *ut in c. in nostra, & c. ex insinuatione, juncto c. mandato, extra eo. tit.* Non sufficit ergo, quod notificetur Procuratori: ut ibi: & hic textus: licèt in causa matrimoniali sit secus propter defectum consensus: ut hic *in c. fi. extra eo. tit. lib.* 6. vel si sit ad negotia deputatus: *ut l. si mandassen, ff. manda.* & quod hic dicitur, habet locum, sive revocatio fiat ante litem contestatam, sive post: licèt aliqui tenuerunt contrarium per jura supra allegata, quæ loquuntur lite contestata, sed idem dico lite non contestata propter malitiam quam quidam facere soliti sunt: ut plene not. *Spe. eo. tit.* §. 1. *verb. revocatio, autem Procur. & Joan. An. in d. c. mandato.* Est tamen notandum quod cum de revocatione objicitur, debet sibi consulere is cui opponitur, quod satisdet sub conditione; ut si mandatum fuerit revocatum, teneantur fidejussores alioquin non teneatur, & ad hoc *ff. de dam. infec. l. Præt.* §. 1. *& l. qui vias, & l. inter quos,* §. *alieno. & ff. de admi. tu. l. vulgo, & Spe. ubi supra.* Quod est notandum.

(*c*) FICIERE VALA. Idem si ad solum Procuratorem talis revocatio proveniat; valet quod cum eo actum est, *extra de rescri. c. ex parte, & ff. eo. tit. l. si Procur. in fi. & C. de satisd. unica, not. glos. in dict. c. mandato.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 19. de la 3. partida, tit. 5. la qual pone otro caso, en que el Personero puede comprometer, que es quando el señor le da libre poder para facer todas las cosas necesarias; ca en tal caso puede libremente comprometer.

(*d*) NINGUN AVENENCIA. Concordat lex 6. supra eodem titulo, & vide quod ibi scripsi: & vide alios casus speciales, *per tex. & glos. pe. in capite qui ad agendum, eo. tit. lib. 6. & per Spe. eo. tit.* §. 1. *ver. Item opponitur*: quod licèt habeat generale mandatum. Item nota,

UVA. BHSC. SC 05749

la voz gelo manda nombradamente en la personería.

Ley XIV. Como qualquier puede responder por otro, dando fiador quel otro estará por ello.

SI el que fuere aplazado sobre alguna demanda, que el otro faga, è no viniere, ni embiáre al Pleyto, y alguno otro (*a*) quisiere responder por él, puedalo facer, dando buen recaudo, que él cumpla por él quanto fuere juzgado; è si el demandador no viniere, (*b*) ni embiáre otro alguno, no pueda demandar por él: maguer que dé recaudo, (*c*) que estará por ello, si no fueren de aquellos, que son nombrados en otra ley, ca en poder es del demandador de facer su demanda, quando fuere guisado.

---

ta, quod talis Procurator sine speciali mandato, non potest solutionem recipere: sed si recipiat, vel debitor coactus à Judice falso Procuratori solvat, an sit liberatus: vide *Bal. in l. falsus, C. de fur.* & ibi notabilitèr per eum: & vide quod dixi supra *eod. l.* 6. Item nota, quod cum donatio cadit in remissionem temporis habens liberam, non potest prorogare terminum solutionis; quia est species donationis: *not. in l. in ædibus*, §. 1. *ff. de dona.* Item nota, quod habens mandatum ad vendendum, non potest pretium recipere, sicut in locatore: ut est textus notabilis *secundum Guill. in l.* 1. §. *compositio*, ℣. *ad locandum*, *ff. de exercito.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 10. *de la* 3. *partida, tit.* 5. *en la* 2. *parte de la Ley; è vey la Ley* 21. *del mismo titulo: la Ley* 10. *del estilo, tiene lo mismo que esta Ley: è dice, que si à este defendedor lo quisiere otro defender, que no pueda.*

(*a*) SI EL QUE FUERE: ALGUN OTRO. Nota quod lex 5. supra eodem titulo, loquitur, quando conjuncta persona agit, vel defendit pro conjuncta: quia tunc tenetur cautionem; de qua in illa lege præstare: lex tamen ista loquitur in quolibet extraneo, qui defendere potest non tamen agere: cum cautione tamen de judicato solvendo: ut hic: *& instit. de satisda.* §. *si verò*, *& ff. de Procurat. l. minor* 25. *an.* 3. *part. tit.* 5. *l.* 18. Et notandum est, quod iste extraneus defensor, post litem, contestatam potest Procuratorem in causa illa, nomine illius quem defendit, constituere: cum ad eum expectet causæ periculum, propter satisdationem per eum præstitam: ut tenet notabilitèr *Spe. eo. tit. de Procur.* §. 1. ℣. *sed nunquid defensor qui cavit*: imò non solum Procurator post litem contestatam sed etiam alius defensor potest defensorem principalem defendere, cum jam factus est dominus litis: ut libro declarationum: *l.* 10. *& l.* 30. Et nota, quod si talis defensor, qui cavit, vincit, recuperat expensas quas fecit: si autem succumbat, non recuperat: *ut ff. judic. sol. l. jam tamen*, §. *in hac actione*: *& not. glos. in l. qui proprio*, §. *pe. ff. de Procur.* Item potest quod licèt mandatum re integra, morte constituentis, spiret: *instit. manda.* §. *item si adhuc*: *& not. in l. adeo*, *ff. pro so. & C. manda. l. mandatum.* Defensoris tamen officium postquam in judicio cavit morte, non spirat illius, pro quo cavit etiam re integra: ut tenet, & concludit *Joan. An. in addi. Spe. tit. de defensore, circa princ.* Quia iste defendere tenetur, ut principalitèr obligatus: quod vide latius, ibi per eum, & est singulare dictum.

(*b*) NO VINIERE. In hoc casu, absolvitur reus ab instantia judicij, & actor in expensis condemnatur, & non admittitur ad aliam citationem, nisi sufficientèr caverit: *ut in c. actor extra de dolo, & contu. lib.* 6. *& not. Joan. An. post Innoc. in c. consuluit extra de offic. dele. & Guil. in Spe. de contuma.* §. 1. ℣. *fin.*

(*c*) MAGUER QUE DE RECAUDO. Et sic nota, quod extraneus non admittitur ad agendum, sine mandato etiam, si præstet cautionem: *ut dixi supra eo. l.* 5.

UVA. BHSC. SC 05749

Ley XV. Como si muchos hubieren un Pleyto, pueden todos dar un Procurador.

SI muchos han un Pleyto de so una, quier en demandar, quier en responder, den todos un Personero, (*a*) ca no es razon que un Pleyto se razone por muchos.

Ley XVI. Como ninguno puede dar Personero por sí, mas poderoso que su contrario.

QUalquier que dé Personero en su Pleyto contra otro, no dé Personero mas poderoso (*b*) que es su contendor. Mas si home poderoso hubiere Pleyto con home pobre, è no lo quisiere por sí traer, dé Personero, que no sea mas poderoso que aquel con quien ha el Pleyto. E si el pobre hubiere Pleyto con home poderoso, pueda dar por sí tan poderoso (*c*) home, como es su contendor.

Ley XVII. Como debe sufrir el daño el Señor del Pleyto, que viniere por culpa de su Personero.

OTrosí mandamos, que asi como el dueño de la voz quiere ganar por aquello, que el Personero gana, (*d*) ò mejorar en su Pleyto: asi mandamos, que su-

ADDICION.

Para entender esta Ley, vey la Ley 18. de la 3. partida, tit. 5.

(*a*) SI MUCHOS: UN PERSONERO. Ista lex est contra legem: *si quis cum Procur.* §. *fi. ff. eo. tit. contra c. si duo, eo. tit. lib.* 6. Ubi permittitur plures dare Procuratores simplicitèr, & in solidum, & in una, & eadem causa, per unum, vel per plures: ut ibi dixi, suprà *eod. tit. l.* 8. & videtur lex ista æqua, & rationabilis, *per l. si plures, ff. de administra. tuto.* ubi est eadem ratio.

ADDICION.

Vey cerca desta Ley, la Ley 22. de la 3. partida, titulo 5.

(*b*) QUALQUIER: MAS PODEROSO. Non intelligo de quolibet potentiore: sed de eo tantum qui ratione officij minacem fervorem ostendere potest, & est terribilis adversario: *ut C. quod me. caus. l. si per impressionem, & si quacumque perdi. po. l. unica, & si rec. provin. l.* 1. *& vide infrà lib.* 2. *tit.* 1. *l.* 5. *& in eo. lib.* 1. *tit. fi. & l.* 1. *& quid ibi not. & Spe. tit. de cessi. act.* §. 1. *&* 2. Punitur enim talis quia sibi advocat potentiores patrocinium in terrorem adversarij, quia causam amittit: *ut in l.* 1. *C. ne lice. po.* & potentior punitur, ut ibi.

(*c*) TAN PODEROSO. Hoc ideo est, quia cessat ratio; de qua supra: quia potentior non potest esse terribilis adversario potentiori: nec minacem fervorem ei ostendere præsumitur, &c.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 26. è 27. de la 3. partida, tit. 5. las quales disponen mas complidamente que esta: y vey la Ley 25. del dicho titulo, y en lo que esta Ley dispone de las Escripturas que el Procurador ha de mostrar. Vey una Ley nueva que los Reyes nuestros señores hicieron en Madrid, es 42. que manda, que los Procuradores son obligados dentro en tercero dia, de mostrar las Escripturas que las partes les dieron: y las presentar al Abogado desa parte, so pena de privacion del Oficio.

(*d*) OTROSI: QUEL PERSONERO GANA. Etiam si injustè obtineat, prodest Domino: *ut l. qui proprio*, §. *Procur. ut in cæteris, ff. eo. tit.* Sic, & ei debet nocère Procuratoris contumacia, facta negligentia, sive dolo: *ut in l.* 1. *extra ut lite non conte. & ibi glos. magna, & C. sæpe contingit de appel.* 2. *q.* 6. *viduum de in integ. rest. cum venissent, & ff. de trib. Procur.* & ejus confessio no-

UVA. BHSC. SC 05749

fra el daño, que por él viniere, si por su razon el Pleyto le empejoráre. Pero si el Personero à sabiendas por algun engaño, (*a*) alguna cosa ficiere, ò manifestáre en el Pleyto, ò testimonias que habia, y no las quisiere dar, ò cartas que tenia para pro de su Pleyto, è no las quisiere mostrar, y el dueño de la voz por y perdiere su Pleyto, el Personero sea tenido de pechar quanto él perdió.

---

nocet Domino etiam ignoranti: *ut in Eg. suborta: de re. judi. & in c. cum olim: de causa poss. & propriè, & vide, l. non solum*, *in princ. ff. de Procur. & C. de jura calum. l. 2. §. quod observari*, *& ff. de jurejur. l. jusjurandum*, *§. Procur. & §. defensor.* Item determinat *Bal. in l. una, C. de confessis*: quod autem rescriptum, mandatum, & confessio Procuratoris non nocet Domino, etiam si mandatum veniat cum clausula: *de rap. all. instit. de verbo. oblig. §. loc. & per Cy. in l. qui hæres ver. & ideo: famil. hercis. & idem Bal. in l. qui falsus*, *C. de fur.* An autem administratores habentes liberam à lege: ut Pater, vel Prælatus, seu Tutor, vel Curator possint confiteri in præjudicium Dominorum suorum? *& Bal. in l. unica*, *C. de confessis distinguit.* Aut isti administratores confitentur ex abrupto; & non valet eorum confessio: *ff. de confes. l. certum*, *§. sed an & ipsos*: & est ratio, quia confitentur perperam, & malo ordine. Aut confitentur judicio instructo, & tunc, aut non confitentur non interrogati: & idem, quia talis confessio est ambitiosa, & sapit præposterationem, & donationem, seu gratiam, quam non potest facere administrator in præjudicium Domini: *ut ff. de pact. l. contra juris*, *§. fi. & ff. quod vi aut clam. l. prohibere*, *§. planè.* Aut confitentur jussi, & moniti respondere; & tunc aut ex actis potest apparere aliqua fraus, & non valet confessio: *ut ff. man. l. creditor*, *§. Lucius.* Aut non apparet aliqua fraus, & tunc refert, aut erant effecti Domini litis; & valet confessio, propter vigotem judiciorum servandum, quia non prohibentur bonam fidem agnoscere; aut non sunt effecti Domini litis; & tunc in decisorijs non tenet confessio: *ut dict. §. sed an.* Et ipsos ad hoc autem, ut sint Domini litis requiritur in ordinario judicio litis contestatio, & in summario quasi contestatio facta cum ipsis: ut plenè *not. Bar. in d. §. sed an & ipsos*: aut in præparatorijs judiciorum: & tunc præjudicatur Domino; si experiuntur, vel defendunt nomine Domini: *ut l. non solum in princ. ff. de Procur.* Quia in hoc versat modicum præjudicium: & quia aliàs in causa non posset procedi. An autem si confiteantur aliquid in libello: vel positione possint illud corrigere? vide ibi per Bal. & quæ supra dicta sunt, quod factum Procuratoris nocet Domino sunt vera, si Procurator agat in judicio secundum formam mandati: quia imputet sibi, quod talem Procuratorem elegit: *ff. de mino. l. cum mandato.* Sed si transgrediatur formam mandati, non obstet Domino: *de offic. dele. c. cum olim*, *& supra eo. tit. l. 11. ubi scripsi.* Quando autem dicat Dominus contumax, vel Procurator: *vide Bar. in l. cum filius*, *§. in hac stipulatione*, *ff. de ver. obli.* Item, an si Procurator fuit impedimento detentus, excusetur Dominus à contumacia? vide ibi per Bar. Item, si aliquis fecit quitationem de pecunia sibi debita, & promisit ulterius non petere sub pœna, ipse non petijt, sed Procurator ejus, an committatur pœna? *not. Bar. in l. in illa stipulatione*, *ff. de verb. obli.*

(*a*) O POR ALGUN ENGAÑO. Hoc habet verum cum Procuratore solvendo: quia tunc tenetur Domino actione mandati: ut hic, & in lege si Procuratorem, *§. 1. ff. mand. & l. & elegantèr*, *§. pe. ff. de dolo*, *& l. si Procura. C. eo. tit. Si autem non sit solvendo*: habet actionem de dolo contra adversarium, qui in dolo participavit, cum Procuratore; ut per collusionem absolveretur: ut in dictis juribus: & circa hanc legem vide quod notat *Paul. de lea. in Cle. 1. de Proc.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 23. de la 3. partida, tit. de los Personeros; que dispone mas cumplidamente, que esta Ley; qual con la Ley siguiente pone otros muchos casos, por los quales los Personeros se revocan.

UVA. BHSC. SC 05749

Ley XVIII. Como es revocado el Personero, si ante que comenzó el Pleyto se murió el señor.

SI alguno diere Personero en algun Pleyto, y ante que el Personero entre en la voz con su contendor, muriere (*a*) el dueño de la voz, quel dió por Personero, tal personería no vala; è si en voz entró, ante que el dueño de la voz muriese; todo lo que fue fecho por tal personería, vala, y pueda traer el Pleyto, fasta que lo quite aquel à quien pertenesce el Pleyto, por razon del muerto; si el Pleyto fuere ante comenzado por respuesta, asi como manda la Ley. Otrosí, si el Personero muriere ante que entre en la voz, la personería no vala; è si en voz entró ante que muriese, vala aquello que fizo; y sus herederos hayan el galardon, que él ende debia haber, segun que lo comenzó.

Ley XIX. Como el emplazado que hubiere de ir fuera, debe dexar Personero, que responda por él.

MAndamos, que el que fuere aplazado sobre alguna demanda, quier de raiz, quier de mueble, y despues quisiere ir en

---

(*a*) SI ALGUNO: MURIERE EL DUEÑO. *Concord. l. mandatum, C. manda. & ff. eo. tit. l. inter causas, in prin. & l. præce. in prin. insti. manda. §. si adhuc: extra de offic. del. c. licèt, & c. gratum, & c. relatum*: & hoc si re integra moriatur; ut hic, & ibi; licet secus sit in Procuratore Ecclesiæ, vel Beneficij; qui etiam re non integra morte constituentis censetur revocatus: *ut in c. fi. eo. tit. in Cle. ubi not. glos. quando dicatur* res integra in judicijs, vel negotijs: *& not. Bal. in l. & quia ff. de jurisdic. om. judi.* Gratia cujus nota, quod mandatum aliud universale, aliud particulare. Si universale, aut post mortem mandantis non mutatur status mandatarij, & non spirat mandatum, aut statim mutatur; & tunc spirat de primo: *ff. de instit. l. sed & si quis, §. 1. & 2. l. ejus qui in provin. ff. si cer. pe.* Si mandatum est particulare, aut est in rem suam, aut simplex. Primo casu, aut mandans moritur sine hærede, & spirat mandatum: *ut l. 1. C. de act. & ob.* Si non decedit sine hærede, non spirat: *ut l. illam, C. de dona.* Si mandatum est simplex, tunc aut mandat id ad quod præcisè teneor, & non spirat: *ut l. fund. ff. de acquir. pos.* quod est verum ubi hoc apparet etiam si Procurator ignoret si mandat id quod causativè non præcisè mandat morte mandatis spirat: *ff. de Procur. l. si defunctus.* Si mandatum id ad quod non teneor; & tunc si mandatum confertur expediendum post mortem non spirat: *ut ff. mand. l. si verò remunerandi, §. fi. & ff. de sol. l. fi.* Si non est expediendum post mortem; sed in vita; effectus si quis mandati confertur post mortem: spirat morte certificata adversario: aliàs non *de le. 2. l. sed, & si quis: & ibi Bar.* Item nota, quod mortuo Procuratore lite per eum cepta tenetur: & potest hæres ejus si sit habilis, litem finire: ut est expræssum: *3. part. tit. 5. l. 23.* licet de jure contra *in l. tam ex contractibus, §. fi. ff. de judi. de hoc vide quod not. in l. 1. ff. de fidejus. & hæredi. tu.*

ADDICION.

Vey cerca desta Ley, en las causas civiles, cómo se ha de proceder, una Ley del Ordenamiento de Alcalá; y en las Ordenanzas Reales la Ley 1. de la orden de los juicios, lib. 3. y en las causas criminales: vey la Ley nova, tit. de los emplazamientos, lib. 3. è la Ley 4. en esta Copilacion, tit. de los emplazamientos: vey la Ley 4. de las Leyes, que los Reyes nuestros Señores ficieron en Madrid: que dispone singularmente en el caso desta Ley: è vey la Ley siguiente de la misma Copilacion, que habla en el mismo caso: è vey la Ley 28. è 30. del estilo, que hablan en este caso; quando alguno es emplazado para la Corte del Rey.

UVA. BHSC. SC 05749

romería, ò en hueste (*a*), ò en otro lugar, dexe por sí su Perso-

(*a*) MANDAMOS: EN ROMERIA, O EN HUESTE. Ista non videtur legitima excusatio, ad non dimittendum Procuratorem, vel ad excusandum se ne in judicio compareret; ratio est, quia non succurritur ei qui in necessitate se ponit: *ut ff. qui satisd. cog. l. si fidejus.* §. 1. *& ff. quibus ad liber. pro cla. non licet, l. pe. & quod vi aut clam. l. auth.* §. 1. *& ff. de dan. infec. l. cum postulas. in princ. & de acquiren. hæred. l. is qui.* Si verò excusatio talis contingit non propter causam, vel culpam citati, ut quia est gravi infirmitate detentus, vel Reipublicæ causa impediatur, vel tempestate, vel vi fluminis, vel morbo sontico sit impeditus, vel mulier erat gravida, vel post partum decubuerit, vel ab hostibus, vel in vinculis sit detentus excusatur à comparendo personalitèr: & in contumacia non constituitur: ut per totam *l.* 2. *juncta, l. sed actio.* §. *si quis cautio.* 63. *di. c. cum longe, ff. ex quib. caus. ma. l. item hi.* & etiam talitèr impeditus excusatur admittendo Procuratorem si sit causa ardua; ut administratione, vel tutela vehementior: *ut in c. quærelam: extra de Procu.* mittat tamen excusatorem: *ut ibi in tex. & glos. magna, quam vide in c. cum dilecti extra de dolo, & contu. & not. de hoc in l. sancimus. C. de de judi. & in l. fi. C. de Procur.* & hoc intelligo verum quod in causa ardua excusat admittendo Procuratorem nisi quando res celeritatem desiderat: & periculum est in mora: *ut c. cum dilectus: de dolo, & contu. not. Joan. Gundi. Hispal. in suo tract. de scismate qui fi. circa fi.* Item, si quis habitat in longinquo, & adversarius facit multas expensas in citationibus, & alijs: tunc poterit cogi, ut Procuratorem constituat in loco litigij; ut adversarius evitet sumptus: *ut not. Bal. in recollectis super ver. absens, q.* 3. *allegat glos. l. filiusfa.* §. *invitus, ff. de Procur.* Gratia cujus, si quæritur an quis tenetur dimittere Procuratorem: *& Bal. in l. non exigimus,* §. *si quis in judicio notabilitèr distinguit, ff. si quis cautio.* Aut ad negotia, aut ad judicia? Primo casu, aut est negotium arduum, vel quòd non cadit plenè in notitiam Procuratoris; & non tenetur quis mittere Procuratorem: *ut ff. pro so. l. idemque.* Aut est negotium, quod æquè benè potest explicari per Procuratorem sicut per principalem, ut negotium electionis; tunc imputet sibi qui non misit Procuratorem: *ut c. Procuratoris: de elec. lib.* 6. Aut loquitur ad judicia: & tunc refert aut principalis non est privilegiatus, aut impeditus: tunc alterum de duobus debet facere; aut personalitèr comparere; aut Procuratorem mittere. Et hoc in causis in quibus Procurator admittitur: *ut C. de Procur. l. fi. & in c.* 1. *de judi. lib.* 6. Aut Dominus est privilegiatus, & tunc refert, aut loquimur in actore; & debet mittere Procuratorem: nec potest allegare privilegium ad accusationem prorogandam, quia debet præscriptionem interrumpere per Procuratorem: *ut l.* 1. *de div. & temp. præsc.* Si autem actor non allegat privilegium ad actionem prorogandam, sed ad contumaciam excusandam in processu causæ: dico idem in actore quod in reo. Aut loquimur in reo; tunc aut habet privilegium perpetuum, vel nimis longum, & tenetur mittere Procuratorem: *ut C. de Procur. l. quicumque.* Aut habet privilegium more modici temporis, & tunc non tenetur mittere Procuratorem; quia illud privilegium debet aliquid operari: ad hoc facit quidquid plenè *not. in l. Prætor,* §. *si post causam: de vaca. mu.* Aut non prætenditur privilegium, sed impedimentum; & tunc refert: aut est impedimentum absentiæ, & tunc aut absentavit se litè mota; & omnino debet mittere Procuratorem: *ut ff. de lega. l. eundem,* §. 1. *& in hac l.* dum dicitur *fuere aplazado*: aut absentavit se ante litem motam, aut tunc aut loquimur in actore, aut in reo. Si in actore debet mittere Procuratorem, aliàs præscribitur contra eum: *per alle. l.* 1. *de diver. & tempò. præscrip.* utrum tamen sibi competat restitutio in integrum: dic *ut ff. quibus ex cau. major. l. & lege si per Prætorem,* §. *fi. cum similibus.* Aut loquimur in reo; & tunc non est imputandum sibi, quia non dimisit Procuratorem quoad culpam, vel contumaciam: processus tamen ritè factus contra eum absentem, tenet: *C. quomodo, & quoniam in l. ab eo.* Sed utrum pos-

UVA. BHSC. SC 05749

nero, que responda por él: è si no lo hiciere, entonce el Alcalde de aquel Pleyto, faga contra él, asi como manda la Ley de los que son emplazados, è no quieren venir à facer derecho.

TITULO XI.

DE LOS PLEYTOS QUE DEBEN VALER, O NO.

Ley I. Como todo Pleyto fecho derechamente entre algunos, valer debe.

TOdo Pleyto que entre algunos (a) homes es fecho de-

---

possit petere restitutionem in integrum? dic, *ut not. ff. de restit. in integ. l. fin.* Aut quis est impeditus impedimento morbi? & tunc aut loquimur in actore, quantum ad exceptionem consequendam; & dico quod prodest ut in isto: §. *si quis in judicio, supra allegato.* Aut loquimur quantum ad sententiam infringendam: tunc *glos. distinguit in l. quæsitum, ff. de re judi.* Aut judex scivit impedimentum? tunc sententia est nulla: aut ignoravit? tunc est annullanda: ita dicit ibi glosa quod intellige, quando Judex scivit: ut judex per informationem excusationis; vel quia in conspectu Judicis supervenit morbus. Si enim sciret Judex, ut privatus istud non redderet, alleget coram judice sententiam nullam: & ideo dicit *Innoc. in c. prætereà de dila.* quod utilissimum est, quòd pro eo qui est impeditus, semper compareat aliquis, qui impedimentum; & hanc distinctionem tene, menti secundùm Bal. Item nota, quòd idem operatur impedimentum paupertatis, sicut & morbi, maximè circa dilationem legalem: *ut not. Innoc. in c. ex ratione: de appel. & pro hoc dicit Guill. de Cunio*, quòd evasit quendam pauperem à furto, qui cum appellasset propter paupertatem, non erat prosecutus appellationem, ut ipse *not. C. de appel. l. eos, & vide, ff. manda. l. si Procur. §. si ignorantes, quod tene menti.* Item circa detentum in carceribus distinguo; aut Judex detinet eum justè, & tunc excusatur detentus; aut injustè, & tunc non excusatur; sed habet regressum contra Judicem: *ut d. l. non exigimus, §. cum tamen, ff. si quis caus.* ex quo nota quod Judex qui injustè detinet aliquem, tenet ei ad interesse: sed in dubio præsumitur pro Judice in eo quod pertinet ad suam jurisdictionem, & ad suum officium. Facit quod *not. ff. de Reg. jur. l. non videtur, §. qui jussu. & quod not. per Innoc. in C. innotuit: extra de eo qui fur. ordi. rece. Hæc per Bal. in allegata, l. non exigimus.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 34. de la 5. partida, tit. 11. la qual añade à esta Ley; que el que hace promision con pena, no es tenido à complir la promision, y à la pena; salvo si otra cosa se dixese en la promesa. Concuerda la Ley del ordenamiento de Alcalá, que añade, que uno por otro, sin mandado, ni poder, puede facer obligacion, y recebirla.

(a) TODO PLEYTO: ENTRE ALGUNOS. Intelligo quod tale pactum fiat alteri paciscentium ab altero. Quid enim si paciscatur inter te, & me, invito Titio: ut Titius det tibi, vel Sejo decem, pactum nullum erit. Sed si paciscatur tecum, ut des Titio; pactum erit utilè: *ut l. stipulatio ista, §. alteri, & §. si stipuler. ff. de verb. obli. & vide ibi Bar. quod prosequere: ut not. Azo. in sum. tit. de pactis, circa princ.* Item est notandum quod in verbo generali posito veniunt præsentia, & futura: *l. si servitus, ff. de ser. urb. prædi. & C. quæ res pig. obli. po. l. fi.* & indefinita concessio decimarum extenditur ad futuras decimas. *C. quia circa, de privil.* & sic indefinita æquipollet universali, quando non debet diverso jure censeri: est enim concessum, quod non est nominatim exceptum. *C. ex litteris: de jure pa. & idem juris est in toto*, quod in parte, *ff. de offic. præfec. urb. l. 1.* Et intelliguntur concessa, quæ expressè non inveniuntur prohibita: 30. *q. 3. illud, ff. de Procur. l. invitus, §. 1. & l.* eadem ratio est in futuris, sicut in præ-

UVA. BHSC. SC 05749

rechamente; (*a*) quier sea por escripto, quier sin escrip-

præteritis: *ut alleg. C. quia circa, & c. ex part. 2. de deci.* Item conceditur, si servitus sub nomine universali intelligitur concessa; ne dum de præsentibus, sed etiam de futuris: *ff. defun. instruc. l. pen. & de le. l. peculium*: sed si conceditur sub nomine singulari; ut quando conceditur à qua ad aliqua prædia: tunc scilicet de præsenti, non potest taxari, qualis, & quanta non intelligitur de futuris prædijs: sic intelligitur: *l. non modus, C. de servi. & aqua, ut ibi not. Cy.* Item est notandum circa supradicta quod quando ratio augmenti & diminutionis rei venit ex fortuna; tunc extenditur obligatio ad id quod postea accidit rei: *per l. & sic contra ff. de vul. & pu. substit.* sed si non accidit ex fortuna, sed sumptibus, & laboribus acquirentis, non extenditur ad id quod accidit: *ut C. de alluvio, & palu. l. fi. not. Bar. in l. damni*, §. *si is*, *ff. de dam. infec.* Item nota, quod ea de quibus actum est, veniunt in transactione; ea autem quorum actiones competere postea compertum est non veniunt: iniquum namque est pessimi pacto, id de quo cogitatum non docetur: *l. qui cum Tutoribus*, §. *fi. & l. cum acquiliam hic allegatam.* Item tunc indefinita æquipollet universali quoniam eadem est ratio omnium particularium comprehensorum, sub indefinita: ratio quia ibi non est variatio ex aliquo accidenti; licet sit diversitas, ex qualitate naturali: *notat Dominicus in c. ut circa: de elec. lib.* 6. *& ibi glos.* Item nota, quod res quæ nondum erat, non poterat includi sub petitione actoris: *not. glos. & doc. in c. cum Ecclesia sub trina de causa pos. & propriè.* An autem privilegium extendatur ad futuras possessiones: *vide Ci. in l. placet, C. de sacros. Eccles. q. fi.*

Todo pleyto. Et si sit generale pactum, vel transactio, comprehendit omnia etiam non specialitèr apposita in transactione; & extenditur etiam ad non cogitata, quæ poterant in transactione specificari: *ut l. si decerta, & ibi glos. notabilis, & l. age. C. de transac. & l. qui Romæ*, §. *duo fratres, ff. de verb. obli.* & hoc intelligo, ubi erat actio nata re, vel spe tempore transactionis: *ut l. cum acquiliana: & l. qui cum Tutorib. & ibi glos. notab. ff. de trans.* Si autem non sit nata actio tempore quo contrahitur, non venit in transactione, & ex nova causa potest peti: *ut not. Ci. in d. l. si decerta: & in l. licet, C. de judi. & Bar. notabiliter in d.* §. *duo fratres: & eleganter per Joan. An. in regula inspicimus: de reg. jur. lib. 6. in mercurialibus.* Circa quod nota, quod transactio debet referri ad totam scripturam testamenti; non ad particulam ejus, quando non est ad illam particulam coarctata. Item præsumitur supra toto transactum, de quo potuit universalitèr cogitari: ut dictum est: *& l. non est ferendus: & ibi Bal. ff. de transact.* ubi notat quod ille, qui vidit testamentum, præsumitur habere notitiam totius testamenti; sicut ille qui habuit acta penes se præsumitur omnia percunctatus: *ut extra de testi. c. constitutus, & Innoc. in c. ultra tertiam, eo. tit. de hoc vide quod not. in c. cum Ecclesia: de causa pos. & propriè, & Florianus in l.* 1. §. *si plures, ff. de his qui deje. vel effu. Abb. de ceci. in c. cum venerabil. de exce.* 3. *colum. & vide l. fundi. ff. de act. emp. & ven.*

(*a*) Derechamente. Et per verba, scilicet acta, & consensum exprimentia; & ad hoc testibus adhibitis: *ut l.* 1. §. *si quis ita: et ibi Bart. ff. de verb. obli.* & vide quod scripsi super *leg.* 1. *tit.* 16. *foro novo*: & sic nota, quod pactum extortum per fraudem observantiam non meretur, vel tanquam iniquum, vel tanquam supervacuum; & sive dolus fuerit commissus ab initio contractus, sive postea in ejus observantiam; istud pactum efficaciam non sortitur: *ut l. Jurisgentium*, §. *sed si fraudandi, ff. de pact. & ibi Bal.* tale ergo pactum, quod rectè fit inter partes; etiam si privatam utilitatem infringat: *ut* §. *si paciscat d. l. jurisgentium*: & dic derechamente: non dolo, vi, metu, vel persuasione: *ut dicetur, in eo. l.* 4. sed partium consensu, & liberalitate. Est notandum incidentèr, quod sicut in pignoribus est reprobatum pactum legis commissoriæ: *ut c. significante, de pig. fi. C. de pac. pi. l. fi.* sic & in feudis: *ut lib. feu. rubr. de fun. dato invicem legis commissoriæ, C.* 1. *ubi not. Bal.* quod qualis est contractus in prima sui figura, talis cense-

se-

UVA. BHSC. SC 05749

to, (*a*) maguer que pena no sea y puesta: (*b*) firmemente sea guardado, (*c*) y el Alcalde fagagelo guardar; è si en el Pleyto fuere

setur in sui essentia, nisi contrarium probètur. *C. de proba. l. cum præcibus,& non plus valere quod agitur, l. empt. & extra de usu. C. naviganti*: & nota quod istud pactum legis commissoriæ, est multum grave, & odiosum; quia perdit pretium jam solutum, nisi solvat ad terminum: *ut not. ff. de peti. hære. l. sed si lege.* Sed pono, pignoro tibi hanc rem, & si non luero infra mensem, nunquam possim luere? dico, quod istud pactum est legis commissoriæ; licet non dicatur quod dominium sit apud venditorem, seu creditorem: ista *est glos. notabilis in l. fi. C. de pac. pig.* Sed nunquid istud pactum potest fieri cum fidejussore; si non extraxero te de obligatione; quod pignus quod perpetua indemnitate tibi deditum sit: & *dicit glos. in allegat. C.* 1. *de fundo invicem legis da.* Quod valet quia speciale est in his, quæ sunt pro alijs obligati: quod hoc modo possunt indemnes servari: *ut ff. de contrahen. empt. l. fi.* Sed nunquid hoc pactum valet in dote, scilicet si tibi pecuniam non restituero, talem fundum loco permutationis assigno? & videtur quod sic: quia ista est quædam permutatio: *ff. de jure do. l. si constante, & l. fi.* Item speciale videtur in dote: *ut ff. de sol. l. Calipodius*: Dic ut ibi in textu, quia quoniam in pignoribus est appositum pactum legis commissoriæ: tunc odio creditoris, juri offerendi nullo tempore præscribitur. Sed alij dicunt quod usque ad triginta annos;& dicunt quod tunc non præscribitur juri offerendi si debitor est in possessione, & convenitur hypothecaria; juri offerendi nunquam præscribitur: *ut l. pure.* §. *fi. ff. de excep. doli.* Alij dicunt, quod etiam si creditor agit pignoraticia, debitor potest offerre semper, nec debet excipi: tu non potes offerre, licet possis excipi: tu non potes agere: quia ex eo die ex quo habebas potestatem excipiendi, eo quod conditio fuerit potestativa fluxerunt triginta anni: quod non insubtilitèr dictum est: *ut ff. de c. l. si quis in bello*, §. *si quis.* Vel dic, quod præscribitur jure offerendi, quoniam est præambulum juri agendi: *ut C. de bon. auct. judi. pos. l. fi. sic juri displicendi præscribitur, ff. de edil. edic. l. quod si nolit*, §. *si quid ita.*

Item quæro utrum valet istud pactum? obligo tibi istum fundum pro decem, & si non solvero infra mensem habeas talem fundum emptum justo pretio? Respondeo, quod valet, & est mirabile, quod licet non sit colatum in aliquem arbitrium, declarando pretium, quod valet istud pactum, eo quod est pars alterius contracti validi: iste est casus notabilis: *ff. de pig. l. si fundus fi.* Item quæro, tu mutuasti mihi decem, nullo pignore constituto, hoc acto, quod si non solvero infra mensem, talis domus sit tua pro illis decem, an valeat tale pactum pignoris? dic ut in *d. l. fi. ff. de contrahen. empt. ubi est text. notabilis.* Item quæro, pone quod ipsum pactum Legis commissoriæ est appositum, non in ipso contractu pignoris, sed diu post, nunquid valet? Respondeo sic: *ut ff. pig. ac l. Ticius.* Vel ibi intervenit pactum rogatu debitoris; & ejus gratia non voragine creditoris; & dicunt quidam, quod ex intervallo valet ad excipiendum, non ad agendum: *ut refert Bar. in di. l. Calipodius*: *& Bal. ubi supra.*

(*a*) Sin escripto. Et hoc verum, si alijs probationibus rei gestæ veritas comprobari potest: *ut l. pactum quod bona fide, C. eo. tit.*

(*b*) Pena no sea puesta. Est sic nota ex ista lege, quod ex jure Regni, ex nudo pacto oritur actio; ut hic; & hoc idem de jure canonico: *ut in c.* 1. *extra eo. tit. & c. ex rescripto*: *de jurejur.* 22. *q.* 1. *c. prædicandum*: quia inter simplicem loquelam, & juramentum non facit Deus differentiam: 22. *q.* 5. *c. juramenti*, licet regularitèr secundum leges ex nudo pacto, actio non oritur nisi sit vestitum; vel nisi sit in casibus, qui notantur in alleg. leg. *Jurisgentium*, §. *igitur*, *ff. eo. tit. de quo vide quod not. Bal. in l.* 1. *C. de operis liber.* utrum autem si in pacto sit apposita conditio? demum de voluntate partium sit cancellata conditio, utrum remaneat contractus purus, aut nullus? *not. Bal. in l. si plures in fi. C. de condi. inser.*

(*c*) Sea guardado. Et est ratio, quia nihil est tam congruum fidei humanæ, quam ea quæ inter paciscentes placuerunt

UVA. BHSC. SC 05749

ff. de condi. inde, & de ac. & obli. l. Pupillus. Aut est actus necessarius, ut quia restituit hæreditatem rogatus, & valet: *ut ff. ad Trebel. l.* 1. *§. fuit quæsitum.* Si vero adultus non habet Curatorem, valet quod agitur: *ut hic*: *& in* 2. *d. all. l. si Curatorem*: sed restituitur, ut ibi si sit læsus sui, facilitate, vel dolo adversarij: *ut fundat glos. fi. in d. l. si Curatorem.* Et sic intellige istam legem: *& glos. fi. in c. constitutus*: *extra de in integ. rest.* Si tamen decretum Judicis interveniat in tali contractu, vel alienatione, contractus erit firmus, nisi decretum fraudulentèr fuerit interpositum: *ut l. non est C. de prædijs mi.* vel si falsis allegationibus circumventus reperiatur minor: *ut l. & si Præses, eo. tit. de prædijs mi.* vel nisi id quod minor recipit in ejus utilitatem sit versum, quod quis debeat probare: *vide glos. notab. in l. prædiorum, C. de præ. mino.* Sed circa hoc incidentèr dubitatur; quo tempore debeat decretum in alienatione rerum minorum interponi? ad cujus evidentiam nota, quod aliud est decretum: aliud auctoritas: aliud consensus, sive collaudatio: aliud licentia: aliud mandatum: aliud ratihabitio. Decretum autem, cum sit sententia, & non interponitur sine causæ cognitione, & in scriptis sit dandum: *ut c. de sententijs ex peric. resc. l.* 1. *&* 2. *& ff. de reb. eo. l. magis*, *§. si ex. & c. de prædi. mino. l. minorum*, quod decretum sæpè in jure dicitur auctoritas: *ut c. de præ. mino. l.* 1. *& c. quando dare opus non est l.* 1. debet interponi ante alienationem: *ut alle. l. magis*, *§. non passim. & §. seq.* Auctoritatem autem præstare in Tutoribus & Curatoribus, est actorem facere in his quibus auctoritatem præstat: *ff. de auctor. præst. l. & etiam*: quæ præstatur etiam sine scriptis: *ut eo. tit. l. obligari*, *§. fin.* & talis auctoritas interponitur dum agitur ipsum negotium: vel parum post *inst. de autem præ. §. tutor. ff. de auctor. præstam*, *l. obligari*, *§. tutor. ff. de acquir. hær. l. qui bona*, *§. jussu.* consensum autem præstare minus est: potest sine scriptura fieri, nisi ubi expræssum est, quod scriptura exigatur: *ut not. in c.* 1. *de his quæ fiunt à Prælat.* & talis consensus præstatur ante contractum, & post: quantum ad hoc, quod factum non valuit à principio, convalescere possit: *ut in cap. auditis*, *& in c. quod sicut*: *& in c. Eccl. vestra de elec. melius*, *ff. de servi. rusti. præd. l. per fundum*: hoc elegantèr not. Innoc. *in c. dudum*: *de rebus Eccles. non alien.* licentia vero debet ante actum peti: & sufficit quod petatur, etiam si non obtineatur: *ut not. glos. in c. licèt, de Regu. & in c. cum olim*, *de arbi. & in c. potuit*, *de loca*, *& in l. fi. C. de jure emphi.* De mandato autem vide quod *not. in lib.* 4. *tit. de las fuerzas*, *l.* 10. de ratihabitione verò plene not. *Joan. An. & Dy. in c. ratihabitione de re. ju. lib.* 6. Et circa supradicta nota quod decretum sine causæ cognitione interpositum, est nullum: & totum videtur omissum, cum aliquid de substantialibus omittitur. Item nota, quod interpositio decreti, non potest delegari: *ut l. cum hij*, *§. si prætor. ff. de transact. & ibi Bal.* Ex quo nota quod factum à Judice sine causæ cognitione, est nullum ipso jure; & loquor in his, quæ cognitionem desiderant; numquid autem hoc locum habeat in diffinitiva sententia sicut in decreto: *not. extra de constit. Ecclesia Sanctæ Mariæ*: & nota hoc Bal. *in l. prolatam*, *C. de sentent. & interlo. om. Judi.* Item facit ista lex ad quæstionem: pone, quod Pupillus liberavit me, modò petit debitum: ego dico, quod me liberavit, ipse hoc confitetur: sed tamen negat solemnitatem debitam intervenisse: & sic dicit liberationem nullam; sed vult ex ea probare debitum quod juris, & Bar. *in l. decem stipulat.* §. 1. *ff. de verb. sign. in fin.* tenet quod ex tali liberatione minor non probat debitum, licèt præsumatur pro eo: *ut l. post legatum in princ. ff. de his quibus ut indig. & l. cum indebito*, *ff. de proba.* & hoc verum, nisi expræssè in instrumento partes fuissent confessæ, debitum præcessisse; tunc enim nulla esset liberatio: quia instrumentum probat illud, quod expræssè in eo continetur: *ut l. stipulatus*, *§. Grisogonus, ff. de verb. oblig.* Item facit ad quæstionem disputatam per Joan. An. in mercurialibus, in regula in malis *de reg. jur. lib.* 6. An si Clericus, vel filiusfamilia in studio faciens pactum, seu jurans, non exire à villa sine licentia creditoris, revocetur à patre, vel Episcopo; & petita licèt non obtenta, licentia à creditore recessit, sit perjurus? quod vide ubi supra per Joan. An. Item nota, circa hanc materiam, quod quando compromittitur de dolo præterito usurarij, valet compromissum; sed quando de dolo futuro compromittitur, non valet: *ut ff. de pact. l. si unus*, *§. illud nullam*:

UVA. BHSC. SC 05749

lam: idem si dolus præteritus radices extendat in futurum; quia tunc non valeret compromissum, tanquam in fraudem usurarum factum: *ut not. Bal. in l. feu. tit. si de investitura controv. fue.* §. *cum autem, circa fin.* ubi refert, quod fuit quæsitum. An si Episcopus interponeret auctoritatem; vel faceret præceptum super aliquo instrumento usurario; nunquid per hoc confirmetur instrumentum, & enervetur veritas cognitionis? & dicit audactèr quod non: quia illud quod fit sine causæ cognitione, non præjudicat veritati: *ut l. si Judex*, *C. de his qui sunt sui vel alie. ju. ff. de inoffic. testam. l. filio*, §. *contra tabulas*, *& ff. dele. præstam*, *l. filium*, §. *si quis contra*, *& ff. de carbo. edi. l.* 4. §. *impuberi*, *& ff. de re judi.* §. *per minorem*, *& ff. de neg. ge. sin autem*, §. *fin. not. Bal. in alle.* §. *cum autem.* Sed juxta materiam hujus legis quæritur, an minor sit restituendus contra confessionem suam? & videtur quod sic, *per l. unic. C. de confes. & per l. cer.* §. *minor. ff. de confes.* Sed contra videtur, quod non restituatur; quia jurat de veritate dicenda: ergo non potest allegare perjurium. Item, quia juramentum repræsentat eum majorem. Sed responde, & præmitte ad evidentiam: ut not. Bal. *in all. l. unic. de confessis.* Quod veritas dicitur tripliciter. Uno modo re, & consilio, quando ita est in substantiam veritatis, & in animo, & in verbo; & tunc non restituitur; quia non est læsus. Secundò modo dicitur veritas, consilio, sed non re: & hoc modo accipitur in juramento calumniæ, quia juravit dicere veritatem: de consilio enim licèt forte non sit ita in rebus ipsis, & factis, & ideo responsioni factæ sub juramento calumniæ datur fides: quia id verum esse præsumitur. Tertiò modo dicitur veritas, re, & non consilio, quando quis profert sermonem verum, quem falsum esse putat. Primò modo, quando respondet positionibus, in criminali juratur de veritate: sed in civili juratur de conscientia: & ista duo remedia non tollunt beneficium restitutionis in integrum, quia allegatur error; & ubi ignorantia, vel error, ibi non est intellectus; quia error præsumitur esse in minore, eo ipso quod probatur alitèr esse, vel se habere; sed in majori distinguitur. Aut habuit terminum ad deliberandum, & præsumitur scientia: *ut not. extra de divor. c. ex litteris.* Aut non habuit terminum ad deliberandum; & tunc refert, aut in facto alieno, & præsumitur error, nisi esset factum intrincatum, sicut est callidus rationum, *ut ff. de confes. l. pe.* Idem si factum sit antiquum; sed fallit, quando quis tenetur illud tenere memoriæ, *ut C. de contrahen. & commit. stipu. l. magnam*, vel veriùs ibi quis tenetur recordari de eo quod fecit, quia verum & obligatorium, secus si non esset obligatorium: *arg. ff. de acqui. pos. l. peregre in princ.* Item non obstat, quod juramentum repræsentat minorem esse majorem, *ut ff. de jurejuran. l. nam & postea*, §. *si minor. quia & minor*, & si non sit læsus, non restituitur. Primò casu subdistingue, aut minor jurat ad corroborationem contractus, & tunc juramentum repræsentat eum majorem, *ut ff. de verb. obli. l. sciendum.* Et est ratio; quia juramentum requirit consensum, sed errans non consentit, *ut ff. de jurisdi. om. judi. l. si per errorem*, quæ lex intelligitur, quando erratur in his quæ sunt fundamenti, secùs si in his, quæ veniunt in consequentiam, prohibito fundamento, *ut ff. de jur. & fac. igno. l. regula.* Aut minor jurat ad solemnitatem judicij, vel ad ejus processum, & tunc istud juramentum non repræsentat eum majorem, quia non intendit ad hoc, nec ad abjiciendum privilegium ætatis. Idem putò, si juret circa mandatum Procuratoris, nam si Procurator esset, & ab eo postmodum legitimè revocatus, non valeret judicium, *ut not. in c. ult. de Procur. lib.* 6. Et per hoc respondetur ad quæstionem, utrum juramentum in Judicijs tollat defectum ætatis? & dic quod non: quia solemnitas judiciorum, & ipsa judicia sunt publici juris: quidquid *glo. dicit in auct. sacramenta*: & hoc patet in Tutore qui jurat: tamen per hoc veniam ætatis non consequitur: *ut l. fi. C. de legi tu. & ff. de mino. l. denique in princ.* Idem si jurasset habere gratum, & ratum, factum; quia intelligitur Procuratore non errante: & tacitam habet conditionem, si ex fide hoc faciat: *ut ff. manda. l. si creditor*, §. *Lucius*: non enim potest videri Procurator cum Dominum spoliat: *ut ff. de emp. l. qui fundum*, §. *si Tutor.* Ad principium ergo quæstionis revertor, & dico una cum text. *in d. l. unica, C. de confessis*, minorem adversus suam confessionem restituendum, supple si sit læsus. Item supple, si confessio in jure valeat. Nam eum esse tutum, ipso jure est plenius jus quam esse tutum ope restitutionis in integrum.

UVA. BHSC. SC 05749

Item eum esse tutum ipso jure, est remedium ordinarium: restitutio in integrum, subsidiarum. Oportet ergo fieri, quando confessio adulti in judicio valeat: & quando non: circa quod distingue, aut est confessus cum auctoritate Curatoris valet, aut sine; & hic subdistingue; aut Curatorem habet; & ipso jure non valet: quia ad hoc datur Curator: ut auctoretur, vel daretur frustra: hinc est quod simile est Pupillo: *ut C. de in integr. restit. mili. l. si Curatorem habens*: fallit quando talis est actus, cui non potest adaptari auctoritas, ut quando minor confitetur in tormentis, vel Prætoris terrore propter multa indicia: *ff. ad Sill. l. excusantur*, *§. fi. & ff. de re. mi. l. non omnes*, *§. à Barbaris.* Non enim in hac responsione omnino datur libera facultas negandi; sed præcisè cogitur instantibus judicijs torqueri, quod confiteatur; & ita servat consuetudo; & in tali casu, si de facto est ibi Tutor, vel Curator auctorizans, est tanquam circulus ad tabernam: *ut not. in simili per Bal. in l. etiam*, *C. de fideicom.* An & quando falsus Tutor potest acquirere obligationem Pupillo: & an talis obligatio est exequibilis: *vide ibi per Bal. notabilitèr.* Sed pone, minor videns se torquendum, dicit judici: Domine ne torqueas me, quia ego sum paratus confiteri, & jurare non contravenire: nunquid istud sacramentum aliquid operetur? *dicit Butri. in auc. sacramenta*, quod non: quia defensioni in causa capitali etiam cum juramento non potest renunciari: *glos. est singularis*, *ff. de pac. l. pactum inter hæredes*: & est ratio: quia defensio status, & personæ est de jure naturali; & per consequens est publici juris: *ff. de appe. l. non tantum*, *& in Cler. Pastor. de re. judi.* Item si Judex inquirit contra minorem de maleficio; iste est actus Judicis; & eodem modo actus torturæ: Curator autem non auctoratur Judici. Sed quid est si Judex pronunciat eum torquendum? dic, quod tunc benè auditur allegatio, & disputatio Curatoris. Sed postea in executione hujus interlocutoriæ, non requiritur: *arg. ff. de adulte. l. si postulaverit*, § *quæstioni*: quod verùm est: & ita servatur. Aut adultus caret Curatore: & tunc in tortura idem est quod supra, quod si Judex non potest interloqui torquendum, nisi dato Curatore, quem adultus cogitur sibi ipse petere; aliàs non posset dari: *ut inst. de Cura. §. Item inviti.* sed in spontanea confessione, *glos. in d. §. minorem*, dicit, quod valet confessio; secus in sententia; ratio fortè differentiæ est, secundum Dy. quod in sententia nullus est condemnati consensus: *ut ff. de ver. oblig. l. inter stipulantem*, §. 1. In confessione autem est consensus confitentis; ex quo consensu adultus carens Curatore obligatur: sed ista ratio videtur falsa: quia sequeretur, quod si minor confitetur lite contestata sine Curatore, valeret judicium: quod est contra *l. clarum*, *C. de auc. præstan. & contra l. in universis qui dari tuto. po.* Item speciale est in momentanea possessione odio invasorum: *ut C. si per vim, vel alio modo*, *l. fi. & l. momentanea*, *C. qui legi. Person.* quo tamen casu, puto, quod Judex ex sua æquitate, & officio permittere minorem jurare ne circunveniatur, & supplere de facto, sicut in causis miserabilium personarum: de quibus *not. Cy. C. si manci. ita fue. alie. l. mulieris*: convocando etiam consanguineos, & affines minoris, & mandando eis, quòd assistant minori: quia, quando fit cum eorum consilio, & favore, non præsumitur minorem incidere in captionem: *ut not. C. de his qui ut indig. l. Polla.* Dico igitur, quod si est speciale in causa meri possessoris, in qua minor fundat judicium; ergo in contrarium est jus commune. Præthereà sequæretur, secundum Dy. quod sententia est lata contra minorem indefensum; & quòd de consensu minoris, ista sententia esset aliqua: quod falsum est: *ut C. si adver. rem judi. l. cum & minor. quid ergo dicemus*, *Cy. in dict. l. unic. de confes. & in all. l. clar. disting. secundum Nicho. de Ma.* utrum confessio fiat ad solemnitatem judicij, an ad meram veritatem. Primo casu non valet; ut si confitetur ad litem contextandam. Secundo casu valet; sed probata læsione restituitur in integrum. Circa quod considera, quod læsio probatur, probando quod non debuit confiteri, sed diffiteri, quia res alitèr se habebat; & sufficit probare semiplenè, puta per unum testem de veritate; quia eo ipso est læsus, cum renunciavit præsumptioni legis facientis pro se; plus puto quod sufficiat probare per famam; quia hic est læsio in non modico, præsertim in maleficijs. Item considerando, quod confessiones quæ fiunt respondendo post litem contestatam in interrogationibus, ut in criminali, vel positionibus, ut in civili

UVA. BHSC. SC 05749

Pleyto que sea de su pro, (*a*) no sea desfecho por aquella razon porque fizo Pleyto en tiempo que no era de edad cumplida.

li pertinent ad meram veritatem eliciendam: dicit ergo Nicho. de Ma. quod tunc confessio adulti valet; licèt secùs sit in fundamentis judicij, quæ debent esse firmiora: sed Bal. ubi supra breviter dicit, quod minor non habet solemnem personam ad confitendum tale quid, per quod perdit legitimas defensiones certas, vel dubias: & ideo hoc constituto, confessio sua debet declarari nulla ipso jure; quòd sic probo, quia in confessione stat totum pondus, & tota vis judicij, & sententia est ejus sequela. Si igitur non valet sententia, absque Curatore, unde nec id; unde necessariò sequitur: *ut ff. de mino. l. denique*, §. 1. unde intelligit Bal. dictam *l. certum*, §. *minorem*: quando Curator præstitit auctoritatem in ipsa confessione: vel ante in juramento calumniæ: cujus sequela est ad interrogata sequens responsio. Diceret aliquis, non valent aliæ probationes factæ cum solo minore: *ut C. de Procura. l. non eo minus*: ergo nec confessio? Respondeo, aliæ probationes non sunt appendentes dicti juramenti; sed confessio, vel negotium sic; & ideo auctoritas præstita in juramento, videtur implicitè præstita ad respondendum positionibus, licèt specificè non sit præstita ad respondendum: dico igitur, quod si minor juravit de calumnia cum auctoritate Curatoris, valet ejus confessio; etiam auctoritate non petita; secùs si Curator nec antecedentèr, nec consequentèr præstitit auctoritatem: quia tunc non valet ipso jure. Plus dico, quòd nec negatio valet: Si ex negatione, ipso adulto generaretur grande præjudicium. *Exemplum in auct. de trien. & semis.* §. *fi.* Semper enim inhæres regulæ dictæ legis *non eo minus*, & aliæ regulæ, quæ dicit in omni actu judicij habilitatem considerandam: *ut ff. de jurejur. l. tutor Prodigus.* Sed juxta hoc quæritur an adultus ex ficta confessione, quam fingit statutum in contumacem, possit poni in banno? Respondeo sic, dummodo citatus fuerit legitimè; quia sufficit auctoritas statuti, & quia est in dolo; & quia hoc videmus servari de facto: secùs enim crederem in Pupillo: & facit *quod not. ff. de reg. jur. l. non potest videri dolo carere, & C. unde vi. l. si quis in tantam hæc nota est Bal. in d. l. unica. C. de confessis*: & quia utilis eam hic apposui. Item nota, quod licet minori regularitèr non succurratur in delictis per notata: *in l. 1. C. de manu vindi.* tamen si filius confessus est maleficium cum juramento: pater potest revocare suam confessionem, probando contrarium; & hoc, sive patris intersit pecunialitèr: *ut not. in l. 2. §. si absens. C. si ex noxa causa agatur, & ff. de noxa l. & si condemnatus, & C. de decretis decu. in rubrica, lib. 11. & l. nec ex prætorio de re. jur.* sive sola ratione pietatis intersit: quia pater, & filius sunt duo quasi una substantia: *ut l. isti quidem*, §. *fi. quod metus causa, & l. 2. & 3. ff. de libe. le.* quod verum puto, etiam si agatur de nece filij spurij; quia natura communis est: *ff. de accus. l. hos accusare*, §. *omnibus*, *& not. Bal. in dicta l. unica.* Ubi etiam notat, quod non valet confessio Prodigi, qui est Prodigus existentèr, & apparentèr; cujus prodigalitas sapit dementiam; alterius autem prodigi valet confessio, donec sit declaratus Prodigus: *facit ff. de cura fu. l. Julianus, & l. his cui bonis, ff. de testa.*

(*a*) De su pro. *Ut in d. §. Pupillus, & all. l. si Curatorem habens.* An autem si filius obligatur, sufficiat auctoritas patris: *tex. est in l. pe. §. Pupillus, ff. de verbo oblig.* quod ubi est defectus ætatis, patris auctoritas non sufficit ad obligandum filium: & est ratio; quia auctoritas patris est ad corrigendum: auctoritas autem Tutoris ad administrandum: *ut ibi glos. & est similis glos. insti. de inutil. stipu.* §. *Pupillus*: sed cum jura nova faciant patrem legitimum administratorem filij, in rebus dumtaxat in quibus acquiritur ususfructus: *ut l. 1. C. de bonis ma. & l. cum non solum*, §. *ubi autem*, *C. de bonisque lib.* in illis potest pater auctoritatem filio præstare, non in alijs: *ut ibi, & auct. matri & aviæ*, §. 1. in personali ergo obligatione filij cum nil pertinet ad patrem, requiritur auctoritas Curatoris: sed quando est dubium, ut in additione hæreditatis: quia potest patri acquiri ususfructus; potest tunc pater auctoritatem præstare. Facit ad quæstionem, si fi-

UVA. BHSC. SC 05749

Ley VIII. Como Pleyto que face fijo, ò fija estante en poder del padre, no vale.

SI padre ò madre tubieren fijo, ò fija en su poder, (*a*) si le ficiere facer (*b*) Pleyto alguno de deuda, ò de conocencia, ò de

---

filiusfamiliæ est in judicio, si est super re in qua potest patri acquiri aliquid, vel usumfructum habere; tunc patris auctoritas, sufficit: sed si filius esset conventus, super re, quæ non pertinet ad patrem, ut in obligatione personali, vel criminali: tunc patris auctoritas, non sufficerèt, & daretur Curator. Primum probatur *in l. 1. C. de bo. ma. ubi glos.* dicit quod datur Curator filijs patris auctoritate, quod intelligitur cujuscumque ætatis sit: *ut all. l. non solum, §. ubi autem, & in c. fi. de interdi. lib. 6. hæc bar. in all. l. pe. ff. de V. obl.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 6. tit. 11. de la 5. partida; la qual Ley habla en los fijos, y en los siervos: en las quales está la misma prohibicion, que en los fijos: y en quanto à los siervos, pone ciertos casos, en que vale promesa entre el señor, y el siervo, y entre el padre y el hijo. Limita esta Ley en los bienes Castrenses, vel quasi, en los quales se puede hacer obligacion entre padre, è fijo. Concuerda en este articulo con esta Ley, la Ley 15. de la 4. partida, tit. 17. que largamente habla del peculio castrense, vel quasi. E la Ley 14. del dicho tit. pone, si el hijo puede traher al padre à juicio, ò cómo, y en qué casos: y del poderio que han los padres en sus fijos, y en sus bienes. Vey por todo el tit. 17. de la 4. partida.

(*a*) SI PADRE: EN SU PODER. Nota, quod pater habet filios in potestate: *ut instit. de pa. pote. per totum:* & non mater, ut ibi, & ideo impropriè dicitur hic de matre: *ut instit. de adop. §. fœminæ, & ff. de suis & le. hæredi. l. nulla, & inst. de hær. qual. & diffe. §. extranei, & ff. de contratab. l. illud, §. ad res.*

(*b*) SI LE FICIERE FACER. Sive præces parentum. Nam præces patris importunæ æquiparantur metui: *ut est not. Innoc. in c. petitio: extra de jurejur.* vel propter patris reverentiam. Nam nimia patris reverentia, æquiparatur timori: *est glos. singularis in l. 1. §. quæ honorandæ, ff. quarum rerum act. non da.* Circa quod nota, quod silentium propter patris reverentiam interveniens, reputatur contradictio, & non consensus: *ut not. Bal. in l. 1. C. de bon. ma.* Ex quo etiam nota, quod licet tacens regularitèr confirmat; tamen si taceat metu, vel nimia reverentia, non confirmat: *ut d. §. honorandæ, & l. fi. ff. de fur.* & facit quod not. *ff. rem ra. ha. l. quo enim, §. 1. ff. ad Macedo. l. si filius, & not. Innoc. in ca. cum capella. extra de privileg. & Archi. in c. 2. dicitur const. lib. 6. not. Bal. in l. in adopt. ff. de adopt.* Sive fiat talé pactum per dolum adhibitum à parente. Probatur enim dolus per verba prolata; & per omissa, & neglecta: per verba probatur per multas conjecturas, & verisimiles, secundum subjectam materiam: ex quibus comprehenditur dolus; putà per præfactiones, monitiones, & persuasiones præcedentes: *ut not. glos. in l. apud Celsum, ff. de doli. exce. & l. dolus, C. de rescin. vend.* & ideo puella, quæ blanditijs est inducta ad renunciandum, vel consentiendum; dicitur dolo, & calliditate circunventa: *per text. notabilem in l. 3. §. volentem, ff. de libe. ho. exhi.* viro tamen benè licet blanditijs uxorem inducere: ut eum instituat hæredem: *ut l. fi. C. si quis aliquem testam. probi.* Præterea præsumitur dolus benè vestiendo, & redendo servum deteriorem: ut debens obligare inducatur ad eum eligendum: *ut not. glos. in l. si quis affirmaverit, ff. de dolo.* Item invitando aliquem bonis cibis, & potibus eum reficiendo, puta malvaticum, cum alio vino commiscendo albo, in ejus potatione; ut faciliùs contrahat; vel fidejubeat: *ut glos. l. dolo, C. de dolo, & ibi per Bar.* Item ex exiguitate pretij præsumitur dolus: *ut C. de pac. l. cum postea, in ver. caveret, & l. per diversas, C. manda.* & adde plures modos quibus præsumitur fraus: *in l. post contractum, ff. de dona. & notavi. infrà lib. 3. tit. de las donaciones, l 7.* Item per omissa, & neglecta præsumitur dolus: *ut ita dixerim, ff. manda. l. dolus, & l. si Procurat.*

UVA. BHSC. SC 05749

rat. §. dolo, eo. tit. & l. de rebus in fi. ff. de arbi. & ideo Notarius scientèr omittens solemnitates in instrumento requisitas, quasi dolo versatus, tenetur parti læsæ ad interesse, *ut l. fi. C. de Magistra. conven. & per Bar. in l. generali, C. de tabu. lib.* 10. *& in l. si librarius, ff. de Reg. jur. & not. Bal. in l. Imperator, ff. de sta. ho. & hoc not. Joan. de Platea, instit. de actio. præterea, & de hoc per Joan. An. in regula scient. de reg. jur. lib.* 6. *in mercurialibus*, sive fiat pactum per filium simulatè. Nam contractus simulatus non valet; nec in eo operatur aliquid auctoritas judicis, nec præsentia partium: *ut not. Bal. sup. rubric. C. qui admi. ad bono pos.* nec in contractibus simulatis juramentum aliquid operatur: *ut not. Bal. in l. nec Patronis, C. de ope. lib.* & quis contractus dicatur simulatus: *vide per Bar. in l. si ex pret. C. si cer. pet. & Bal. in l. scimus, §. in computat. circa fi. C. de jure deli. & in l.* 1. *C. de fal. cau. adjec. le. & Spe. decis. actio.* §. 1. & 2. Item nota, quod simulatio tot modis fit quot fraus; & præsumitur simulatio, si actus diu stetit occultus. Item ex una magna alienatione præsumitur fraus. Item traditio verbalis, sine realitatis effectu, præsumitur simulata: *notat Bal. l. fraus, ff. de legi.* Item præsumitur simulatio in confessione, quando fit inter prohibitos. Item nimiæ cautelæ, & insolitæ clausulæ, faciunt præsumi contra scripturas, & contractus: *Bal. ff. si cer. pe. l. rogasti. §. si tibi ver. extra not.* Alibi tamen dicit Bal. quod præsumi non debet simulatio. Nam qualis est contractus in sua propria natura, talis censetur in sua essentia, nisi contrarium probetur: *not. Bal. in lib. feu. tit. de feuda. invicem legis commissoriæ, c.* 1. Unum tamen est notandum, *secundum Bal. & Sali. in l. emptione, C. plus valere quod agitur, &c.* Quod non minus, imò magis contractus redditur suspectus, si in instrumento sunt scripta hæc verba scilicèt, qui rem verè vendidit, & tradidit; & non simulatè, nec in fraudem usurarum, & inducunt quod notat glos. *in l. si quis sub condit. ff. de condi. insti. quod not.* Item nota quod contractus simulatus, non firmatur juramento: quia in eo non consentitur verè: *ut l. fi. C. de non nu. pecu.* Sed si sit factus in fraudem usurarum; ut quia originalis causa fuit mutuum, tunc contractus judicatur feneratitius. Sed si originalis causa non fuit mutuum, nec judicatur usurarius; etiam si cum usurario contractus esset celebratus. Nam & usurarij non sunt prohibiti veros contractus celebrare; nec obstat *de empt. & vendi. C. ad nostram, & de pig. illo vos*: quia ibi erant alia adminicula, ad præsumendum de usuris: hoc est not. *Salice in d. l. emptione.* Item nota, quod contractus simulatus est ipso jure nullus: notat *Salic. in l. si pater, C. ad vell.* Item exceptio simulationis, potest perpetuò opponi: *ut l. purè, §. fin. ff. de doli excep.* Item nota, quod si contractus simulatus fuit in scriptis celebratus, non probatur simulatio, nisi per contrariam scripturam: *ut l. generalitèr: & quod ibi not. glos. C. de non nume. pec.* sed si sine scriptis est celebratus, per testes probatur simulatio: ita tenet Salic. *in l.* 1. *plus valere quod agitur*: non tamen ipse negat, quin quandoque levius probatur per præsumptiones; *ut ipse not. in l. emptione, eo. tit.* Et in eo quod dicitur, quod debet simulatio per scripturam probari, quoniam est celebratus contractus in scriptis: intelligit Salice verum ab ipso contrahente, à tertio autem de cujus præjudicio tractatur, benè potest probari per testes; & per legitimas præsumptiones; quia factum contrahentium tertio præjudicare non debet: *ut l. si unus, §. ante omnia, ff. de pac. & c. res inter alios acta per totum: ita not. Salic. in dict. l.* 1. *C. plus valere quod agitur.* Item circa simulationem est notandum quod non valet renunciatio exceptionis, simulationis, & fictionis: *ut l. nemo, ff. de leg.* 1. ubi notantèr dicit Bar. quod si inter nos agitur, contractus simulatus, deficit in substantia, & non est contractus: *ut l. & imaginaria de nuda empt. & l. simulate, & de aqua plu. arg. l. emptor.* Et si in eodem contractu remittitur exceptio simulationis idem est dicere, quod est simulatus: *ut all. l. nemo, in princ.* nam sicut contractus ipse fuit simulatus: sic renunciatio, seu exceptio fuit simulata; ergo renunciatio non valet: secus tamen, si renunciatio fieret ex intervallo: *arg. l.* 2. *C. quod metus cam.* Item quot sunt simulationes? vide Bal. *in l. cum precibus, C. de probat.* Item circa materiam simulationis est notandum, quòd si quis jurat simplicitèr stare contractui probata fictione, non obstat juramentum: sic intelligitur glos. *C. plus valere quod agitur, l. empt. ad hoc quod not.* 11. *di. in his.* Aut jurat servare omnia, & singula suprascripta, & tunc vi-

UVA. BHSC. SC 05749

videtur secùs; quia per fictionem non tolluntur omnia, & singula suprascripta scilicet in dicto instrumento contenta, ad præmissa facit quod not. *Joan. An. in c.* 1. *de his quæ fiunt à majo. par. C. & quod not. Innoc. in c. venerabilem, de elec. in fi.not. Gaspar de Calde. in suis consilijs, tit. de jurejur. consilio* 1. Item circa contractus simulatos, quæro; quidam debet mihi decem ex causa dotis, vel venditi nominis; qui promittit mihi ex causa depositi, vel venditi; & dum ego repeto; ipse opponit mihi, quod istud depositum est simulatum: quæritur quid juris? Respondeo secundum Bal. quod non procedit dicta exceptio: *ut c. si cert. pe. l. si ex pretio*: quia exceptio simulationis tunc obstat, quando in veritate nihil agebatur invalidum, seu turpe. Secus ubi agebatur aliquid in veritate, in quo poterat fundari obligationis substantia: licèt caderet in speciem alterius contractus: *text. est notabilis in l. Lucius Titius, & ibi Bar. & Bal. in l. trajectitie, C. depositi.* Item nota, quod contractus simulatus, & in fraudem publicarum functionum evitandarum initi, sunt ipso jure nulli: *ut l. unica, C.* ut nemo ad suum patrimonium suscipiat vicos vel rusticanos eorum: *lib.* 12. *& l. pe. C. de rescin. ven. & auc. de manda. princ.* §. *patrocinia, col.* 3. quod nota, contra eos, qui alienant bona sua in fraudem, collectæ publicæ imponendæ: vel etiam in fraudem privatorum creditorum; fortè volentes fugam arripere, vel aliquod maleficium committere: *de quo plenè per Bar. in l. post contractum, ff. de dona.* transfertur tamen dominium, quando fit in fraudem creditorum, licèt revocetur: *ut l. si sciens, in fin. & ibi glos. ff. de contrahen. emption.* sicut enim non valet concessio, vel alius contractus simulatus, factus in potentiorem fraudem fisci: *ut d. l. unic. & d.* §. *patrocinia*: ita etiam non valet in præjudicium privatæ personæ: *ut d.* §. *patrocinia, & l.* 1. *C. ne liceat potentio, & l. per diversas, C. manda. & ibi glos.* quæ ponit causas, per quas colligitur contractum fore simulatum, & non verum. Et an ex contractu simulato trasferatur possessio licèt non dominium? *vide Bart. in l. empt. ff. de aqua plu. arg. & vide Joan. de Platea in alle. l. unic. C. ut ne. ad suum patri. suc. vi. vel rusti. eorum.* Circa quod nota quod ille qui dicit instrumentum simulatum debet declarare, & exprimere, modum simulationis: nam id quod pluribus modis fieri potest, debet declarari: ad quod facit quod notat *Innoc. in simili in c. licèt causam, de proba.* ubi dicit, quod intentans vim turbativam, debet exprimere modos turbationis, si hoc adversarius declarari petat. Sic dico in hoc casu. Nam non sequitur est instrumentum simulatum; ergo in totum simulatum. Et ideo hoc debet exprimere: quod notabile *facit instit. de inutil. stip.* §. *Item verbor. not. Bal. C. manda. l. ab Anastasio in fi.* Item nota, quod venditio facta spurio per patrem, præsumitur in dubio simulata, & non valet: *ut not. Bar. in l.* 1. *C. de nat. libe.* Item nota aliquid præsumi bona fide, vel mala, factum ex magna, vel parva quantitate; nam ex modica quantitate non præsumitur simulatio. Juxta illud qui parum transgreditur, non vituperatur: *not. Bal. in l. cum hij,* §. *modus, ff. de transac.* Item nota, quod ad probandum contractum esse simulatum; vel usurarium, sufficit probare præcedentia pacta, ante firmata inter partes: licet posteà tempore contractus, testes illi, qui hoc probant non interfuerunt contractui: *casus est in l. item quia* §. *hujus rei, ff. de pact. & ibi not. Bal. ex quibus nota,* quod si confiteor me habuisse dotem, vel centum nomine dotis, & post confessionem, recipio partem dotis, ob hoc præsumitur confessio simulata, quoad residuum dotis, ut est textus singularis *in all. l. ab Anastasio, C. manda.* & facit, quod si confiteor habuisse centum, quæ mihi debes; & posteà tu promitis eadem centum, præsumitur facta confessio spe futuræ donationis: *text. est in l. minor cui fideicommissit in prin. ff. de mino. secundum Bal. in d. l. absente, ff. si cer. pe.* & hoc valet ad confessionem, quæ solet fieri in instrumento emptionis; & postea subsequitur in alio contractu promissio emptoris: *quod not. Joan. And. com.* Item nota, quod de permiso ad permisum non sit fraus, nec de prohibito ad prohibitum; sed est quædam multiplicatio boni, vel mali. Unde propriè est fraus, quando permissum simulatur, & prohibitum agitur: *ut not. Joan. mo. in c. avaritiæ: de elect. lib.* 6. *& facit alle. l. ab Anastasio, in fin.* Et ideo quando simulatio fit de permiso, non vitiat, quando est de permiso ad permisum. Idem dicitur de prohibito ad prohibitum, quod non vitiat, tanquam simulatio, vel fraus: *de quo vide C. plus valere quod agitur, & c.*

UVA. BHSC. SC 05749

otra cosa qualquier, tal Pleyto no vala; (*a*) maguer los fijos sean de edad cumplida: (*b*) mas despues que los fijos salieren de su poder (*c*) del padre, ò de la madre, ò estando con ellos fueren casados, (*d*) y tubieren su casa de partida, è recauden sus cosas por sí, si hobieren edad de veinte y cinco años, è ficieren Pleyto con su padre, ò con su madre, ò con uno dellos, tal Pleyto vala. Y esto vala en los fijos varones: ca Pleyto que haga fija por casar, quier sea en cabello, quier viuda, (*e*) si ficiere el Pleyto con el padre, ò

---

c. l. emptione, *not. Bald. in lib. feu. rubrica*: *si de feud. fue. controv. inter dominum & agna. c. beneficium* : *vide quod scripsi infrà tit. de donationib. l.* 7.

(a) NO VALA. Scilicèt, seipso jure. Nam quotiescumque lex removet potentiam ab actu; ut hic; ibi contractus est ipso jure nullus: *ut ff. de ritu nup. l. à divo.ff.de fideicom. l. cum l. & C. de legib. l. non dubium. not. Bald. in lib. feud. rubrica de alodijs c.* 1. & intelligo, quod non valet durante, scilicet, patria potestate: *ut in l. actiones ff. de act. & oblig. & inst. de inutil. stip.* §. *item inutilis*, *& l.* 2. *ff. de contrahen. empt.* fallit tamen in casibus notatis per glossa *in l. lis nulla ff. de judic.*

(b) DE EDAD CUMPLIDA. Concordat ista lex *cum jure communi inst. qui mo. jus pa. po. potest sol. per totum*: ubi per ætatem 25. annorum non videtur filius exire à patria potestate; vide de his, quæ fiunt per minores, quando sunt valida, quòd notatur *infrà lib.* 2. *tit. de præscript. l.* 3. *in add.*

(c) SALIEREN DE SU PODER. Ut quia mortuo patre. *inst. qui. mo. pa. po. sol.* §. *hij verò.* vel si filius adipiscitur unam de 12. dignitatibus, quæ liberant quem à curiali conditione: *ut C. de decuri. l. fin. lib.* 10. & illæ liberant à patria potestate: *ut in auct. constitutio quæ de dignitatibus coll.* 6. §. 1. *&* §. *generaliter.* Idem si pater fiat Monachus: *ut not. Bar. in l. sic eveniet ff. ad l. Jul. de adult.* Idem si filius recipiat sacrum ordinem; de quo dic, ut notabiliter tangit *glos. & Doc. in cap. in decorum*: *extra de æta. & qual. & alijs modis de quibus inst. ubi suprà.* Quando autem de jure pater obligetur filio, vel filius patri, & qualiter, & in quibus, & quando filius acquirit patri? *vide plenè per Bar. in l. frater à fratre*, *ff. de cond. inde.* Et circa hoc nota quod si pater aliquid vendidit filio, in potestate constituto, quod præsumitur talis venditio simulata, nisi filius probet habuisse facultatem lucrandi; vel aliàs pecuniam habuisse, & numerationem ejus: *not. Bal. in l. cum oporteat*, *C. de bonisque lib.* Est tamen notandum, quod si filius servus, vel Monachus contrahit, vel mutuat: ex quo contractu acquiritur actio patri Ecclesiæ, vel Monasterio, quod potest solvi filio Monacho, vel servo; & solvens consequitur plenam liberationem: *not. Bar. in l. filius*, *C. de pact.*

(d) FUEREN CASADOS. Nota textum singularem, ex quo colligitur, quod per matrimonium filius fiat sui juris; & valet contractus per eum cum patre factus: quod est contra jura suprà *alleg. & contra l. contra juris*, §. *si filius*, *ff. de pac.* qui est ad hoc *textus notabilis*: *de stylo etiam Regni*: matrimonium ad implet ætatem, & illam supplet: *ut stylo l.* 207. *licet in l. ista* non solum requiritur matrimonium, sed etiam quod filius habeat bona separata à bonis parentum; & quod per seipsum illa administret. Item, quod ætatem habeat completam; ergo cum ista conjunctivè ponantur, si alterum deficiat, contractus non tenet; cum copulativa, requirat omnia simul esse: *ut ff. de ver. obli. l. si quis ita*, *& l. fin. & de cond. inst. l. si hæred. concord. ad hoc infrà lib.* 3. *tit.* 3. *l.* 7. *& quod ibi notatur.*

(d) CASADOS. Si ergo erat in patria potestate constitutus: non valet, etiam confessio, quam facit: *ut est text. inst. de inutil. stipu.* §. *item inutilis.*

(e) QUIER VIUDA. An autem ignorantia juris, vel facti, excuset mulierem, vel rusticum: ubi potuit peritiores consulere? *vid. Bald. in l. juris*, *C. qui admi. ad bo. poss. po.* An, & in quibus

UVA. BHSC. SC 05749

con la madre, ò con el uno dellos, no vala; (*a*) maguer que haya veinte y cinco años: è si fuere casada, è otorgáre el marido, (*b*) el Pleyto que ficiere, vala.

bus casibus filius agit contra parentes, vel avos? *nota* 3. *part. tit.* 2. *l.* 2. *& l.* 3. An autem inter patrem, & filium cadit obligatio? *vide Bald. in l.* 1. *supradictis*, *C. ad Trebellia.*

(a) No vala. Scilicèt, ipso jure: *ut not. glos. in l.* 1. §. *si pecunia*, *ff. depo.* Idem si dicitur omnibus modis exponitur, idest ipso jure de quibus tractat *Ludovic. in l.* 1. §. 1. *ff. de verb. oblig.* Item verbum funditus intelligitur ipso jure: *ut not. glos. in l. decernimus*, *C. de Sacrosanct. Eccles.* quam notat *Bar. in tract. de tyranno*, 7. *q. principali.* Item licet verbum præsentis temporis, vel futuri non intelligatur ipso jure: *ut l. in criminali*: *cum similibus*, *C. de jurisdict. omn. jud.* tamen si dicitur tale, quod cassat, & irritat, intelligitur ipso jure: *ut not. Bal. in usibus feud. tit. de pace constant. collat.* 10. *in verbo privilegia*: *ubi est casus singularis.*

(b) E otorgare el marido. Nota singularem textum, per quem fundo à contrario sensu, quod est in jure argumentum fortissimum: *ut in l.* 1. §. *hujus rei*, *ff. de offic. ejus cui man. est juris*: quod sine viri consensu, & auctoritate, mulier contrahere non potest: de hoc etiam est *text. infrà lib.* 3. *tit. fin. l.* 13. nisi in casibus ibi expræssis, in quibus non requiritur viri consensus. In casibus tamen etiam si mulier cum auctoritate viri contrahat; non valet contractus: de quibus dicam infrà, *lib.* 3. *tit.* 2. *l.* 4. Sed quid si vir non est præsens, vel non vult interesse, seu auctoritatem præstare in casu necessario? *Bal. in cap.* 1. *de consuetudine recti. feu. in usi feu.* dicit, quod in tali casu Maritus, vel Tutor, seu alius quicumque administrationem gerens est expectandus; quod est verum, si commodè expectari potest: ut plenè legitur, & notatur, *C. de vaca. mu. l. prætor.* §. *si post causam*: & expectabitur per duos menses, & non ultra, *ff. de jure fisc. l. aufertur*, §. *qui compensationem*: *& ar. c. potuit extra de loca.* vel judex finiet tempus, ex quo non est à jure diffinitum: *ut l.* 1. *ff. de jure delib. & notatur in dicto cap.* 1. *de consuet. rec. feu.* ubi notat Bal. quod non valet factum non expectatis expectandis, nisi requisiti adesse noluerint. Argumenta eorum quæ *not. ff. de in integ. rest. l. fi.* & hoc verum, quando talis est contrahens, qui habet administrationem, ut adultus, habens Curatorem; vel Maritus, quorum absentiam impedit actum geri: *ff. de aucto. tut. l.* 1. *in fin. & tunc est argum. ad q. istam.* quod mulieres non possunt contrahere, sine licentia maritorum. Nam cum ista lex auferat marito administrationem posito, quod adesse noluerint, non valeret contractus, nisi mariti hoc facerent dolo malo. Nam tunc Judex potest eorum præsentia supplere, decernendo se ratum habiturum, id quod gestum est, eorum calumniosa absentia non obstante: *arg. ff. de fal. tut. auct. l.* 1. §. 1. Nam & removere posset eos, ut suspectos, *C. de Procu. l. eum qui. quod est bene notandum.* Facit lex ista ad quæstionem quam habui de facto, quæ talis est. Quidam Sejus nomine filiam suam Titiam minorem 25. majorem tamen 22. in potestate habens, quam ex prima uxore procreavit. Prima uxore defuncta secunda superduxit: ex qua alios habuit filios. Hæc autem secunda vivente dictus Sejus filiam primæ uxoris nuptui tradidit cuidam Titio, etiam minori: quæ quidem Titia sic desponsata successit matri, & avo jam mortuis in eorum bonis tanquam hæres. Sejus autem tam hæreditatem avi, quam uxoris dictæ Titiæ matris accepit, & vendidit. Et filiæ usque ad nunc non satisfecit: pater vero jam dictus, timens ne in posterum matris, & aviæ hæreditatem filia à patre peteret. Pater minis & terroribus, & aliquando dolosis persuasionibus, & vanis promissionibus filiam induxit: ut contractum tali modo cum patre iniret: quod, scilicet, dicta Titia confessa est à patre recipisse in doctem certam pecuniæ quantitatem, ex bonis ad eam ex hæreditate matris suæ jam defunctæ pertinentibus; & quod hæreditas materna non erat majoris valoris; imò minoris; quam dicta dos per eam recepta; &

UVA. BHSC. SC 05749

& quod amplius contra bona paterna regressum, non haberet super matris hæreditate; & hoc fecit cum sponsi licentia; & juravit cum sponso contractum, tali modo quod amplius non contraveniret: nec contra bona patria regressum haberet. Dicta ergo Titia ætatis legitimæ jam effecta matris, & avi hæreditaria bona in quibus instituta fuit, vult à patre qui ea recepit, & habuit repetere. Occurrunt ergo hæc dubia. Primum, an valeat contractus taliter initus per filiam cum patre: & an contravenire potest juramenti timore, non obstante? Secundum, si præsumitur dolus in contractu, vel debeat probari? & qualitèr præsuppositis his circunstantijs? Mulier minor sub patris potestate constituta in domo patris in præsentia patris qui noluit, ut filia nuberet, donec contractum jam dictum iniret? Item inducta, & sub noverca sæviente contra eam? Tertium, quia in dicto contractu non fit aliqua mentio de bonis avi materni? an intelligatur fieri cum ex parte matris perveniat, licèt antequam avus maternus esset defuncta? Quartum, an antequam filia actionem contra patrem moveat, teneatur juramenti relaxationem petere, & à quo, & si non petit incurrat perjurium? Ad primum tenui, quod talis contractus erat nullus, & contrahens læse liberè poterat contravenire. Primo, quia tempore contractus, erat minor, & eadem facilitate, qua fuit inducta ad contrahendum, eadem fuit inducta ad jurandum. *Hoc notant Doctores in cap. cum contingat de jurejur. & in auct. sacramenta puberum, C. de rescin. vend. & in cap. quamvis: de pact. lib. 6. & l. doli. mali. ff. de nova. & l. si mulier. C. ad Vell.* Secundo, quia tale pactum est inutile defectu ætatis; & ratione temporis, & loci, ubi fuit initus, & attentis ejus verbis, & personis contrahentibus: & dictus Sejus dictam filiam suam sub ejus potestate, & administratione habent, & eam metu, & persuasione induxit, dicendo; quod eam anteà non nuptui traderet, donec contraheret: & metus damni futuri in dono promissione, vel remissione excusat; licet non excusat in facto commisso: *ut not. Gauf. in sum. tit. quod metus causa circa fin. & suprà eod. tit. l.* 4. & quia fecit dictum contractum industria exceptiva: *ut not. Bal. in l. rem majoris pretij, C. si adver. ven.* Tertio, quia dicta Titia tempore contractus, non fuit certificata de beneficio legis, nec de jure suo ut requirebatur: *art. in autem quomodo oportet Episcopos*, §. *igitur ordinamus* 38. *dist. cap. placuit & notat Host. in sum. de fideicommissis* §. *& quibus sub* §. *mulier* ℣. *idem est*: & sic sine deliberatione contraxit: *ut cap. sicut, & cap. ex litteris: de jurejur. quod approbat Joan. Ant. in cap. penult. de empt. & vend. in glos. fin.* Quarto, quia talis contractus, fuit factus dicta Titia inducta, exortata, compulsa: & per impressionem, & non voluntaria metus patris, qui ultra modum pietatis, & contra filiam semper habuit, ex quo infertur metus: *ut cap. ad audientiam: quod metus causa Gauf. in sum. tit. quod metus causa, circa medium: & l. si per impressionem C. de his qui vi metus.* & cum prima, & potissima regula actuum humanorum est consensus jure munitus, sive vallatus, eo dempto, omnis actus erit indifferens, & informis: & ut ita dixerim inanimatus: ut plenè *not. Bald. super rubrica, C. si quis aliquem test. prohibu.* Quinto, quia licet ex parte Titiæ, dicatur intervenire voluntas, ex parte tamen patris intervenit dolosa persuasio, quæ est plus quam violenta coactio: *ut not. Dyonis. in regula scienti de reg. jur. lib.* 6. Sexto, quia tale juramentum non potest validare contractum, propter enormem læsionem, quam Titia patitur, ex pauca quantitate dotis, quam à patre recepit; & sic potius præsumitur error, quam liberalitas in contractu: *ut not. Bald. in l. rem majoris pretij*: ubi plenè per eum: *& vide l. contra juris.* §. *si filius, ff. de pac.* Septimo, quia tale pactum est improbatum, licet non eo capite quod contra bonos mores, vel quod pactum nutriat: sed ea ratione creditur improbatum, quod pro modico de præsenti dato multum remiteretur separatum in futurum: & pro hoc inducitur textus *de pac. c. 2. lib. 6.* propter quod dolus præsumitur in contractu: ut dixi. Octavo, quia hoc contra pietatem, & charitatem dictus pater fecit, & contra rationem naturalem, & divinam, unde Aug. » qui vult alium instituere, & filium exhæredare, alium » quærat consultorem, quam Aug. « *ut not. C. de Episc. & Cler. l. si quis ad* de-

UVA. BHSC. SC 05749

declinandum, *& Bar. & Salic. in l. pactum quia dotale*, *C. de pact.* nutrit enim impietatem tale pactum eo quia dos filiæ concessa non exivit de substantia patris, prout in contractu pater asservit. Item, quia alijs filijs stantibus, ex secunda uxore, quorum contemplatione pater videtur hoc pactum exegisse. *C. de coll. l. pactum*, *& alleg. cap. quamvis*: pactum etiam loquitur quando alij filij non stant; quia tunc propter pactum eidem Sejo per filiam factum; nec prohibetur pater eam instituere, nec ipsa institui, imò remanet facultas testandi patri; ut filia ex testamento, vel ab intestato patri in totum succederet, secus cum alij liberi stant: quia tunc dolore videtur agere, cum ab intestato propter pactum non videtur eam vocare, sed in primævo proposito exclusorio extitisse, quia secus est illis non stantibus. Nono, quia renunciatio contemplatione personæ patris facta ultra illam, non extenditur: *ut C. ad Vell. l. jubemus*, & per hunc modum restringo *dictum cap. quamvis*: quod tunc habeat locum, quando filia sic dotata veniret ex voluntate expræssa, vel tacita, quæ non habet contra se præsumptionem aliam sibi injunctam; quia illa præsumptio juncta, cum pacto, ut fortior, excluderet omnem aliam voluntatem; & hæc nota, pro intellectu *dict. cap. quamvis*, *& pro hoc facit quod not. Bar. ff. de no. ope. nu. l.* 1. §. *ex post*: ex quibus infero quod post mortem patris sine metu perjurij, poterit agere. Decimo, quia juramentum non debet esse vinculum iniquitatis. 22. *q.* 4. *cap. inter cætera*: & juramentum debet habere tres comites; veritatem, scilicet judicium, & justitiam. 22. *q.* 2. *c. advertendum*: *& c. quanto*: *de jurejur.* & in præsupposita quæstione, non concurrunt veritas, judicium, & justitia; sed concurrunt injustitia, iniquitas, & dolus, in ipsa causa, & contractu, qui rescindit contractum: *ut l.* 2. *in princ. ff. de doli excep.* Item concurrunt quatuor, quæ præsumptione juris fragile, & infirmum fuit consilium dicti juramenti scilicet fragilitas sexus, minor ætas, & enormis læsio, & dolosa persuasio: ut dictum est, & iniquitas, & dolus in ipsa causa non obstat autem sacramenta, quia & si dicat, quod juramentum firmat contractum circa solemnitatem omissam, tamen non potest eum confirmare si evidenter arguatur de dolo, quod dolus in contractu, & iniquitas, ut hic, non tollerantur juramento; sed juramentum ea abhorret: hæc *not. Pet. de Anch. in c. licèt*: *de jurejur. lib.* 6. *& est expræssum* 3. *part. tit.* 2. *l.* 18. *&* 7. *part. tit. de dolo l.* 6. Undecimo, quia hæreditas materna voto naturali debetur dictæ filiæ legitimæ: *ut l. nam & si parentib. ff. de inoffi. testa. & l. in suis de libe. & posthu. & l. vicium C. de libe. præte.* & satis concluditur dolus in eadem causa per renunciationem successionis; & ad recissionem contractus sufficit dolus in contractu contentus, sicut si aliter esset probatus: *ut l.* 1. *ff. de doli excep.* & satis infertur dolus in eodem contractu; quando contractus fit contra naturalem æquitatem; ut ibi notatur non obstat *alleg. cap. quamvis*: quia non est præsumendum, quod lex canonica velit excludere filiam ab hæreditate matris, ei debita de jure, & naturali æquitate, ideo *dictum c. quamvis*: non sine ministerio dicit ad bona paterna: quia in potestate patris est in vita, vel in morte, uni filiorum legitimam tantum reservare, & alijs totam substantiam aliam dare: ideo dixit ibi textus *dote contenta*, *&c.* scilicèt, legitima sibi debita contenta quod fuit in patris potestate facere in suis proprijs bonis: sed non habuit potestatem dictus Sejus filiam privare à bonis maternis, & ea inter alios alterius uxoris dividere filios, quod esset contra jus, & rationem, & naturalem æquitatem; ut dixi: & sic remanet quod lex pactum quod dotali *C. de colla. colligitur per c. quamvis*: in suo proprio casu, scilicèt, quando tractatur de futura successione paternali, & non valet extendi ad bona materna, in quibus jam successit: nec corrigitur in casu quod non intellexit. Ex quibus omnibus concluditur, quod contractus est nullus, & quod juramentum non potuit eum validare, quia res quæ propter dolum fiunt nullum, debent præstare emolumentum, *ut l. dubium*, *C. de repu. & not. Pet. Anch. in alleg. c. licèt de jurejur. lib.* 6. Duodecimo, quia licèt juramentum venit ad supplendum ætatem, non tamen potest supplere errorem, vel defectum; nec juramentum aliud operatur in hoc casu, nisi quod minorem repræsentat majorem, & habilitat eum, ad contrahendum, si contractus sit justus,

UVA. BHSC. SC 05749

tus, sed sine obstaculo juramenti non potest minori denegari beneficium legis rem majoris pretij, vel intentatio justi erroris, vel doli, seu vis, vel metus: *ut text. in dict. cap. quamvis, ibi dum dicit vi, vel dolo, & in dict. c. licèt, & c. cum contingat*: *ubi notant Doctores, & Joan. Fab. & Bar. & Bald. in alleg. l. rem majoris, & notat glos. singularis in lib. feud. tit. de pace jura. fir.* §. *item sacra glosa magna super parte contractibus*: *circa fin. & vide quod eleganter notant Bar. & Salic. & Angel. in l. si quis pro eo. C. de dona.* Tertiodecimo, quia tale pactum est contra jus sanguinis, & naturæ, inducit odium, quod filia scilicèt, repellatur à successione matris: *ut ff. de ritu nup. l. fi. & Salic. in alleg. l. pactum quod dotali: & l. quod eis, ff. de nup.* Item, quia pater non potuit auferre institutæ filiæ per matrem liberam facultatem adeundi matris hæreditatem, quæ additio in ejus libero debet esse arbitrio: *ut inst. de hæred. quali. & diffe.* §. *fi. & ff. de acquiren. hæred. l. qui in aliena*, §. *fi.* quod esset contra dictum Apostoli *ad Galat.* 4. *si filius, ergo hæres, & ad Corinth.* 13. *parentes filijs thesaurizare debent, non è contra, & not. ff. de bonis dam. l. cum ratio.* Quartodecimo, quia minores, & mulieres levitèr decipiuntur, aliquando minis, ut dictus Sejus fecit: aliquando promissionibus, pollicitationibus, & persuasionibus; quæ omnia intervenerunt in dicto pacto: ex quo sequitur, non valere; nec ex juramento posse firmari: *ut not. Bald. in dict. leg. in rem majoris.* Item, quia in omni juramento sunt tacitæ conditiones, si fuerit si justum, & honestum: & alia quæ ponit *glos. c. quemadmodum*: *de jurejur.* & quia talis abjuratio propriorum bonorum, non est alicui justa, nec honesta: *ut cap. inter cætera* 22. *q.* 4. ergo non potest talem contractum validare, per ea quæ dicta sunt. Quintodecimo, quia ubi est tam enormis læsio, est erroris conjectura, maximè, quia hæc Titia nesciebat suæ substantiæ quantitatem; & præsumitur error, ex præsumpta ignorantia, non probata scientia: *ut regula præsumitur*: *de reg. jur. lib.* 6. *not. Bald. in l. rem majoris, q.* 6. Præsumitur etiam invita, & coacta renuntiare, eo quia spoliata suis bonis renunciavit: *ut c. solicitè*: *de rest. spol.* & id quod non possidebat non potuit renuntiare: *ut ibi not. glos. de hoc vide glos. c. fin.* 17. *q.* 1. & ad hoc quod si pater in testamento confiteatur tale quid, quod potest filio in legitima præjudicare, etiam si talem confessionem juret; non potest juramentum validare confessionem in fraudem legitimæ quæ filio debetur; & hoc ideo, quia datur occasio exhæredandi filium sine causa: *not. Ant. & Abb. in cap. quamvis de re jud. & vide quod infrà not. q. pen. & vide Cy. in l. unica de confessis, & Bart. in l.* 1. *de proba. & Spec. tit. de confes.* §. *nunc videndum ver. sed nunquid.* Est tamen ponderanda qualitas personæ, & verisimilitudo debiti, & aliæ circunstantiæ ad præsumendum fraudem, & dilationem, & tractatum filij: *ut not. Ant. in dict. c. quamvis.* Sextodecimo, quia extrà judicialis confessio in dicto pacto facta per Titiam, in quo est confessa, quod hæreditas matris suæ non plus valebat, est erronea; maximè si probatur plus valuisse: *ut not. in c. ex parte de confessis.* Etiam si in dicto contractu contineatur, quod si dicta hæreditas plus valebat illam patri donabat. Talis enim donatio non tenet eo, quia copiosa vehemens, & ex consequentia erroris: *ut not. Bald. in alleg. l. rem*: *& notatur in l. cum acquiliana, ff. de transac.* Item, quia talis confessio extrajudicialis, sine Curatoris auctoritate, vel legitimi administratoris; quia erat ejus pater, non valet: *ut not. in l. certum*, §. *de pupilo, ff. de confessis, & l. sufficit, ff. de admin. tuto. & l. quicumque, ff. de in jus vo. & l. quidam, ff. de test. ubi not. Doct. legistæ, & Anton. de Butrio in dict. cap. ex parte de confessis*: & licèt cum patris auctoritate cesset contractus initus, erat dolosus: *ut dixi*: & talis error confessionis, sine deliberatione emissus, potest revocari, etiam post sententiam; docto tamen errore: *ut not. Ant. de Butrio in c. attestationes*: *de spon. impu.* Decimoseptimo, quia licet in dicto contractu sponsi licentia intervenit, fuit nulla, quia & ipse erat minor, & sub patris constitutus potestate: *& in hac l. &* 5. *part. tit.* 11. *l.* 4. *&* 5. *& ff. de contrahenda empt. l.* 2. *inst. de inutil. stipu.* §. *item inutilis.* Item, quia dictum pactum fuit factum per minorem cum patre, & antequàm contraheret in capillis; in quo etiam casu, si ætatem ha-

UVA. BHSC. SC 05749

habuisset, non valeret: *ut in hac l.* & sic est nullus contractus, & juramentum non potuit eum validare: *ut l. non dubium, C. de legi. quæ l. ut dictum est, & l. pactum quod dotali non corriguntur per alleg. cap. quamvis*: nisi in suo solo casu de quo loquitur ut supradixi, & quod inter patrem, & filium non valet pactum facit *l. pater, ff. de cond. inde. & l. frater à fratre, §. quæsitum*: maximè quando filius est in ejus potestate, & non sui juris; ut dixi: nec per sponsalia dicitur filius extra patris potestatem: *ut l.* 1. *§. de bonisque libe. & alleg. §. inutilis inst. de inutil. stipu. & not. glos. in alleg. §. item sacramenta.* Decimooctavo, quia pactum factum contra legem est nullum, *ff. de pact. l. pacisci, & C. eod. l. pacta: quæ contra Cy. C. loca l. circa locationes*, & quia dictum pactum est contra dictam *l. pactum quod dotali, & contra ll. supra allega.* resultat esse nullum, *& c. quamvis*: nil corrigit in hoc casu: ut jam dixi. Decimonono, quia dicta minor non erat in loco, ubi poterat peritiores consulere; quia erat in domo patris, & sub ejus dominio, & potestate, qui de jure excusatur: *ut ff. de jure & facti igno. l. illa §. sed & si. C. de do. pos. l. in bonorum not. glos. in cap. ut qui duas de elec. lib.* 6. Vigesimo, quia tempore contractus is Sejus suæ filiæ erat legitimus administrator, per minorem non valet: *ut infrà eo. foro lib.* 3. *tit.* 8. *l.* 2. nec pater potuit in filiæ suæ præjudicium materna bona alienare, licèt posset in sui ipsius præjudicio *ar. l.* 1. *C. de bonis maternis*, quæ alienatio sicut prohibetur in alium fieri, à fortiori in semetipsum, per regulam cum quid una via, *de regul. jur. lib.* 6. maximè cum in tali alienatione, dolus contineatur præsumptus, & etiam verus; ut supradictum est; ex quibus claret primæ dubitationis decisio. Ad secundum dubium dico, quod dolus in eadem causa sufficientèr est probatus: ut supradictum est: probatur enim dolus per conjecturas, & præsumptiva indicia in præsupposita quæstione intervenientia; scilicet, minor, fragilis mulier, sub potestate patria, in domo patris, & in ejus præsentia, sub sævi noverca oppræssa, præcedentibus minis, metu reverentiæ paternalis: ex quibus clare infertur dolum probatum. *C. de dolo l. dolum, & ibi Cy. & C. de rescin. ven. l. dolus, & ibi glos. & ff. de exce. dol. l.* 1. *§. fi. & ibi glos. & l. apud Celsum, in prin. C. loca. l. si quis fundi. §. Imperator: in glos. & Bar. ff. de excu. tu. l. scire oportet, §. sufficit.* Probatur etiam dolus per omissa, & neglecta, ut dixi suprà in hac lege circa princ. Ad tertium dubium dico, quod cum in pacto fuit facta mentio de bonis matris, non propter hoc videntur contineri avi materni bona, qui post multos annos post matrem decessit; & sic hæreditas matris, & avi, erat separata: quia non potuit institui hæres per avum mater, quæ in rerum natura, non erat: ut sunt de hoc vulgaria jura: nec in generali concessione, &c. *ut in cap. in generali: de reg. jur. lib.* 6. Item, quia tale pactum non potuit extendi ad bona non cogitata, nec expræssa: *ff. si cer. pe. l. si incerta, ℣. sed cum sortis: & dixi suprà eo. tit. l.* 1. In verbis enim contrahentium, quando sunt obscura, debet haberi recursus, quandoque ad intentionem proferentis; quandoque ad intentionem alterius partis: de quo per Doctores in regula contra eum: *de reg. jur. lib.* 6. Sed verba hujus contractus debent interpretari, secundum intentionem Titiæ contrahentis; maximè cum fuit dolus commissus per aliam partem: Notatur *in c. ex litteris* 2. *& ibi glos. desponsa. & in l. Pomponius, §. fi. ff. communia prædi.* & si talia verba sunt obscura, quod minus est, debet sequi: maximè in materia odiosa: *ut in regula in obscuris, juncta regula odia de reg. jur. lib.* 6. talia enim verba propriè sicut jacent, debent intelligi: *ut not. Bar. C. de succe. edic. l.* 1. nec à verbis est recedendum, nisi constet de intellectu: *ut not. glos. in c. quicumque* 22. *q.* 5. & nemo æxtimandus est, dixisse quod non mente cogitavit: *ut l. Labeo. §. tu bona. ff. de suppel. lega. not. Di. in regula quod semel. de regul. jur. lib.* 6. Item, quia proprio jure nepos succedit avo, matre non stante: *facit l. si pater, ff. de inoffi. testa.* & venit hæres ex persona propria: *ut ar. C. de contra tab. l. non tantum, §. si emancipatus: & de bonis li. l. si ex patronis, in fi. & de hoc est textus in l. hæreditas, C. de peti. hæ. & not. in l. liber homo, §. fi. ff. de hæred. inst.* An ad petitionem talis relaxationis juramenti sufficit summaria cognitio, vel requiratur patris citatio: *vi-*

UVA. BHSC. SC 05749

vide Florianum in l. Acquil. ff. ad l. Acquil. Ad finale dubium consului, quod dicta Titia antequam agat relaxationem juramenti petere debet; & sic absoluta, securè poterit agere: potest tamen Episcopus in juramento vi, vel dolo præstito, dispensare: *ut not. Spe. tit. dele. §. nunc ostendendum ver.* 24. *& Inno. in c. debitores: de jurejur. & Henr. in cap. pactiones: de pac.* Faciunt quæ dicta sunt ad quæstionem quam ponit Pilleus in suis quæstionibus, *q.* 11. pater fundum maternum filij sui distraxit; post hoc non solvendo decedens filius cum inventarij confectione, sibi successit; qui filius nunc fundum ab emptore vendicat, hæsitatur utrum possit, quod non possit, non indigemus exemplis; quia leges sunt in aperto: venditio enim à non domino facta confirmatur, si non dominus domino hæres steterit: *ut ff. de rei vend. l. si à Titio, ff. de evic. l. vendicantem, ff. de fundo dotali. l. fundum.* Sive dominus ei in hoc casu: *ut ff. de evic. l. Seja, C. de rebus ali. non ali. l. venditio. ff. de pign. l. si Titio, C. de li. ca. l. si ab eo. C. de donati. l. si patri, ff. de lib. causa. l. filium.* Patet ergo ex his, quod venditio confirmatur, nec distinguitur, utrum fecerit inventarium hæres, vel non: ergo quod *in l. distinctum* non est, nec nos debemus distinguere: *ut C. de offi. Præs. l. C. de anna. excep. l. ult. ff. de tutel. l.* 3. *§. ult. ff. de evic. l. si rem.* Est insuper alia ratio, quæ filio imponit silentium si quod cum vendenti hæres extiterit, evictionis laudandus est auctor: *ut C. de evic. l. sive, & notatur in lib.* 3. *tit. de las vendidas, l.* 7. *in prin.* Si ergo emptor est, ab alio tenetur defendere, multo fortius eundem ipse non poterit impugnare *ar. ff. si serven. l. pomponius, ff. de condi. inde. l. frater à fratre, in aut. ut defe. jud. §.* 1. *circa fin.* Item, quia alienatio facta à testatore, perinde habenda est, ac si facta foret ab hærede: *ut ff. de aqua plu. ar. l. si Titius in fi. l.* quod verè filius admittatur ad agendum, evidentissima ratione probatur. Ecce in primis, quia hujusmodi venditio duplici jure nititur; scilicet, generali Senatus-Consul, quo prohibitum est, minorum prædia sine decreto alienari: & speciali scilicet sacris constitutionibus: quibus patribus rerum filiorum nisi in permissis casibus, interdum alienatio, & filijs quandocumque jure nullo obstante, objicere conceditur revocatio *ut C. de prædijs mi. l.* 1. *C. de bonisque lib. l. cum oportet, C. de bo. ma. l.* 1. In his enim legibus, existat, vel non existat filius hæres, non distinguitur: *ar. ff. de lega præstan. l.* 1. *ff. de offi. præsi. l.* 3. *ff. de aleato. l.* 1. *C. de dona. l. lata.* Emptor enim male fidei non est possessor; quia contra legum interdicta mercatur: ideoque nihil ei prodest: *ut C. de agri. & censi. l. quemadmodum.* Ab initio nempe vitiosum nullis lustrorum cursibus confirmari juris regula patenter ostendit: *ut ar. ff. de regu. jur. l. si merito. ff. de pign. ac. ff. qui & à qui. ma. non licet, l. si servo.* nec patris successio filium ab agendo repellit, imò potius ad prosequendum admittit. Nam si rei veritatem sequens idem pater meus potuit vendicare, sicut Economus Ecclesiasticam rem alienans: *ut extra de rebus Eccles. non alien. c. si quis Præsbyterorum*: constat, quod paternæ hæreditatis ratione, repelli non debet, maximè cum ex persona sua filius non jure hæreditario agat: & ex persona sua debet consequi, quod defunctus non potuit: *ar. ff. de verb. ob. l.* 4. *ff. ad l. Fal. l. reperitur, ff. de le.* 1. *l. legatarius, C. de evic. l. ult.* & hoc præmaximè, cum filius confecit inventarium: *ut l. scimus, C. de jur. deli.* & in hac parte declinat ipse Pilleus, allegat ipse rationem. Primo, quia si filius non posset materna bona vendicare; posset subtilitèr defraudari ab utraque hæreditate; & quandoque plus amitteret, quam acciperet: *ut ff. de le.* 1. *l. civilibus §. fin.* Secundo, quia filius immiscendo se hæreditati paternæ, in culpa non fuit: constat, quod rei suæ dominium non amittit: cum nullum aliud ejus factum admittendum intercesserit: *ar. ff. de re. ju. l. id quod nostrum.* Item facit ista lex *ac quæstion. Guil. quam ponit Bal. in l. de his controvers. ff. de transactio.* si fratres maritaverunt sororem, & fecerunt quod vocaret se contentam dote, & renuntiaret juri, quod habebat in hæreditate paterna. An ista renunciatio noceat ei, quoad relicta in testamento patris? dicit Guil. quod nocet ei, si testamentum fuit sibi ostensum; & datum intelligi, quod in eo continebatur: & hoc verum, salva legitima; quia si non haberet legitimam integram, non præjudicaret sibi renunciatio generalis; sed requiritur, quod specia-

UVA. BHSC. SC 05749

TITULO XII.

DE LAS COSAS QUE SON EN CONTIENDA.

Ley I. Que la cosa litigiosa no puede ser vendida.

NInguna cosa que sea metida en contienda (*a*) de juicialitèr renuntiet ipsi legitimæ, seu actionem ad supplementum: *ut est text. C. de mof. testa. l. si quando*, §. *fin.* quod est notatu dignum, & menti tenendum secundum Bald. ubi suprà. An autem si filia jurat non reversura ad bona paterna, an præjudicet filijs natis ex ea? *vide Bar. in l. qui super scire, ff. de acquir. hær. Ad materiam hujus l. vide. in fi. li. q.* 5. *& q. fi. & vide text. contrarium in l. cum à matre, & ibi glos. C. de rei vend. concord. cum l.* 1. *C. de bon. mat. contra* 5. *part. tit.* 13. *l.* 24. *peregrina. pignus.* 5. *quæstion.* 5. *& Ci. late in l. fin. C. de jure deli.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 13. de la tercera partida, tit. 7. que manda, que despues que alguno fuere emplazado, si enagenáre aquellos bienes sobre que se fizo el emplazamiento; la venta, ò enagenacion no vala: è los bienes sean bueltos à aquel que enagenó: è sea obligado de estar à derecho sobre ellos; è demás, el que los vendió, peche otro tanto de lo suyo, por el engaño que fizo, è sea de la Cámara del Rey: y el comprador, si supo el engaño, pierda el precio que dió: è si no sabía el pleyto, debe cobrar sus dineros que dió, è bolver los bienes que habia comprado: y el vendedor que lo engañó, le ha de dar, è pagar quanto montase la tercera parte del precio de los bienes: è las otras dos partes son para el Rey; è la misma pena ha lugar, si los tales bienes litigiosos se trocasen, ò cambiasen, ò se dicsen en donadío à alguna persona: sobre lo qual la dicha Ley 13. dispone copiosamente. Item, la Ley 14. del dicho tit. è partida, pone tres casos: en los quales los bienes litigiosos se pueden vender, ò enagenar: è la Ley 15. de la dicha tercera partida manda, que si antes que la citacion se faga, el poseedor maliciosamente, sabiendo que los bienes le quieren pedir, los vendiere, ò enagenare maliciosamente en otro mas poderoso, ò reboltoso, dando mas duro adversario; que en tal caso sea en alvedrio, y escojencia del demandador, pedir los bienes al que primero los tenia, ò al que en ellos succedió: è puede pedir los tales bienes con los daños, è menoscabos, que sobre ello se le recrecieren: è la Ley 17. del dicho tit. concuerda con esto, è con la Ley 13. è vey la Ley final del dicho tit. que pone un caso en que los bienes litigiosos se pueden vender, ò enagenar.

(a) NInguna en contienda. Intellige citatione facta, & dato libello, etiam lite non contextata, & hoc in reali actione: *ut in auc. litigiosa, C. eo. tit. & ibi Ci. & Azo. in sum. eo. tit. circa prin.* In personali vero actione litis contextatio requirit ad hoc quod litigiosa dicatur: *ut l.* 2. *C. eo. tit. & not. Ci. in allegata autem litigiosa*: & est ratio, quia requiritur libellus in reali, & non sufficit sola conventio, ut habeat locum ista lex, quia res non posset dici affecta vitio litigiosi, nisi esset datus libellus, cum aliàs nesciretur quod peteretur, & libellus cum citatorio debet mitti, *ut in auc. auferatur, C. de litis conte. & Ci. in d. auc. litigiosa, & not. in c. præterea de dila.* licet in alio casu loquatur: tamen licet libellus in citatorio non exprimat, si tamen talis sit expræssio, per quam plenè posset instrui citatus, super quibus in judicio convenitur: *in c. fin. extra ut lite pen. in cle. & ibi glos. fin.* contrahitur vitium litigiosi: quando autem dicatur ceptum judicium, & quando lis mota: *vide notata per Host. & Joan. An. in c. ex part.* 2. *de verb. sig. & in c.* 1. *ut lit. pen.* Quæ differentia est inter istud ædictum, & alia ædicta de alienatione mutandi judicij causa facta: & ne liceat potentioribus: *vide Ci. in l.* 1. *C. ne liceat potentioribus, & ibi Barthol. & Gau. in sum. tit. de ali. mu. jud. circa princ. & vide quod not. infrà lib.* 2. *tit.* 1. *l.* 5.

UVA. BHSC. SC 05749

cio, no pueda ser vendida, ni enagenada, (*a*) ni traspuesta del lugar donde es à otro, fasta que sea librada por juicio, ò por avenencia; y el que contra esto hiciere, peche la tercia parte (*b*) de la válida de la demanda: la meytad al Rey, è la otra meytad al Alcalde ante quien fuere el Pleyto: è sobre todo esto peche à su contendor las costas, y los daños (*c*) que rescibió por este engañamiento.

Ley II. Qué pena debe haber el que enagena la cosa demandada en juicio, ò la toma à su contendor.

DEspues que (*d*) alguna cosa fuere metida en juicio, ò en contienda, quier sea mueble, quier sea raíz, si aquel que la demanda la diere, ò la enagenáre, ò la tomáre por fuerza, ò en otra manera, por quitar la tenencia à su contendor, ante que la venza por juicio; y el Alcalde que hobiere de juzgar el Pleyto, faga gela tornar (*e*) à aquel que la tenia primero: è si el demandador algun derecho habia en la cosa, pierdalo, y el que la co-

---

(a) Ni enagenada. Nec pignori potest dari: ut hic reffert Vin. Ari. fundatur per notata per *Bar. in l.* 1. *in fi. C. de codicil. & in l.* 1. §. 1. *ff. de litig. &* 3. *part. tit.* 7. *l.* 13. *cum tribus ll. seq.* fallit tamen ista lex in casibus in quibus res litigiosa potest alienari: scilicet, si alienetur dotis nomine. Item, causa donationis propter nuptias. Item, causa transactionis. Item, causa divisionis rerum hæreditariarum, & per legatum; & per fideicommissum: *ut l. fi. C. eo. tit. & l. alienationes, ff. famili hercis. vide circa hoc quod not. glos. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ: extra ut lite pen. & ibi plene per Hen.* 2. *di. & vide eum: & Inno. in c. cum m. de const. di. fi. & Spec. tit. de cessione acti*, §. 1. *& per totum.*

(b) Peche la tercia parte. Nota quod ista lex imponit pœnam reo alienanti, non tamen ementi: & hoc cum emens est ignorans: *ut in l. fi. C. eo. tit.* & ista corrigit illam de jure regni circa pœnam, quod ibi aliter punitur: & 3. *part. tit.* 7. *l.* 14.

(c) E los daños. Qualiter debeant damna ista estimari an in præsenti, vel in futuro: *vide Cyn. C. ad l. Aquil. l. fi. q.* 1. *& vide* 3. *part. tit.* 7. *l.* 18. *cum l. seq.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley primera de las Ordenanzas Reales, tit. de la restitucion de los despojados: la qual Ley habla, en caso que el poseedor es muerto, è quedan dél fijos, ò nietos, ò parientes que han derecho de heredar: è la Ley segunda del dicho tit. concuerda con esta Ley. E la Ley tercera dispone, que si cartas se dieren por Jueces, contra lo que contenido en las dichas Leyes está, que las tales causas sean obedescidas, è no cumplidas: è lo mismo dispone la Ley 8. *del dicho tit. sobre el caso de esta Ley: vey la Ley de Toledo, è la Ley* 5. *del dicho tit. è la Ley* 10. *que hablan en terminos: vey la Ley* 4. *del estilo, que habla en la materia.*

(d) DEspues que. Nota, quod lex suprà proxima loquitur in reo alienante rem litigiosam: ista lex loquitur in actore, qui lite pendente rem sua auctoritate occupat litigiosam quam petit, & eam alienat, & tradit; quia talis punitur pœna de qua hic, & *in lib.* 4. *tit.* 4. *l.* 4. *& l. si quis in tantam, C. unde vi. & foro juz. lib.* 5. *tit.* 8. *l.* 7. 9. 30. *de quo vide* 3. *part. tit.* 7. *l.* 13. & non solum requiritur rei litigiosæ occupatio, sed etiam alienatio & traditio: ut pœna hujus legis locum habeat, quod patet ex ejus verbis: licet si violentia interveniat, sufficit occupatio ut in juribus suprà allegatis.

(e) Faga gela tornar. Requiritur ergo ut dixi, quod in alienatione sequatur traditio. Sed dic secundum Vincent. quod reffert se ad hunc ultimum casum: se-

UVA. BHSC. SC 05749

bró, (*a*) no responda mas por aquella cosa: è si ningun derecho no habia en la cosa, dé otra tal cosa como esta, ò el precio que valía à su contendor, à quien fizo el tuerto; porque entró, ò fizo la cosa entrar que otro tenia, ante que la ganase por juicio.

Ley III. Del que toma la cosa que está en contienda de juicio, la debe tornar.

QUien la cosa que es metida en contienda de juicio, rescibiere (*b*) en ninguna manera, sabiendo que era en contienda, sea tenido de responder, è de facer derecho à aquel que la demanda, asi como era tenido aquel de quien la rescibió. (*c*)

Ley IV. Del mandado que enagena la cosa pedida en juicio.

SI alguna cosa fuere metida en juicio, è aquel que la tuviere la enagenáre ante que sea librada por juicio, ò por avenencia, en poder del demandador sea todavia de la demandar à aquel que la enagenó, (*d*) ò aquel que la rescibió. (*e*)

---

secundum quando actor sua auctoritate recepit eam; tunc etiam de jure communi tenetur ad istam pœnam per allegatam legem *si quis in tantam*, & per jura suprà allegata. Sed si alienavit, & non tradidit, non habet locum hic pœna: ut hic *& not. Azo. in sum. C. de litis conte.* §. *hodie*, *& not. C. de litig. l. fin. & facit foro juz. lib.* 5 *tit.* 4. *l.* 48. *& not.* 3. *part. tit.* 7. *l.* 13. *cum seq.*

(a) El que la cobró. Emptor ergo redhibere cogitur rem quam emit: *ut l. fin. C. eo. tit.* ubi fit distinctio, an erat emens sciens, vel ignorans; quod hodie non fit, ut hic videmus.

(b) Quien la rescibiere, sabiendo. Hic enim non imponitur pœna recipienti, ignoranti, vel scienti: sicut *in l. fin. C. eo. tit. vide simile de furto in lib.* 4. *tit.* 4. *l.* 6. *& lib.* 3. *tit.* 5. *l.* 2.

(c) Rescibió. Punitur etiam pœna contenta *in d. l. fi. C. eo. tit.* Si autem erat ignorans, serva quod dicitur *foro juz. lib.* 5. *tit.* 4. *l.* 8. *Idem dico in casu l.* 30. 3. *part. tit.* 2. *& tit.* 7. *l.* 13. *cum seq.*

(d) Si alguna: que la enagenó. Nam contra alienantem datur actio in factum ad interesse: *ut ff. de ali. mut. jud. causa fac. l.* 1. *& l.* 3. §. *opus*: & contra emptorem datur rei vendicatio: *ut l. unica, C. de ali. mut. jud. causa fac. & in c.* 1. *extra eod. tit.*

(e) Que la rescibió. Quia iste successit in vitium, & hoc sive sit successor singularis, sive universalis: *ut c. quia* 5. *extra de jud.* cum vitium rei sequatur omnem possessorem: *ut C. de acqui. pos. l. vicia*, & hoc sive scientèr succedat: *ut in c. sæpè de restit. spo.* sive ignorantèr: *ut in l. fi. C. eod. tit.* & contra ignorantem, competit etiam conditio canonis *red integranda*: 3. *q.* 1. ut ibi not. & in dicto *c. sæpè*, *glos.* 2. & ibi DD. de pluribus alijs remedijs competentibus contra possessores: *vide Spec. tit. de restit. spo.* §. *spoliatus*, *vers. & notandum*, *& Ant. de Butrio in dicto c. sæpè.*

(e) Rescibió. Hic enim possessor non potest venditorem, vel alienantem rem in judicio nominare: quia convenitur ex persona sua ex vitio suo; & hoc est verum in vitio merè reali; ut hic secus in personali, *ut in c. quia* 5. hæres tamen quandoque de vitio personali tenetur: ut notatur *in c. Parochianos: extra de sepul.*

Explicit liber primus Sorti Regni Castellæ.
Incipit secundus.

UVA. BHSC. SC 05749

LIBRO SEGUNDO.

TITULO I.

DE LOS JUICIOS ANTE QUIEN DEBEN SER demandados.

Ley I. Como adonde alguno cometió el delito es obligado de responder el demandado.

TOdo home (a) que se mudáre so algun señorío, y hiciere, y algun hecho malo, por-

ADDICION.

Vey para entendimiento desta Ley, la Ley 28. del estilo, que pone, que si el emplazado no paresciere despues que le está puesta la demanda, y el Pleyto es contestado, cómo se ha de proceder contra él: è vey la Ley 47. del dicho tit. que declara: que esta Ley ha lugar, caso que se presente ante el Rey, si expresamente dello su Alteza no le hiciere merced: y en tal caso no es obligado à parecer, vey la Ley 32. de la 3. partida, tit. 2. que cumplidamente declara esta Ley. Concuerda con esta Ley, la Ley 5. libro 2. tit. de los emplazamientos, è demandas en las Ordenanzas Reales.

(a) TOdo home. Nota ex principio hujus legis, quod quoad forum fortiendum, delinquenti prodest domicilij mutatio: *concord. c. proposuisti extra de foro compet. & in clem.* 1. *de censi. & facit ad quæst. quam disputat Joan. Ant. in c. unico, extra de obligat. ad ratio. & Bar. in l.* 1. *ff. de pœnis, & Gen. & Pet. de Ancha. in alleg. clem.* 1. *de censi.* An si laicus, post commissum maleficium, factus Clericus, debeat per Sæcularem, vel Ecclesiasticum Judicem puniri? quod remitto ad loca supra tacta. Item, facit ad hanc legem quæst. disputata per *Joan. Ant. in c. in obscuris: de reg. jur. lib.* 6. *in mercu. & in c.* 1. *de privil. eod. lib.* An scilicet exemptus in loco non exempto, lapidem; seu sagittam projiciens, & percutiens, puniatur à Judice sui territorij, vel à Judice percussi: & idem de contractu, qui fit de uno territorio in aliud: quod vide ibi, latè, & notabilitèr per Joan. Ant. Revoco tamen in dubium juxta principium hujus legis, an judex naturalis scilicèt domicilij possit subditum alibi delinquentem, via accusationis, vel inquisitionis punire? *dicam in eod. lib.* 2. *tit.* 3. *l.* 4. Item, an Judex delicti possit procedere contra absentem delinquentem ad pœnam afflictivam personæ: dicam in dicta lege 4. Unum nota, quod ille qui delinquit in locum, non solum obligatur ad pœnam, sed ad ordinem judicij; & ideo per statuta locorum citatur, & condemnatur: *ut in auct. de pace tenetur, & ejus vio. c. in not. Bal. in l. executorem in fin. C. de execut. rei judi.* non tamen omitto, quod si concessum est à Principe privilegium, quod quis injuriam sibi factam possit per suum Sacramentum probare: vel statutum dicat, quod de damno dato stetur juramento illius, qui damnum passus est. Quidam Florentinus Bononiæ convenitur ratione delicti: an possit dictum juramentum deferre ad fundandam intentionem agentis: *& Joan. Ant. dicit, quod non, ut ipse disputat in c. Romana de foro compet. lib.* 6. *& notatur in l. præscriptione. C. si contra jus, vel utilit. pun. & not. Bar. in l.* 1. *C. de rebus credi.* Item, circa hujus legis materiam nota, quod si incœpi agere contra te in uno judicio; & tu fuisti contumax, iterum possum incipere causam in alio judicio: *not. Bar. in l. ubi cœptum, ff. de judicijs, & in l. quamvis de damno infect.* imò & si velles comparere coram primo judice, & reficere expensas, & satisdare de defendendo, non debes audiri. Et quod plus est, si incœpi causam coram uno judice, qui negligit modo facere justitiam; possum adhuc superiorem, & alium judicem impetrare, ut ibi per Bar. judex tamen, coram quo cep-

UVA. BHSC. SC 05749

que deba haber pena de su cuerpo, ò de su haber; y pasáre à morar à otro señorío, alli responda, (a) y alli tome juicio ante aquel Alcalde, en cuya tierra fue el fecho: y no se pueda escusar, porque fue à morar à otro lugar.

cepta est causa, poterit requirere alium judicem, ne procedat: *Bar. in l. sepulchri de sepul. vio.* Sed si non est opposita litis pendentia, valebit uterque processus: *ut not. Abb. de cecil. in c. cum m. ferrarium de constit. & vide Bar. in l. 1. ff. de officio consulis.* Item nota, quod si criminosus degit sub judice domicilij, qui intendit punire eum; tunc est verum, quod ex sola urbanitate fiat remissio: & in tali casu non poterit punire judicem non remittentem judex delicti, secus autem, si judex domicilij non vult delinquentem punire: quia tunc judex delicti potest eum cogere. Est conclusio *Calde. in alleg. c. 1. de rapto.* Et sic dicit intelligendam *gl. clem. pastoralis.* Nam si ex urbanitate, potest etiam judex delicti remittere ad judicem domicilij: sicut Pilatus remisit Christum ad Herodem. Si tamen criminosus degit sub alio judice quam domicilij: vel si est accusatus sub judice delicti: & mandatur fieri executio, est facienda de necessitate: *ut Jo. Cal. ubi supra Abb. tamen in alleg. c. fin. de foro compet. 13. coll. tenet*, quod licet remissio sit facienda de necessitate: *ut in alleg. §. si quis vero comprehensorum*: qui indistinctè loquitur per verbum jubemus ibi positum: non tamen dat potestatem judici delicti puniendi judicem non remittentem imò potius innuit oppositum judex, ergo superior, eum puniet, &c. De hac materia vide *gl. qui conc. cum supradictis, 3. q. 6. c. 1. & 6. q. 3. c. placuit, & Bar. ff. de requi. re. l. divi, §. præsides.*

(a) Alli responda. Et sic nota, quod si Perusinus commisit delictum Florentiæ, & fugit, & ivit Romam, & illius civitatis factus est civis: licèt quidam dixerunt, quod poterit conveniri sub judice Romæ, sicut potest conveniri ex contractu: *ut l. 2. C. de jur. omn. ju.* quia parificantur contractus, & maleficia, quantum ad forum: *ut ff. de judic. l. omnem.* In contrarium tamen est veritas; quia maleficium consideratur, non solum respectu Reipublicæ, sed etiam juris privati: ideo non potest accusari, ubi non offendit: *ut not. Spec. tit. de compet. judic. addic. §. 1.* de quo habes *in l. 2. C. de ori. jur. hoc not. Bal. in l. cum quidam, ff. de jur. omn. ju. ipse tamen Bal. in l. qui furem, ff. de stat. homin.* dicit, secundum Bar. quod contra furem tot locis potest procedi, quod locis cum re furtiva facit residentiam: *ff. de furtis, l. quo destinavit*: quod est notabile: unum tamen est furtum: *ut l. si familia, ff. de jur. omn. ju.* tamen non est mirum, si unum delictum plures habet judices: *ut c. de sportu. l. 2.* Item nota, quod si quis Metinensis commisit delictum Salmanticæ, & accusatur in loco domicilij, & ibi condemnatus est, non debet post condemnationem remitti ad locum delicti puniendus, sed debet puniri in loco in quo est condemnatus *per l. relegatorum, §. interdicere, ff. de iter. & rele. & ibi glos.* quod ergo dicitur remissionem ad locum delicti posse dari; intelligitur de condemnando, non de jam condemnato: & est conclusio *Bal. in l. executorem. C. de execut. rei ju.* ubi etiam notat ipse, quod solum Judex delicti non potest petere remissionem non judex originis, nec domicilij: & est ratio differentiæ, quia illam jurisdictionem offendit ubi delinquit: reliquæ verò non procedunt ratione offensæ: sed solum quia interest eorum purgare territorium suum malis hominibus: *ut ff. de offic. præsi. l. congruit*: dico ergo, quod si est punitus in loco delicti, non debet ampliùs puniri: quia remissio debet fieri ad locum delicti: & ibi punitur: *ut in aut. ut nulli judi. §. si quis vero comprehensorum*: non tamen intelligo eum punitum; licèt sit bannitus: sed oportet quod solverit, seu facta sit executio. Non enim condemnatio liberat, sed satisfactio: *ut ff. de fun. instrum. l. nepoti.* Item nota, quod sicut judex potest, & debet punire delinquentes in suo territorio; ita debet punire in mari adjacenti illi Civitati, vel Provinciæ, *not. Bal. in l. unica. C. de clasicis, lib. 11.* Item nota cir-

UVA. BHSC. SC 05749

circa remissionem, quod si aliquis privatus pro suo interesse petat malefactorem remitti ad judicem delicti: hoc fiet expensis petentis: *ut l. pen. cum se. C. de erog. millit. annon.* Si autem judex ex officio suo hoc petat; fiat expensis publicis illius terræ ad quam fit remissio: *arg. ff. de cap. l. mulier in opus salinarum not. Bal. in lib. feud. tit. de pace tenenda, c.* 1. §. *si judex, ex quo* §. *ipse Bal. nota*, quod licet insequi malefactorem in fraganti delicto quocumque vadat: *concord. ff. de adult. l. quod ait lex*: & circa remissionem, vide quod *not. per glos. & doc. in clem. pastoralis de re jud.* & quod scripsi supra *ordinatione Regis Jo.* 2. *Zamoræ: peti.* 45. & vide ordinationem ejusdem Regis Madrid: *anno* 1436. *petit.* 9. & vide ordinationem Regis Alphonsi Segoviæ: *l.* 25. facit iste textus quod qualitas quæ habet aggravare maleficium, debet probare affuisse secundum tempus maleficij: alias non aggravat; quod est utile ad notata *per Bar. in l. denunciasse*, §. *quod tamen ff. de adulter.* & ideo si ex forma statuti in delictis durius punitur nobilis, quam ignobilis, & siquidem tempore delicti reperitur nobilis, & postea reperitur plebejus, punitur ut nobilis, quia inspicitur tempus delicti: *not. Florianus in l. in omnibus*, §. *si extraneus, ff. de noxa. actio.* Item nota, quod remissio delinquentis; licèt regularitèr non fiat in delictis levibus: nec etiam in atrocioribus ubi civilitèr agitur, *ut not. Cal. in c.* 1. *de rap.* tamen ubi delictus est atrox, & petitur fieri per judicem delicti de necessitate est facienda per judicem ubi degit. est conclusio *Ci. in auten. qua in Provincia, & Bar. in l. si cui, ff. de accus. & glos. in clem. pastoralis, de re judi. & Ab. de ceci. in c. fin. de for. compet.* 10. *colum.* Item nota, quod remittere debet delinquentem ad judicem delicti, non solum judex domicilij, sed etiam alius, qui non est judex delinquentis ubi ipse degit. *not. Jo. Cal. in c.* 1. *de rap. & Ab. ubi supra.* Item nota, quod si delinquens est forensis, & profugus; tunc ille Dominus sub cujus territorio degit, tenetur delictum remittere, ac exhibere præcisè, *not. Bal. in lib. feud. tit. de pace tenenda, & ejus vio. c.* 1. §. *si judex*, quod autem judex ubi delinquens degit arctatur in atrocioribus remittere, maximè ubi pœnæ impositio alios terret: *not. Bar. in aut. ut nulli judic.* §. *si quis verò comprehensorum, & Sali. in aut. si verò criminis, C. de adultis, & Ci. in alleg. l. si cui, & Bal. in l.* 1. *c. ubi de cri. agi oport.* Item nota, quod non potest per delinquentem prorogari jurisdictio in præjudicium jurisdictionis, ubi commissum est delictum: *ut not. Bal. in l. si quis ex consensu, C. de Epis. audient.* & hoc videtur sentire ipse *in dicta l.* 1. *C. ubi de cri. agi opor.* dum dicit, quod tacitè consentiendo reus, & litem contestando coram judice incompetenti potest prorogari jurisdictio; nisi petatur remissio à judice, ubi commissum est delictum. Item nota, quod ubi Judex delicti non petit remissionem non est necessario facienda: *ut not. Bar. in alleg. l. C. ubi de cri. agi opor. & Ab. ubi supra*, quod autem sit remittendus delinquens ex necessitate: *facit l. desertorem: in princ. ff. de re milit. & glos. in alleg. clem. pastoralis* 75. *dic. cap. fin. ubi glos. & c.*1. *de rapt. ibi innoc.* Item nota, quod vagabundus qui non habet certam, nec firmam habitationem, est remittendus in delictis altioribus ad judicem delicti; ut scandalum tollat de loco delicti: & ut satisfaciat ibi Reipublicæ quam læsit. *Nam alleg.* §. *si quis vero comprehensorum, & c.* 1. *de rap. indistinctè loquuntur, nec obl. l.* 1. *C. ubi de cri. agi. oport.* quia licet vagabundus possit conveniri ubi invenitur: non tamen per hoc sequitur, quod non habeat locum remissio, si petatur. Est conclusio. *Abb. in alleg. c. fi. de for. comp.* 14. *coll.* Item facit *ista l. ad q. de qua Bal. in l. si idem, ff. de jur. omn. judi.* quod si simul duo accusant unum in diversis tribunalibus de eodem facto, quod ista tota cognitio debet remitti ad unum ex eis: & si unus judex alteri non vult deferre, impeditur, processus utriusque quod tene menti: habes simile secundum *Bal. in l. si duas in princ. ds excus. tu.* Si autem tenet cognitio prius cœpta coram uno: ille profertur in cognoscendo ratione præventionis: *ut ff. de judi. l. si quis.* Item facit *in arg. ad alia q. proponit Bal. in l. magistratus de jurisd. omn. ju.* An scilicet ex confessione facta coram incompetenti judice possit malefactor coram competenti judice ad quem est remissus puniri. Arguit pro & contra; & finalitèr tenet quod non: quia coram quo judi-

UVA. BHSC. SC 05749

Ley II. Ante quien debe ser convenido el reo por el demandador.

SI algun home ficiere demanda à otro sobre casa, ò sobre viña, ò sobre otra raiz (*a*) qualquier, ante aquel Alcalde demande do es la raiz: (*b*) asi como de

dice non tenet facta probatio: coram eo non tenet facta confessio, quia est judex incompetens: & quicquid fit coram eo non valet: *ut c. ne de stat. defunc. l. si pariter, ff. de injust. testam. l. si quis filio exheredato*, §. *si quis facit quod not. ff. de his qui not. inf. l. quod ergo*, §. *ex compromisso in glos. qui multum not.* & est expræssum *in c. at si Clerici, extra de judic.* Sed Innocentius videtur dicere contrarium *in c. per inquisitionem extra de elect. & confes. c. cum sup.* dicit enim quod confessio facta coram judice incompetenti, non potest revocari coram competenti; sed debet in eadem persistere: sed dic, quod quantum ad probationem non valet talis confessio: sed quantum ad instructionem valet, scilicet ut ex ea possit torqueri confessus, ita cogit ad persistendum in ea. Et ita intelligitur dictum Innoc. quod tene menti: *not. Bal. in dic. l. magistratus.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 32. de la 3. partida, tit. 2. que pone 14. causas, por las quales puede uno ser de la jurisdiccion de otro. Vey la Ley 16. è 17. è 18. è 19. è 20. è vey la Ley 21. de la dicha 3. partida, que pone, cómo las cosas muebles que se ponen en juicio, se han de exhibir, è la pena de aquellos que transportan los bienes que les están pedidos.

(a) SI ALGUN HOME: Ò SOBRE RAIZ. Nota, quod ratione rei sitæ sortitur, quis forum *concord. c. sanè juncto c. si extra de for. compet. & l. actor. C. ubi in rem actio. & l. sed & si susceperit*, §. *fi. ff. de judi. & l. si prædium. C. de prædijs minorum.* Requiritur tamen ad hoc ex parte conventi, quod ibi conveniat ut possessor, vel detestator: & ex parte actoris, requiritur, ut agat actione reali, vel hypothecaria, sive in rem scripta, vel mixta, quæ sequitur rem, & possessorem: ut in interdictis possessoris, quæ dantur contra possessorem, & dantur ratione turbationis: de quo plenè per *Ant. de But. in d. c. fi. extra eo. tit. de foro comp. & per Spec. tit. de comp. jud. addict.* §. 1. *vers. septimo ratione rei, & tit. de acti. seu peti.* §. *in anterioribus in princ.* Requiritur etiam, quod actio sit super re immobili: ut per dicta jura probatur. Idem si sit mobilis, dum tamen non sit transitoria, vel alibi destinata: *ut not. Bart. in l. si debitor, ff. de pig. & Ant. ubi suprà, & in c. ex parte eo. tit.*

(b) DO ES LA RAIZ. Et hoc intellige, si actor voluerit: quia in sua opinione est, an velit convenire reum coram judice ubi sita est res, vel coram judice domicilij: *ut not. glos. fi. in d. l. actor, C. ubi in rem actio, & ibi Cy. & in l. 2.* §. *plenè si imperfecta, ff. de jud. & l. fi. C. de jur. omn. jud. not. glos. in c. dilecti de foro comp. & 3. part. tit. 2. l. 32.* ubi vide casus in quibus quis sortitur forum licèt *Gofre. in sum. de for. comp. circa medium, & Abb. in d. c. sanè*: tenent quod est in opinione rei: quorum opinio reprobatur per *Cy. & Bar. in alleg. l. actor.* Unum tamen nota, quod si tu negas me judicem, cum sim vel ratione delicti, vel domicilij, vel rei, ut hic: possum tibi tanquam rebelli, & contumaci audientiam, & jurisdictionem denegare: *ut not. in c. cumana de ele. per Inno. ut reffert Bal. in usibus feu. rubrica: an apud judicem, vel curiam domini feudi quæstio debeat terminari, c. 1. in fi.* Item nota incidenter circa hujus §. materiam; quod forensi possidenti aliquid in Civitate, vel comitatu: non potest ratione rei judici onus custodiæ nec collecta: quod verum est, *ut l. rescripto in fi ff. de mune. & hono. fallit in usurario, ut l. fi.* §. *quæ honorandæ, ff. de mune. & hono.* Item, fallit in aliquibus civitatibus: quæ fecerunt aliqua prædia tributaria propter collectas, vel alia onera: ita quod collecta sit onus reale: *ut d. l. fi.* §. *patrimoniorum.* Item, fallit in civitatibus quæ de hoc habent privilegium: *ut d.* §. *patrimon. cum d.* §. *seq.* Et ideo civitates quæ habent de consuetu-

UVA. BHSC. SC 05749

bestia, (*a*) ò otra cosa mueble, ante aquel Alcalde le demande, do es morador (*b*) aquel à quien demande: è si por aventura en otro lugar, (*c*) do no es morador, emprestamo ficiere, ò Pleyto, por alguna cosa, y no le cumplió: si el demandador lo halláre en el lugar do fue fecho el emprestamo, (*d*) alli pueda demandar si quisie-

tudine à tempore, cujus contrarij memoria non existit; quod imponerent collectas forensibus possidentibus res immobiles in territorio suo, hoc poterunt facere; cum talis usus sit similis privilegio: *ut l. hujus juris S. ductus aquæ, ff. de aqua quoti. & esti. & l. fi. C. not. vectig. inst. non posse.*

(a) Asi como bestia. Hoc est contra *l.* 4. *in lib. declaration.* nam ibi in loco ubi res mobilis invenitur, debet eum rem tenens, vel possidens respondere, *& l. illa concord. cum opinione Azo. in d. l. actor, & concord. l. quod legatur, §. sin autem, & l. sed & si susceperit, §. fi. ff. de jud. accu. tamen in d. l. actor: concord. cum isto §.* dicens, quod in re mobili sufficit, quod satisdet possidens judicio sisti in suo foro: *text. est in l. senatus, ff. de offic. Præs. & in l. si fidejussor. §. fi. ff. qui satisda co. & de re non baratanda: ut not. glos. in alleg. l. si fidejussor. §. fi.* Sed si persona est suspecta, & non satisdat, res debet deponi, seu sequæstrari: *ut ibi text. & inst. de suspec. tu. §. si quis autem.* Et nota, quod ista faciunt aliquem suspectum: scilicèt, non possidere immobilia: *ut l. sciendum in princ. ff. qui satisda cog.* Item, immobilia pauca possidere: *ut ff. de privileg. credi, l. si creditores.* Item mali mores: *ut inst. de suspect. §. fi.* Item, quod malè consuevit, vel quod priùs malefecit: *ut ff. de accu. l. si cui, §. hisdem, ut not. in d. §. fi. d. l. si fidejussor.* Si tamen res est tempore peritura, debet primo lis contestari; & postea caveri, *ut d. l. senatus, & accur. in d. l. actor.* Si autem actio sit merè personalis, coram Judice domicilij est agendum: *ut not. Bar. in l. forma, §. illam, ff. de cen. & hic*: ubi est petendum legatum, vel fideicommissum: *vide glos. notabilem in l. quod legatur, & l. fideicommissum, ff. de jud.* Item, nota quod bona mobilia censentur illius terræ ubi reperiuntur: *ut est text. in lib. feu. tit. de pace tenenda, & ejus vio. c. §. 1. & ibi not. Bal.*

(b) Donde es morador. Ubi dicatur quis sortiri forum ratione domicilij: *vide Bar. in l. 2. C. ubi sena. vel cla. & in l. hæres absens, ff. de jud. & Ant. in c. fi. extra de foro comp.* & nota, quod tanta est vis fori naturalis vel domicilij, quod Judex domiciliati habet personam subditi subjectam, quocumque vadat, talitèr quod de delicto alibi commisso; & de contractu alibi celebrato, & pro re alibi sita, potest cognoscere, & punire: *ut l. 1. C. ubi de cri. agi. opor. & in c. dilectus de for. comp. & in auct. qua in provincia: & extra de rapto. c. 1. & in c. postulasti de for. comp.* potest etiam procedere contra sub absentem: non solum quoad bonam, sed etiam quoad pœnam personæ afflictivam: *ut not. in c. veritatis, de dolo & contu. & in cle. pastoralis, de re jud. & not. lat. & plen. Ant. in d. c. fi. de for. comp. & not. in eo. lib. 2. tit. 3. l. 4. ubi scripsi.*

(c) E si por aventura lo fallare en el lugar. Ortum habet iste §. *à c. Romana, §. contrahentes de for. comp. lib. 6.* & à notatis *per Bart. in l. hæres absens, ff. de jud.* nota ergo ex isto §. *cum suprà alleg.* quod ratione contractus, non sortitur quis forum, nisi inveniatur in loco contractus. Idem si contrahens sit per citationem præventus à Judice contractus: *ut not. in c. proposuisti, extra de for. comp. & ff. de Jud. l. si quis postea, & l. ubi cœptum: ut l. cum quidam, ff. de jurisd. omn. jud.*

(d) El emprestamo. Nota tamen, quod duo requiruntur de jure adhoc, quod contrahens possit in loco contractus conveniri: ubi ruditèr quoad materiam contraxit simplicitèr. Primo, quod ibi ruditèr contrahat. Secundo, quod ibi habeat per gulam tabernam, vel armarium: *ut in alleg. §. contrahentes*: ita quod non sit viator, vel transitorius. Hæc est conclusio *Ant. in d. c. fi. de for. comp.* & Dominici de Sancto Gemini. *in d. §. contrahentes.* Sortitur forum etiam viator ratione contractus; si tempo-

UVA. BHSC. SC 05749

re, (*a*) y el otro no se pueda es- cusar (*b*) que le no responda, por-

pore contractus aliquid debeat solvi absque dilatione, *ut not. Bar. in d. l. hæres absens.* Item, sortitur forum, quis ratione contractus, ubi destinavit solutionem: *ut l. contraxisse, ff. de actio. & oblig. & in c. dilecti, extra de for. comp.* Dicitur etiam quis solutionem destinare, & contrahere, in loco in quo cœpit solvere, *ut in l. si fideicommissum, §. fi. ff. de jud.* & in loco in quo solvere promisit, *ut d. l. contraxisse*, & sic intellige §. istum; aliàs enim ubi solum ruditèr quis contraxit, non videtur conveniendus, etiam si ibi inveniatur, nisi in loco sui domicilij: ut concludit Ant. ubi suprà. Sed quid important verba quæ apponuntur in instrumentis. Et voluit posse conveniri Perusij & Romæ, & ubique locorum &c. Et respondet Bal. distinguendo *in l. si convenerit, ff. de jurisd. omn. jud.* quod aut hoc fit simplici pacto; & non revelat aliquid: *ut in d. l. si convenerit*, aut fit per stipulationem: & tunc ille qui recusat conveniri coram Judice non suo, potest conveniri ad pœnam, vel interesse: *ut ff. de arbi. l. diem proferre, §. fi.* Sed si hæc conventio tenet confecta per alia verba scilicèt, quod quis promittit solvere in quolibet loco quod placuerit actori, & hoc non revelat, quia debet intelligi, quod actor non trahat reum debitorem extra suum domicilium: *ar. l. Mevia in fi. ff. de annuis leg. & de operis liber. l. si Patronus*, si autem promittit solvere in quolibet loco ubi tunc fuerit inventus, & licèt Bar. *in l. si duo, §. 1. ff. de const. pec.* teneat, quod ista generalis promissio, non reffertur nisi ad idonea loca: scilicèt, ad locum domicilij: *Bal. tamen in alleg. l. si convenerit*: dicit, quod in quolibet loco in quo inveniatur, potest conveniri: quia ibi videtur contraxisse: *ut l. contraxisse: de acti. & oblig. facit l. Titium & Mevium, §. 1. ff. de admi. tu.* & sic est differentia, quod aliud est promittere quod possit ubicumque conveniri: & aliud est promittere solvere ubicumque inveniatur facit ad prædicta quod notatur *in l. 2. §. si quis ita, ff. quod cer. loc.* & sic intelligit *Bal. dist. Guil. in l. si quis in conscribendo, C. de pac.* Item nota, quod jura quæ dicunt, quod ratione loci destinatæ solutionis quis sortitur forum: habent locum quando locus est certus: ut ipse notat *in d. l. si duo, §. 1. ff. de const. pecu.* secus dicit Bar. ibi: *si ennumeratis aliquibus locis subsequatur clausula generalis.* Item nota, quod si Notarius, vel Mercator rasus de matricula mutat forum, quod ratione præteritorum contractuum poterit conveniri sub primo Judice, sub quo nunc non est: *ut l. cum quidam, ff. de juris. omn. jud.* Sed Guil. de Cunio dicit, quod si convenitur ratione artis illius, seu officij, convenitur sub primo Judice, sed si ex alia causa, non: ut ipse Guil. *not. in l. 1. C. ubi de cri. agi. opor. & vide quod not. ff. de leg. 1. l. nemo potest, hoc not. Bal. in alleg. l. cum quidam.* Est notandum circa materiam prorogationis de qua iste §. loquitur, quod prorogatio jurisdictionis non potest fieri de loco ad locum ordinario judice ubi fit prohibente, *secundum Joan. de Are. & Bal. in l. fi. ff. de juris. omn. jud. per text. illius l. & ff. de offi. præfec. ur. l. fi. extra de const. c. 2. lib. 6. 18. q. 2. luminoso, 9. q. 2. Episcop. de offi. le. c. novit.* Item, quia ubi quis non habet territorium, non habet jurisdictionem ordinariam; quia talis jurisdictio ordinaria cohæret territorio *per l. fi. C. ubi & apud quos.* Item, quia nisi Judex illius territorij patiatur, & permittat, non potest talis prorogatio fieri, eo invito: quia non licet in alieno ingredi: & hoc tenet *Jac. de Are. in l. hæres, ff. de usuf. le.* Item, quia Judex territorij est major in suo territorio: ergo potest prohibere, nec debet contemni: *ar. C. de decur. l. Curiales, vers. nec estimare*: quod est contra opinionem *Pet. in l. si quis ex consensu, C. de Epi. audi. & Guil. in l. 2. §. si Judex, ff. de Jud.* Item nota, quod Judex qui cognoscit in alieno territorio per prorogationem, debet sequi quoad ordinem judicij, & quoad decissionem, & statutum loci sui territorij: quia idem est, ac si cognosceret in proprio territorio: & ibi fingit esse, & cognoscere: *ut est glos. ord. in cle. 1. de for. comp. quam not. hoc Bal. in alleg. l. fi. de jurisd. omn. judi.*

(a) Si quisiere. Potest ergo in duobus locis contrahens conveniri; vel in loco contractus, si ibi inveniatur; ut dixi: vel in loco domicilij: *ut suprà §. proxi. tetigi.*

(b) No se pueda escusar. Quid si con-

UVA. BHSC. SC 05749

que diga que no es alli morador.

Ley III. Como el señor debe responder por su siervo : è como no lo puede acusar al señor.

litem suam si pronunciavit inique, quod tene menti. Hoc notat *Bal. in l.* 1. *ff. quod quisque juris.* Item nota, quod colorata opinio Doctorum non excusat judicem, sed gravis, & ponderosa: *ut not. glos. inst. de ob.* quæ ex quasi delicti: *nas.* §. 2. *& facit quod not. Innoc. in c. ne innitaris de constit. & in c. sæpè, & in c. cum speciali de appel. & in c. de cætero de transac. ut reffert Bal. in alle. l. observare.* Item ex supradictis not. quod error juris in judice est lata culpa: & hoc in assessore, vel alio qui eligitur tanquam jurisperitus: *ut not. in alleg. l.* 2. *ff. quod quisque juris.* Sed si potestas qui est laicus, & idiota elegerit consilium mali assessoris non excusatur propter ignorantiam juris: *ut ff. manda. l. si Procurator.* §. *si tutores.* Si autem Respublica assessores deputavit excusatur potestas: ar. eorum quæ not. *C. de his quib. ut indig. l. Polla. ut reffert Bal. sup. rubri. C. de pœ. judi. qui ma. judi.* Cave ergo à malo assessore, qui si in una civitate condemnatus fuit de barataria, vel fraude non potest in alio loco esse assessor: *ut l. judices, c. de dignit. lib.* 12. *& Bal. superdicta rubrica*: ubi notat, quod ordinarius non tenetur de imperitia sui delegati: quia dedit operam rei licitæ vicarium constituendo. Item nota, quod præsumitur imperitia in eo qui tenet novas, & insolitas opiniones: *ut ff. de senato. l.* 1. ideo in judicando nunquam recedas à consortio, vel consilio prudentium, & maximè glossarum: *ut not. Bal. in alleg. l. de eod. C. de pœ. judi. qui ma. judi.* ubi not. quod excusatur judex per vim ferens falsam sententiam: aliàs non laturus: puta per metum tyranni, nisi à principio sciebat hoc evenire posse: quia tunc non debuit officium acceptare ad quod poterat non accedere: *arg. ff. de dam. infect. l. qui bona*, §. *de illo, & ff. lo. l. habitatores*, §. *fi. & l. ex conducto.* §. 1. Item, excusatur judex, si statuto, vel aliàs arctatur ad aliquid faciendum quod de jure non potest facere tenetur de facto facere, & excusatur: *ut l. mulier*, §. *ult. de condit. insti.* & hoc verum si potest facere sine damno alterius: *ut ff. de verb. obli. l. quidam cum filio*, §. *videamus*: aliàs non debet facere id quod prohibitum est fieri, cum in principio sui officij juret justitiam facere. Nam cum juramentum eum obliget de jure divino est potentius quàm statutum humanum: notat hoc *Bal. in l.* 1. *C. si à non compe. jud.* Et quia supradictum est de judice male judicante: quid de familia potestatis? an si delinquat teneatur judex. *Et Bal. in alleg. l. observare, ff. de offi. proconsulis, & l.* dicit, quod rectores terrarum non debent secum ducere uxores, si ducant tenentur pro eis: ut ibi, & sic not. secundum eum quod potestas tenetur pro omnibus quos secum ducit, etiam si non sunt præpositi alicui officio si prætextu officij domini delinquant: *ut in auc. de judicij*, §. *ne autem col.* 6. secus in alijs officialibus qui non habent jurisdictionem in judicando, quod dic: *ut ff. de publica. l.* 1. §. *familiæ.* Si autem delictum non sit commune cum officio, ut quia locum tenens facit homicidium, non tenetur potestas pro eo: *extra de restit. spo. cum ad sedem.* Et adde secundum Dy. quod si familiaris potestatis vulnerat aliquem, quod potestas non tenetur solvere pœnam, si criminalitèr agatur: *ut not. Dy. in d. l. observare.* Et sic licèt statutum dicat quod potestas pro sua familia teneatur: intelligitur civiliter, & non criminaliter. Si vero familiares delinquant ratione officij, tenetur potestas ad interesse partis, læsæ ex facto suæ familiæ: *arg. ff. de furti adver. nau. l.* 1. *& in auct. ut different. judi.* §. *si causam de publica l.* 1. §. *familiæ.* Item nota, quod si captus & traditus custodibus carceris aufugit, tenetur potestas si custodes sunt de familia potestatis: quia malos posuit custodes. Si autem à Republica erant deputati, non tenetur potestas, sed ipsi tantum custodes puniuntur: *ut c. de cust. reo. l. ad commentariensem, & sic intelligitur foro novo de Alcalà, tit.* 20. *l. Si los monteros, & ordi. Regis Alphonsi Segoviæ, l.* 6. *&* 7. & vide quod ibi scripsi. Item nota, quod etiamsi potestas se obligat ad communem pœnam solvendam, tàm civilem, quàm criminalem pro familia sua, intelligitur de pœna pecuniaria, non de corporali, quæ per alium pro alio solvi non potest: *ar. ff. de interro. act. l. qui servum in prin. & not.* 23. *q. v. cum homo notat. hoc Bal. in alleg. l. observare*: aliàs autem potestas non tenetur de delicto familiarium: nisi eatenus, ut eos exhibeat si potest, vel nisi mandaverit, vel ratum habuerit: *ut ff. de publica. l.* 1. §. *familiæ per Bar. not.*

UVA. BHSC. SC 05749

la (*a*) lo que juzgó, ni él no haya ninguna pena: (*b*) è si alguno se querelláre del Alcalde à tuerto en esta razon, haya la pena sobredicha que el Alcalde habria si tuerto juzgase. (*c*)

Ley III. Cómo puede el Alcalde emendar el juicio que no es fenescido.

QUando el Alcalde mandáre prender, ó asentar, ó juzgáre él mismo algun juicio que no sea afinado, (*d*) puedalo emendar (*e*) si entendiere que erró en lo (*f*) que juz-

---

not. Bal. supradicta rubrica, c. de pœna jud. qui ma. judi.

(a) E NO VALA. Quærit Vincent. Arie. an ipso jure, vel per restitutionem, & dicit quod si per pecuniam judicatum est ipso jure est nulla: *ut* 3. *part. tit.* 26. *l. fi. & c. quando provo. non est necesse l. venales.* Si vero precibus est lata, est aliqua, sed datur restitutio: *ut not. in l. fi. c. de pœna judi. qui ma. ju. & not. per Bar. in l. servos*, §. *cum Prætor. ff. ad Trebel.* Sed si est lata per errorem tunc aut contra jus constitutionis: & est ipso jure nulla: *ut l. fi. ff. de sent. sine appel. res. &* 4. *part. tit.* 26. *l.* 3. aut contra jus partis, & tunc non est nulla: nec dabitur contra eam restitutio, sed est necessaria appellatio: *ut alleg. l. fi.* Sed licèt sit nulla oportet quod opponatur usque ad 60. dies de regularitate: *ut alleg. l. fori novi.*

(b) NINGUNA PENA. Secus est de jure secundum Vincent. Arie. *ut not. in c. cum cessante de appel. & per Bar. in l. quod jussit, ff. de re judi. &* 3. *part. tit.* 22. *l.* 2.

(c) JUZGASE. Nota hanc legem contra appellantem à justa sententia: *conc. foro juz. lib.* 7. *tit.* 4. *l.* 5.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. *è* 3. *tit. de los juicios de la* 3. *part. E vey la Ley* 11. *del dicho tit. que pone los casos, por qué los juicios no son valederos: y vey la Ley* 11. *del dicho tit. Vey la Ley* 2. *tit. de las sentencias, lib.* 3. *de las Ordenanzas Reales, que pone: que contra las sentencias se pueden hacer de natividad, fasta* 40. *dias despues que la sentencia se diere, è pasado el termino, no pueda.*

(d) QUANDO: QUE NO SEA AFINADO. Per sententiam, scilicèt, diffinitivam: & sic loquitur ista lex de sententia interlocutoria. Et intellige etiam si talis interlocutio non sit firmata, scilicèt, partium consensu, vel si à tali mandato, vel sententia non fuit infrà triduum appellatum: ut hic *& in eo. lib.* 2. *tit. de las alzadas*, *l.* 1. quia tunc si sententia transit in rem judicatam, judex qui eam tulit non potest revocare sine consensu ejus pro quo lata est: *ut in c. quod ad consultationem extra de re jud. ff. de jurejur. l. nemo.* Si autem ante vel post triduum fuerit appellatum, licet revocat: ut hic *& ff. de re jud. l. quod jussit, & in c. cum cessante de appel. not. Spec. tit. de exceptionibus*, §. *viso, ver. ab his autem, & ver. sed nunquid judex.*

(e) PUEDALO EMENDAR. *Ut c. qualiter, &* 1. *extra de accu. & in c. significaverunt de appel. & in c. magnæ* 22. *q.* 4. *& in l.* 1. §. *fi. ff. de præto. stipul.* & hoc verum nisi appellans aliquas fecisset expensas. Nam tunc nisi eis restitutis per judicem non videtur remotum gravamen: *ut ff. de cond. cau. da. non secu. l. si pecuniam in princ. not. Innoc. in alleg. c. cum cessante, & Spec. in d. ver. sed nunquid judex.* Et non solum hoc quod dicit ista lex potest facere ordinarius, sed etiam delegatus: *ut not. glos. in alleg. l. quod jussit, & etiam arbiter: ut in l. diem, ff. de arbi.*

(f) QUE ERRÓ EN LO. Et not. quod non solum expræssè potest judex gravamen revocare: ut hic, & in juribus suprà allegatis: sed etiam tacitè exemplificat Innoc. *in d. c. cum cessante*: quia si quis appellet à judice, ne procedat contra eum: quia erat exemptus ab ejus jurisdictione: & judex dat ei terminum ad

UVA. BHSC. SC 05749

gó, (*a*) ò de lo que mandó facer, y emiendelo fasta tercer dia. (*b*) Y despues del tercer dia, si alguna de las partes se agraviáre, è se alzáre, puedalo emendar quando quisiere, ante que el Pleyto del alzada venga ante aquel que lo debe juzgar.

TITULO III.

DE LOS EMPLAZAMIENTOS.

Ley primera.

SI algun home hubiere querella (*c*) de otro par el señal (*d*)

---

ad hoc probandum: tacitè videtur revocare gravamen quod ei intulerat cum cognoscere debeat, an sua sit jurisdictio; *ut l. si quis ex aliena, ff. de judicijs,* quod est notandum.

(a) O QUE JUZGÓ: TUERTO. Scilicèt, interloquendo: ut in principio legis, & in juribus suprà allegatis. Non tamen intelligas quod quælibet interlocutoria potest revocari: quia si est spirativa jurisdictionis, ut pronuntio me non esse judicem, vel defero tuæ appellationi, vel pronuntio super libello non esse procedendum, vel absolvo te ab instantia judicij, non potest revocari cum hanc pronuntiando judex statim est functus officio suo: *ut in c. in litteris, extra de offi. dele. & in l. judex, ff. de re jud.* & in quantum in se est jurisdictionem à se abdicavit: *ut in c. cum appellationibus, de appel. lib.* 6. hoc notat *Bar. in alleg. l. quod jussit.*

(b) FASTA TERCER DIA. Approbatur opinio Odofre. ut reffert *Bar. in d. l. quod jussit, q.* 6. qui tenet quod si pars petat revocari judex, hoc debet agere infrà 10. dies qui dantur ad appellandum. Si autem judex hoc vult agere ex officio, potest etiam post dictum terminum quandocumque: *ut tenet glos. in d. c. cum cessante, Innoc. in c. quod ad consultationem de re jud.* dum tamen appellatio non pervenerit ad superiorem; ut hic. An autem in tali revocatione requiratur partis præsentia, vel causæ cognitio: *not. Bar. in dict. l. quod jussit, q.* 13. De revocatione autem diffinitivè: *not. in dict. l. judex, & in c. qualiter,* 1. *de accu. vide styllo l.* 159.

ADDICION.

La Ley 4. tit. de los emplazamientos, lib. 2. de las Ordenanzas Reales, declara, que la señal ò emplazamiento del rebelde que no paresciere ante el Alcalde, no sea mas de seis maravedis: salvo si fuere costumbre de llevar mas, y que esta pena haya lugar, asi contra el reo, cómo contra el actor, y que esta señal en el lugar se pueda pedir à tercero, y en la tierra à nueve dias, y no se pida pasando el termino. Y la Ley 3. del dicho tit. pone à qué hora el que no viene cae en la pena, è pone un caso en que esta Ley no ha lugar. E vey la Ley 17. è 18. del dicho tit. que habla en la materia desta Ley. Concuerda con esta Ley, la Ley 8. de la 3. partida, tit. 7. è para la parte final desta Ley, hace la Ley 11. del dicho tit.

(c) SI ALGUN HOME HUBIERE QUERELLA. Et sic nota, quod citatio debet fieri parte petenti, alias non artaret citatum: *ut in l. ad peremptorium, de jud. & c. infrà quam tempus ac ter. l.* 2. *& not. Bal. in l. ubi decretum, ff. de officio pro consulis, & lega.*

(d) PAR EL SEÑAL. Scilicèt, citando eum personaliter si potest, aliàs ad domum; nota tamen, quando aliquis citatur ad domum: sic refferat nuntius, quia non invenit eum personaliter, & ideo citavi eum ad domum: & hoc in eum qui nunquam fuit ad judicium, secus si ad judicium ivisset, quia tunc sufficit postea ad domum citare: *ut in auten. qui semel, C. quomodo, & quando jud. cum in dolo præsumatur si ab est hoc not. Bar. in l.* 1. *ff. de libe. agnos.* nam qui semel fuit in judicio, si postea non com-

UVA. BHSC. SC 05749

del Alcalde fasta otro dia (*a*) luego que vaya facer derecho. E si la parte es home de fuera de Villa, venga à tercer dia facer derecho.

comparet præsumitur latitare, & ideo semper sufficit citatio ad domum: *ut not. Bart. in l.* 4. §. *prætor ait*, *ff. de damno infec.* Forma autem ambaxiate citationis est quod nuntius vadat ad domum citandi, & interroget: utrum citandus sit ibi, ut sic posset eum evenire, & si dicatur quod non, dimittat ibi litteras. Unde non est necesse quod perquirat pro eo per totam civitatem: sed satis est quod ad domum ista est *glos. singularis in auten. de exhi. reis*, §. *si vero*, *ut reffert Bal. in l. consentaneum*, *C. quomodo*, *& quando jud.* Est etiam notandum, quod si judex in facie monuit eum vel actorem præsentem, ista monitio habet vim peremptorij propter præsentiam judicis & partis monitæ apud acta. Nam præsentia & auctoritas judicis auget mandatum, & est majoris auctoritatis: quod proprie fit quam quod fit per imaginem: *ut tenet Bar. in c. consuluit*, *de offic. dele.* Et idem videtur si nuntius judice præsente ejus mandato citet præsentem partem apud acta: *ar. ff. de verb. obli. l. fi.* procurator præsentis quod est notabile *secundum Bal. in auct. cessante*, *C. quomodo*, *& quando jud.* Et circa hanc citationem nota, quod præco debet citare in vicinia: ita quod sentiant vicini & amici: *ut not. in l.* 4. §. *quotiens*, *& in l. si finita*, §. *Julian. ff. de dam. infec.* & debent citari amici in genere non nominatim: *ut not. ff. ex quid cau. in posse. e. l.* 2. *& l. hac auct.* §. 1. *& not. Bal. in auct. qui semel.*

(a) Fasta otro dia. De jure tamen antiquo si citatus est in loco ubi est judex: vel ibi de vicino vocandus est ad judicium litteris, vel nuntio per intervalla septemnorum, & binorum, & unius dierum: ita quod 19. dies compleantur: *ut* 5. *q.* 2. *c. præsenti.* Si verò sit in alia civitate vel loco, non multum remoto datur mensis, & amplius dabitur propter justum impedimentum: *ut* 4. *q.* 5. *c. quisquis*, *&* 5. *q.* 3. *c. si ægrotans.* Si autem est valde remotus citabitur tribus ædictis, pro uno peremptorio pro omnibus: *ut ff. de jud. l. ad peremptorium*, *cum l. seq.* 24. *q.* 3. *c. de illicita*, *& alleg. l. consentaneum*, *& l. tres denunciationes*, aliter autem facta citatio: quam ut hic continetur de jure nostro: vel ibi de jure antiquo non valet, nec citatus cogitur respondere si venerit: *ut c. vocatio* 5. *q.* 2. §. *fi. & notat Spec. tit. de citatione*, §. *nunc de tempore in princ.* Circa quod notandum est: quod peremptorium mitti non debet in prima citatione, vel præmaturè: *ut alleg. l. tres*, *& l. consentaneum*, *& auct.* qui semel ex causa tamen necessaria: vel propter distantiam viarum, vel si res celeritatem desiderat, potest peremptorium à principio mitti: *ut in l. contumacia*, *ff. de re jud. & Spec. eo. tit.* §. *viso de temporum*, ℣. 1. Circa quod est notandum: quod cum est citandus tyrannus, vel alius qui est terribilis, citanti sufficit una citatio: *ut not. Jo. An. in c. non minus*: *de immun. Eccles. ut reffert Bal. in lib. feu. tit. de mil. vassal. qui contumax est*, *c.* 1. Item nota, quod quando fit citatio viva voce, ad domum debet intervenire vocitatio, id est, alta voce locutio ut quilibet astans valeat audire, ut est *tex. notabilis in l. diffamari. C. de in ge. & manu. ibi vocitasse secundum Bal.* Est etiam notandum, quod peremptorium potest mitti bis, ter, & quater ad maliciam convincendam: vel de gratia si judici expedire videtur non tamen cogitur ad hoc: *ut c. prout*, *& c. cum olim de dolo*, *& contu. & ff. de judi. l.* 2. *& l. & post*, *& l. nonnunquam*, *& de offi. dele. consuluit.* Sed circa hanc materiam nota quod si quis est citatus ad totam causam quod placet *Inno. & Jo. An. in c. auditis de Procur. & in alle. decre. consuluit ad fi.* quod sine alia citatione ad ulteriora: etiam ad sententiam procedi possit quod intelligit Hosti. quando in citatione judex comminatus fuit se etiam diffiniturum primum tamen dictum limitat verum *Jo. An. in addi. Spe. tit. de citatione*, §. *viso. ver. Item licet in die*: ut reffert *Dominicus de san. gemi. sup. glos. c.* 2. *de dolo*, *& contu. lib.* 6. ubi tenet quod citatio ad totam causam potest fieri: quando judex citat habentem domicilium valde remotum à suo tribunali: ut patet in Curia Romana, & in le-

UVA. BHSC. SC 05749

E qualquier de los contendores que al plazo no viniere, (*a*) ò no enviáre como debe, peche cinco sueldos (*b*) para el Rey, è otros

legato quoad totam provinciam sibi commissam. Idem in Archiepiscopo quoad causas sibi in provincia extra dioecesim commissas, vel devolutas, quia tunc cum esset difficile ad quemlibet particularem actum absentem citare, debet citatio præmitti ad totam causam in principio judicij de Procura. auditis: *de rest. inte. cum ex litteris de dolo*, *& contu. cum olim.* Si autem esset locus propinquus, tunc requiritur multiplex citatio ad quemlibet actum: quia tunc cessat difficultas. Item, in eo quod dicitur, quod sufficit una citatio ad omnes articulos quoad hoc, ut amplius non citetur fuerunt opiniones: finaliter *Bar. in extravaganti ad reprimendum* super verbo per ædictum quasi circa finem distinguit, quia aut citatio fuit facta simpliciter, ut compareat super tali negotio responsurus: & tunc veniendo satisfacit primo termino, & si postea recedat, iterum est citandus: *ut in auct. ei qui c. de bo. auct. judi. po.* Si autem citatio fuit facta magis extense dicendo quod veniat responsurus super tali negotio, & ad procedendum super eodem, & super tota causa: & tunc oportet quod stet in conspectu judicis donec finiatur: & si recedat à civitate negotio nondum finito sufficit mittere præconem per civitatem, & si non comparet procedatur, etiam si non sit in civitate: *ut l. si eo tempore*, *ff. de distract. pig.* Aut recesserat, & erat contumax virtute primæ citationis, & tunc idem: quia ex quo erat taliter citatus debebat morari in ea civitate ubi erat curia secundum *Bar.* ibi, & pro ejus dicto est *tex. in c. si postquam*, *& ca. cupientes*, *de elect. lib.* 6. secundum dominicum, ubi supra.

(a) No viniere. Est tamen notandum, quod si citatus respondet non veniam, non oportet plus citari: *ut not. glos. in alle. l. tres denunciationes.* Et si dicat citatus se non facturum, vel venturum, non est expectandus terminus: *ut not. Hosti. & Jo. An. in c. irrefragabili de offi. ordi. & not. Bal. in lib. feu. tit. de vasallo mili. qui contumax est*, *c.* 1. & sufficit in tali casu una citatio. Est autem certum, quod non vult venire si dixit, nolo venire, vel omnino non veniam, vel nunquam veniam: *ut not. in alle. l. consentaneum.* Cum ergo respondet pertinaciter est in contemptum judicis, & est verissimus contumax, & non oportet, quod denuo citetur, nec ad contumaciam præsumendam, nec ad malitiam convincendam, quia de eo constat, juxta illud. Loquælla tua te manifestum facit, & alibi. Nullum est majus testimonium quam qualitas inspecta verborum: *not. Bal. in d. l. tres denunciationes*: imò plus est quod propter dictam contumaciam potest reus personaliter capi, & ad judicem duci, & hoc casu etiam in civilibus causis fit remissio personalis ad locum judicij inchoati, text. est singularis qui non est alibi *in alle. l. consentaneum*: regulariter tamen in civilibus non est incipiendum à captura, nisi propter rebellionem contumacis, ut nisi reus sit suspectus de fuga: *ut not. Cy. l. C. de appella. l. eos*, §. *penultim.* non enim debet talis suspectus citari verbo, ne ad fugam instruatur. Sed in criminalibus potest incipi à captura: *c. si Clericos de senten. excom. lib.* 6. *notat Bal. in dicta l. consentaneum.* Et sic not. quod propter fugam potest quis capi alia citatione non præmissa: *ut l. ait Prætor.* §. *si debitorem*, *ff. de his quæ in fraudem cre.* tamen debitum debet esse liquidum: & talis suspitio probatur per indicia, & argumenta: *ut l. non omnes*, §. *à Barbaris*, *ff. de re mi.* & super ista suspitione poterunt recipi testes reo non citato: & hoc est specialissimum, ne fuga instruatur: *ut not. Bal. in alleg. l. consentaneum.*

(b) Cinco sueldos. Reffert hic Vincent. quod hodie sunt sex morabetini: *ut foro novo*, *tit.* 1. *l.* 4. *& solidi* de quibus loquitur hæc lex sunt argentei: *ut foro juz. tit.* 1. *l.* 17. & sic nota unum remedium contra contumacem, scilicet per modum multæ, ut hic: *& l. multarum*, *de modo multan.* Item, punitur contumax per ædictum Prætoris: *ut l.* 1. §. *fi. ff. si quis jus. di. non opten.* Aliud remedium est, quia denegatur ei jurisdictio: *ut l. sed & si per Prætorem*, §. *sed si ff. ex qui cau. ma.* unde non solum

UVA. BHSC. SC 05749

cinco sueldos à su contendor (*a*) que viniere al plazo, ò que enviáre. E si aquel que no viniere, (*b*) diere escusacion (*c*) derecha por qué no vino, no haya pena.

Ley segunda.

SI algun home hubiere demanda contra otro que sea raygado, (*d*) demandele asi como dice el fuero: è si no fuere raygado, dé fiador al demandador quel cumpla fuero: è si fiador no le diere, vaya luego con él ante el Alcalde à facerle derecho. E si facer no

---

lum contumax repellitur à limine illius judicij in quo est contumax, sed à limine alterius judicij in quo non est contumax: quod intelligo inter easdem personas, si hoc Prætor discernit: quod est not. dignum secundum *Bal. in alleg. l. consentaneum.*

(a) A SU CONTENDOR. Et sic not. quod non potest purgari mora illius qui non offert expensas adversario: *ut l. & si post tres, ff. de cau.* ratio est, quia non comparet legitimè, cum ei claudatur judiciorum copia: *ut C. de judicijs, l. sancimus, ad hoc aut. de exhibend. re. §. si vero, & probat per duas ll. una l.* dicit, quod purgatio moræ dicitur emendatio: *de verb. obli. l. si servum, §. sequitur alia l.* dicit, quod emendatio non potet fieri nisi per refectionem expensarum: *ut C. de eden. l. edita actio*: ergo &c. & credit *Bal. in alle. l. & si post tres*: quod ista sit ita veritas, quod debeant refici expensæ, si sunt liquidæ: si autem non sunt liquidæ debet caveri: *ut ff. de statu lib. l. statu libe. hoc idem notat Bal. in auten. qui semel supra alleg. quod not.*

(b) QUE NO VINIERE. Sed licet venire non possit: debet tamen Procuratorem mittere, nisi sit causa civilis ultra relegationem: ut scripsi *supra lib. 1. tit. de los Prisioneros, l. 7.* vel nisi sit ardua causa in qua non cogitur Procuratorem constituere: *ut in c. quærelam de Procurato.* ut videlicet, si causa sit administratione, vel tutela vehementior: *ut c. de procura. l. fi.* causa autem consideratur magna respectu personæ: nam unus porcellus est rustico oculus suus: *ut ff. de offi. præsi. l. illicitas, §. ne tenuis not. Bal. in l. fi. C. de sen. ex peri. reci.* In his tamen arduis debet citatus excusatorem mittere, vel si legitimum habeat impedimentum: *ut not. in alle. c. quærelam, & notabiliter in c. cum dilecti, de dolo, & contu. ubi vide glos. magistralem.*

(c) ESCUSACION DERECHA. De his legitimis impedimentis vide plenè: *ff. si quis cau. l. 2.* & quod not. *in alle. c. cum dilecti de dolo, & contu. & Spec. tit. de citatione, §. 1. ℣. item quod valetudine*: cum alijs versiculis sequentibus: *conc. cum hac l. 3. part. tit. 7. l. 8. & l. 9.* ubi vide legitima impedimenta ad excusationem citati.

ADDICION.

Vey la Ley del estilo, que es 29. que declara, que si uno fia à otro, ò lo face abonado, como queda obligado, si se vá aquel à quien fió.

(d) SI ALGUN HOME: QUE SEA RAYGADO. Intellectus istius legis, & infra tit. de las ferias: *l. 1. juncta l. 3. & 7. infra tit. de las testimonias* patet ex dictis sequentibus. Si quærimus an reus in judicio vocatus debeat cautionem præstare, & quam, distingue, aut quærimus de reo immobilia possidente, aut non possidente. In primo casu non tenetur satisdare: quia cum possessio immobilium succedit loco satisdationis: satisfactum est legi, eo ipso quod quis possidet immobilia: *ut ff. ad Carbo. l. de bonis, §. qui pupillo.* Et hoc credit *Bal. verum in l. sciendum, ff. qui satisda. cog. licet tex. in §. sed hodie, insti. de satisda. videatur hoc committere arbitrio judicis.* Quod etiam satisdici posset. Et hoc intelligo verum, tàm in civili, quàm in criminali: ut hic in principio, *& infra eo. tit. l. 4. in prin. & infra tit. 8. l. 3.* ibi dum dicitur. Este sobre su raíz, &c. Et hoc etiam credo verum si possideat immobilia usque ad concurrentem quantitatem contentorum in petitione: ut innuit *ista l. & no. Vincent. Arie. infra tit. 5. l. 1.* licet hoc fal-

UVA. BHSC. SC 05749

lo quisiere, recaudelo (*a*) por sí, si pudiere, è si no, digalo al merino, ò al Juez, à qualquier de ellos que tubieren su lugar. E aquel à quien lo dixiere, recaude lo de guisa que él faga derecho, è si facer no lo quisiere, y el demandado se fuere, peche la demanda que habia contra el demandado, porque no gelo quiso recaudar.

---

fallit in casu ibi expræsso. Sed certè licet quantitas immobilium non sit æstimatio commensurabilis ad id quod petitur; sufficit tamen quod sit talis, & tanta, quod cesset suspicio fugæ, quod arbitrio judicis relinquitur: *ut not. Bal. in alle. l. sciendum*, ubi not. ipse quod talis possessio immobilium debet esse in loco judicij: *ut est glos. notabilis, C. de pri. age. in rebus, l. fi. lib.* 12. Per quam inferas ad similem quæstio. quod excusio bonorum dicitur legitimè facta, licet non sit facta de bonis possessis extra territorium: quia possessio illorum bonorum non reputat debitorem idoneum in loco judicij, propterea sicut non est excutiendus reus alterius domicilij; ita nec res alterius domicilij arguendo de personis ad res: *ut c. de fidejus. aut præsente quod tene menti secundum Bal. in dicta l. sciendum*. Et sic not. quod non possidens immobilia, præsumitur fugitivus, quod restringit Bal. ibi quoad necessitatem satisdandi de judicato solvendo; non tamen quoad alios effectus, putà de captura personæ. Nam illius suspitionis debet inesse causa, scilicet judicium fugæ, & in hoc multum ponderatur qualitas personæ: *ut not. in l. si fidejussor. §. fi. ff. qui satisda. cogun. & Bal.* ubi supra. Sed licet in crimine accusatus immobilia possideat: de consuetudine hujus regni, quæ est rationabilis, & justa in causa criminali, cum accusatur, vel contra eum proceditur, incarceratur, habita tamen aliquali informatione de delicto, ne fugam arripiat, ut notabiliter *Bar. & Salice in l. nullus, c. de exhi. & trasmi. reis*: aut non habet immobilia, & tunc aut quærimus in causa civili, aut in criminali. In primo casu subdistin. aut debitum super quo impetit, est liquidum, & manifestum, aut non. In primo casu requiritur, quod det pignora, vel fidejussorem de solvendo, *ut dicta l. infra eo. lib. tit.* 8. Aut non est liquidum, & tunc sufficit, quod det fidejussorem judicio sisti: ut hic dum dicitur: que cumpla el fuero: *& insti. de satisda. §. hodie.* Nec sufficit juratoria cautio, nec nuda promissio in persona, ut ibi dicitur. *Et not. in alle. l. sciendum*: quia de foro nostro fidejussoria requiritur vel pignoraticia: ut hic vides: *& in ll. supra allegat.* De actore autem qualiter satisdet, hic non tangitur, sed vide *Ci. & Bart. in l. generaliter. C. de Episco. & cle. & Jo. An. & Dominicum in c.* 1. *de dolo, & contu. lib.* 6. Aut in causa criminali: & tunc aut quærimus ante probationem delicti, & tunc sufficit fidejussoria cautio judicio sisti: *ut infra eo. l.* 4. etiam si immobilia non possideat, aut postquam delictum est probatum, & tunc requiritur incarceratio: *ut d. l.* 3. *tit.* 8. *infra eo. lib. de consuetudine tamen hujus regni* hoc non servatur in causa criminali: imò statim cum accusatur, vel denunciatur quis de maleficio, statim custodiæ traditur, habita aliquali informatione juxta formam: *allegat l. nullus, & l.* 1. *ff. de custo. reo. concor.* 7. *part. tit.* 1. *l.* 16. *& styllo, l.* 231.

(a) Recaudelo por si. Vide quod scripsi infra libro 3. *tit. de las deudas, l.* 12. Item nota, quod satisdatio judicio sisti, (de qua hic dicitur) habet locum, quando non est consultum actori contra reum, qui non vult assistere in judicio, nec litem contestari: *ut l.* 2. *qui satisda. cogun.* Sed quia hodie de jure regni potest contra eum in ejus contumaciam procedi ad diffinitivam sententiam: ut l. ordinationis de Alcalá los rebeldes: ergo videtur hodie ista satisdatio supervacua.

ADDICION.

Vey la Ley 1. *tit. de los Emplazamientos, lib.* 2. *de las Ordenanzas Reales, que manda, que no se dén cartas de emplazamiento contra Concejo, salvo en los casos contenidos en la dicha Ley: Y en quanto esta Ley pone pena à los* que

UVA. BHSC. SC 05749

Ley III. Del que es metido en Pleyto, ò en tregua de Concejo, è no viene al plazo, ò fuyere.

TOdo home que fuere metido emplazo, ò en tregua (*a*) de Concejo por los Alcaldes, ò por los fieles que pusiere el Concejo, è no viniere al plazo, peche cada dia cinco sueldos à los fieles, fasta que venga dar derecho, è recebir derecho sobre aquello que fue emplazado, è todavia que esté en tregua; è si en este comedio firiere, peche cien maravedis: el tercio al Rey, y el tercio à los fieles, y el tercio al ferido, porque quebranta la tregua. E si no hubiere de que lo pechar, cortenle el puño: E si de la ferida perdiere miembro, peche el coto del miembro demás de esto: è si matáre, muera por ello: E si alguno se ascondiere, que los fieles no lo pueden meter emplazo, sea pregonado: è si despues que fuere pregonado, no viniere entrar emplazo, y sobre esto firiere, ò matáre, haya la pena de esta Ley. E ninguno que fuere metido emplazo, no aduga consigo mas de cinco homes, y él sexto: è si demás aduxiere, peche veinte maravedis, la meytad al Rey, è la meytad al Concejo, y à los fieles. E si demás vinieren, y de aquellos cinco de cada parte, è no se quisieren ir por mandado del Alcalde, peche cada uno diez maravedis: la meytad al Rey, è la meytad al Alcalde: è si alguno firiere al fiel sobre esta razon, haya otra tal pena, qual habrie si firiese à aquel con quien entró en el plazo, asi como sobredicho es en esta Ley.

que quebrantan tregua. Vey la Ley 3. tit. de las penas, lib. 8. en las Ordenanzas Reales, que pone, que el que quebranta tregua, ò seguro, es caso de aleve, è la meytad de sus bienes se aplican à la Cámara del Rey. Vey la Ley del estilo, que es 166. que pone, que si Concejo litiga, è ha sentencia en su favor, cómo se han de tasar las costas.

(a) TOdo home. Tregua quæ est securitas præstita rebus, & personis, discordia nondum finita: *ut not. glos. in c. 1. extra de tre. & pace*: & ista tregua de qua in ista lege est legalis, qua etiam lætantur mercatores, & rustici euntes, & redeuntes, & in agricultura existentes, & animalia, & cætera: *ut in c. 2. de tregua, & pace, & c. si quis Romipetas, & c. paternarum 24. q. 3.* Et dicitur tregua, quasi tenens guerram. Pax vero est finis discordiæ, quæ debet haberi in voluntate, sed guerra in necessitate, unde velamus, ut pacem habeamus: 23. *quæst. 1. nisi bella. & c. noli. de quo Tullius l. 1. de officijs.* Item nota, quod pax debet esse bona & perpetua. Nam pax, in qua latent insidiæ, est propriè dolus: » unde Augustinus, de » Civitate Dei, quamdiu cum vitijs pug» natur, vera pax non est: « *not. Bal. lib. feu. rub. de pace juramento firmanda, & servanda*, §. 1. quæ sit pœna frangentis treguam: vide foro novo, tit. fin. l. las treguas. Et pœnam frangentis pacem vide *7. part. tit. 12. l. fi.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, una Ley del estilo 22. Concuerda con esta misma Ley 46. del estilo. Concuerda con esta Ley, la Ley 7. tit. de los asentamientos de la 3. part. Concuerda la Ley 9. è 10. de las Ordenanzas Reales, lib. 3. tit. 2. è vey en el dicho tit. la Ley 12. con otras 6. Leyes del dicho tit. que pone, cómo se ha de proceder en la Corte en las cau-

UVA. BHSC. SC 05749

Ley IV. En qué manera deben proceder los Jueces, contra el que fuere acusado sobre muerte, ò otra cosa que merezca pena de muerte.

Si algun home fuere demandado sobre muerte de home, (*a*) ò sobre otra cosa que merezca muerte, (*b*) emplacelo (*c*) el Al-

---

causas criminales contra los delinquentes: vey una Ley del estilo, que es 148. que pone los plazos que han de haber los que son acusados sobre fecho de muerte, è cómo ha de proceder el Juez à sentenciar.

(a) Si algun home sobre muerte de home. Causa namque quæ in libello accusationis exprimitur, debet esse talis, quæ de sui natura inferat justum esse quod petitur: *ut not. Innoc. in c. causam quæ de rescriptis, & in c. dilecti de libelli obla.* Non ergo admittitur accusatio propter levem causam, si concludatur quod propter illam absens debet mori: quia justum non est quod petitur. Item not. quod accusatio dicitur inepta pluribus modis. Primo, quando non infert conclusionem de jure, nec de facto: ut videt, quia minxisti ad parietem, ut in juribus in principio *alleg. & not. in l. 1. ff. de eden. & in l. 2. §. circa, de doli excep.* Secundo, quando continet apertam rei defensionem, ut accuso te, quia occidisti bannitum: *ut not. C. de accus. l. reos, & probatur C. de his qui ad Eccles. conf. l. servus, & ar. C. de libe. causa, l. cum præc.* Tertio, quando apertam continet actoris calumniam: *ff. de bo. lib. l. qui cum major, §. si patris, & Innoc. in c. 1. de offi. vica.* Quarto, quando continet apertam lapsus temporis præscriptionem: *ff. de adult. l. accusaturus.* Et not. quod ubi libellus est ineptus secundo modo, sive propter omissionem modi, & formæ substantialis: *ut l. libellorum*, sive propter alias ineptitudines prædictas, bannum latum, tanquam in contumacem non valet, nec dicitur contumax esse confessus maleficium: *ut not. C. de jura. c. l. fi. §. sin autem reus, & ibi Bal. & Sali.* & si non valet bannum, non valet subsequens sententia, quæ fundatur in banno: *ff. de re jud. l. si cum nulla*, quia non meretur executionem sententia, quæ est ipso jure nulla: *ff. de ferijs, l. si feriatis, ff. de jud. l. si prætor. in fi. ff. de re jud. di. l. 4. §. condemnatum, ut reffert Bal. in addict. Spec. tit. de accusatore, §. 1. ver. & not. quod accusatio.*

(b) O sobre cosa que merezca muerte. Non enim extenditur ad alios casus cum ista lex exorbitet à jure communi: quo cavetur, quod absens nemo damnetur, quia divinæ, & humanæ leges hoc prohibent: *ut c. absens, 3. q. 9. & per totum, & ff. de pœnis, l. absentem: quia merita causarum, &c. ut l. fi. C. si per vim, vel alio modo, & C. de accus. l. absentem*, & casus omissus remanet dispositioni juris communis: *not. Bar. in l. si cum dotem, ff. sol. ma.* & hoc verum nisi in casibus specialibus, qui notantur per *Bar. in §. ad crim. l. pe. ff. de pub. jud.* sed de jure communi si pœna erat major relegatione bona absentis propter contumaciam annotabantur: & si erat relegatio, vel minor poterat ad diffinitivam procedi: *ut not. in l. 1. C. de requi. reis, & licèt ista l. sit contra jus commune*, tollerat tamen in casu in ea tantum expræsso secundum leges hujus Regni, cum quibus concordant statuta Italiæ, quæ hoc disponunt, in quibus permittitur absens contumax haberi pro convicto, & confesso: *ut not. Bar. in l. quæstionis, & in l. divus, ff. de quæst. & Spec. tit. de accus. §. sequitur, circa princ. & Jo. An. ibi in addict.* cum loquitur de Italica consuetudine, & in casibus generalibus prohibitis non concessum remaneret sub clausula prohibitionis: *extra de transla. c. 2. & c. consuluisti, 2. q. 5. & c. amputato, 25. q. 2.* Sed licèt hoc sit verum de jure secundum verum intellectum hujus legis de consuetudine tamen extenditur ista lex ad omnes causas criminales, ubi criminaliter agitur, & potest esse ratio, quia si hoc licèt in crimine mortem ingerente, à fortiori in alijs minoribus, & sic practicatur.

(c) Emplace. Per aliquem de modis: *infra eo. tit. lib. 6. expræssis.* Et not. quod in tali citatione non requirit, quod tenor accusationis inseratur, sed sufficit quod dicatur sibi quod veniat respon-

UVA. BHSC. SC 05749

calde, (*a*) que venga ante él (*b*) fasta nueve dias, (*c*) si fuere ray-

---

ponsurus accusationi talis, &c. *ut plenè not. Cy. in auct. offeratur, C. de litis contest. & Bar. in l. inter accusatorem, ff. de pu. ju.*

(a) El Alcalde. Intellige etiam si non sit major sed locum tenens: *ut suprà eo. fol. lib.* 1. *tit. de los Alcaldes, l.* 5. *licet Doct. signanter Bal. tenent contrarium in auct. sed novo jure, C. de servis fugi.*

(b) Que venga ante el. Scilicèt, personaliter, quia causa criminalis in qua requiritur personalis comparitio: *ut in c.* 1. *de judicijs, lib.* 6. *& in alleg.* §. *ad crim.*

(c) Fasta nueve dias. Prima pars hujus legis ut differat à secunda habet locum, cum quis personaliter citatur, & verbaliter in loco in quo realiter per capturam non potest citari, de qua reali citatione tractat *Cy. in auct. qui semel, C. quomodo & quando jud.* ut si est in loco incantato, vel privilegiato, ubi non potest realiter citari, sed verbaliter in personam propter jurisdictionis perturbationem, quæ inde contigeret: *ut Dominic. plenè in c. Romana*, §. *contrahentes de foro comp. lib.* 6. ut si est in Ecclesia in qua verbaliter potest citari, etiam per nuntium: *ut in l. præsenti, & ibi Bar. C. de his qui ad Eccles. confug.* Idem si est in alio loco, ubi citatio potest ad eum pervenire.

(c) Fasta nueve dias. Nota quod de jure dies dati termini non computatur in termino: *ut not. glos. in c. super eo.* 2. *de appel. & not. glos. in c. frequens, de rest. spol. lib.* 6. *& glos. fi. ff. si quis cauti. l.* 1. *& not. Bal. in l. Gallus, circa princ. ff. de lib. & post.* Est tamen notandum circa hoc, *secundum Bal. in l. eos*, §. *si autem C. de appel.* quod quidam est terminus uniformiter terminatus, ut hebdomada. Quidam est terminus difformiter terminatus, ut mensis. Quidam est terminus derivatus per dies, ut 9. dies, ut hic. Et tunc quæro, an prima dies computetur cum termino, & est distinguendum, aut assignatus terminus terminatur in principio, & in fine: aut est dubium primo casu si verba dicunt ab hinc, vel ab hac hora, fit computatio de momento ad momentum: *ut alleg.* §. *si autem.* Si autem verba dicunt ab hac die ut hic, quod tunc incipit terminus currere, elapsa illa die, & non ante, quia dictio à & ab est separata, ita dicunt advocati *per l. ratio: in fi. de act. em. & not. per Cy. C. de nup. l. à caligato, & not. glos. in cle. sicut de appel. quæ glos. non dicit* quod illa pars diei computetur in termino, sed accedit loco ejus cui præfigitur terminus quasi dicat, quod si spontè velit non impeditur, quod enim contra *Paul. de Leaza, ibi.* secundo casu quando est dubium: ut quia assignatur alicui terminus novem dierum, & dubitatur, utrum dies assignationis computetur in termino, & tunc aut assignatur à lege, aut ab homine, aut in alia dispositione contractus, vel in ultima voluntate. Primo casu aut lex ultra progreditur, & fraudat legis statutum: *ut in c. pia. de excep. lib.* 6. *& in c.* 1. *de rest. spol. eo. lib. aut l.* non procedit ultra declarando, & tunc per æquitatem scriptam illorum capitorum dico idem, quod non computetur in termino, quia mitius agitur cum l. & in benigniorem partem. Si vero terminus assignatur à judice, tunc reffert, aut assignatur absenti, & non computatur in termino: *ut l.* 1. *ff. si quis cautio, aut assignatur præsenti,* & tunc computatur de momento ad momentum, quia non est nostrum extendere, & quia ista computatio est rationabilis & perfecta, nec permittitur aliquid de tempore: *ar. d.* §. *si autem, & quod not. in auct. hodie, C. de appel. & Pau. in d. c. frequens*, ubi dicit quod si illud non fuisset expræssum, quod illa dies computaretur ad hoc 18. *q.* 2. *c. prid.* 88. *dist. perlatum*, & not. quod dies termini debet computari de stricto jure de momento ad momentum. Tertio casu idem puto, quod fiat computatio de momento ad momentum, ut nihil de tempore perdatur per id quod *not. Jo. An. in c. super eo.* 2. *de appel.* Si vero terminus est informis putà, mensis: cum dies unius mensis non sunt tot quot alterius mensis, & tunc aut mensis exprimitur per unum proprium, ut mensis Januarij, & tunc certum est quot dies habet per certitudinem certi nominis: *ut ff. de verb. sig. l. cum visextus.* Aut exprimitur mensis per

UVA. BHSC. SC 05749

gado: *(a)* è si no fuere raygado, recaudenle los Alcaldes del lugar, que faga derecho por su cabeza, ò por fiador *(b)* si lo hubiere, asi como manda la Ley: è si el emplazado fuere raygado, è no viniere al plazo, los Alcaldes, ò los que fueren en su lugar, recau-

---

per nomen appellativum, ut cum dicitur assigno tibi unum mensem, & tunc intelligitur indistinctè de 30. diebus: *ut l. fi.* §. *fi. C. de jure deli.* de hoc dicam infrà super parte, fasta un mes: hoc *not. Bal. in alleg.* §. *si autem*, ergo cum à lege sit iste terminus 9. dierum assignatus per dictionem usque, incipit currere, elapsa illa die, & non ante per jura super jus allegata.

(a) Si fuere raygado. Nam immobilia possidens præsumitur non fugere: *ut plenè not. suprà eo. tit. l.* 2. & dic ut ibi scripsi.

(b) O por fiador. Habui quæstionem de facto, quam in terminis ponit *Jo. An. in addict. Spec. tit. de accus.* §. *sequitur videre*, pone quod Titius promisit aliquem præsentare judici ad suam voluntatem sub certa pœna. Ille demum per judicem fuit captus, & postea circa carcerem aufugit, quem judex à Titio repetit, vel pœnam si non præsentat, quæritur an teneatur, & distinguitur, aut ex causa qua tenebatur Titius illum præsentare pervenit in fortia judicis, & tunc liberatus sit, quia non reffert, quod & qualiter fiat dummodo fiat: *ff. de cond. inst. l.* 3. *& mand. l.* 3. Solum enim ejus quod debetur: *& c. inst. qui mo. tol. oblig. in princ.* Si verò ex alia causa, quia aliud maleficium commisit, & propter illud captus aufugit: nulla sub est causa quare sit obligatio dissolvenda. Est tamen notandum, quod si Titius hoc casu fuit coram judice, dum ille captus erat, & protestatus fuit quod habebat illum pro præsentato, & se ex promissione amplius nolle teneri videtur tutus, licet ille postea fugiat, quia talis protestatio prodest: *ff. de neg. ges. nensenius, C. de Episc. & Cler. auten. si captivi*, adjuvatur hoc dictum quia certum est, quod eo casu quo jam captus erat, non poterat præsentari actualiter, præsentavit ergo ut potuit, scilicèt, verbaliter: *hæc Jo. An. ubi suprà hoc approbat Barbarius notabiliter super rubrica de fidejusso.* Item, reffert hoc *Vincen.* quod hoc de facto non servatur, quia est contra jus: *ut 7. part. tit.* 1. *l.* 16. maximè in criminibus arduis de quibus loquitur *l. ista*, *ut l.* 1. *ff. de custod. reo*, & licet ista lex in aliquibus locis observetur ad istam satisdationem evitandam, sufficit quod immobilia possideat in centum morobetinos auri: *ut not. in l.* 1. *in eo. lib.* 2. *tit.* 8. *l.* 3. Circa quod not. quod si pro crimine venit imponenda pœna pecuniaria, si quis invenerit fidejussorem idoneum de eo repræsentando, non debet ad carcerem duci: *ut ff. in jus vo.* ut eant, aut caveant, *vel satis. in rubro*, *& in nigro*: *& in l.* 1. & sic potest uno modo intelligi ista lex unde inventi cum armis non debent duci ad carcerem si dant idoneum fidejussorem de repræsentando se: *ut not. Bart. & Bal. in l. sed & is*, *ff. de in jus vo.* Si autem non invenit fidejussorem, tunc si est masculus, debet detineri per *l.* 2. *C. de custod. reo.* Si vero est fœmina, non est detinenda, sed suo juramento relaxanda desistendo juri: *ut est text. not. in auten. novo jure*, *C. de custod. reo.* Est tamen notandum, quod in causa capitali reus est detinendus, donec per publicationem processus appareat eum esse absolvendum, nec amplius debet detineri per text. expræssum: *C. de exhi. reis in l. nullus*, *in fi. in verb. donec repetit*, qui text. est ad hoc multum singularis: hoc notat *Bal. in alleg. l. sed & his.* Est tamen notandum, quod si accusati dant pignora in communi, ita debent relaxari pignoribus, ac sic darent fidejussores: *ut l.* 1. *ff. qui satisd. co. Idem not. ff. de præto. stipul. l. prætoriè*, *& in auten. de exhi. reis*, §. *susceptum*, *licet contrarium*, *not. C. de litis contes. auten. offeratur*, *& ff. de re jud. l. in ea.* §. 1. *tamen primum tenent Bar. & Bal. in alleg. l.* 1. *qui satis. cog.* Conclude ergo, quod in causa criminali in qua pœna mortis, vel afflictura personæ venit infligenda, non potest fidejussor accedere, etiam si consuetudo sit contraria. Hæc est conclusio *Bar. in l. si quis reus*, *C.* de

UVA. BHSC. SC 05749

denle (*a*) toda su buena mueble y raíz por escrito, y emplacenlo de cabo otros nueve dias. E si viniere facer derecho, peche las costas al querelloso, quales juráre el querelloso, segun el alvedrio de los Alcaldes; è despues, por el despreciamiento, peche cinco maravedis al Rey, è cinco à los Alcaldes, è cobre su buena. E si al plazo segundo no viniere, peche la pena segun que manda la Ley de homecillo, y emplacenle la tercera vez à otros nueve dias; è si no viniere, denlo por fecho; è si viniere al tercero plazo, sea oido sobre aquello que le es puesto, si lo fizo ò no; mas no cobre la pena sobredicha en que cayó por su culpa: è si alguno de estos, quier sea raygado, quier no, los Alcaldes no le fallaren en el lugar, (*b*) ò en la tierra que ellos han de juzgar, fagalo prego-

---

de custod. reo, *juncta glos. c. cum homo* 23. *q.* 5. *& sic servatur*, an & quando criminosus incarcerari debeat: *vide Hen. in c. ex rescripto de jurejur.*

(a) Recauden toda su buena. Hic enim est unus casus in quo habet locum sequæstratio, scilicèt, propter contumaciam citati non venientis in causa criminali, cum sit generaliter prohibita: *ut in l. unica*, *C. de prohibita sequæstra.* causaliter autem est permissa, hic autem est permissa de jure: *ut in l.* 1. §. *si super*, *ff. de colla. bo.* & hic fit sequæstratio causa custodiæ, ut tædio affectus reus veniat responsurus: *ut c. quoniam frequenter.* Non tamen credo, quod per hanc sequæstrationem possidens desinat possidere: *ut ff. de verb. sig. l. sequæster*, *& c. licet*, *ff. depositi eo*, quia est necessaria, non voluntaria: *ut l. æquissimum*, *ff. de usufruct.* Et ista sequæstratio fit statim, postquam accusatur, post citationem tamen, ut hic: *& not. Cy. in l.* 1. *C. de requi. reis.* Olim tamen fiebat annotatio bonorum ipsius accusati, in gravibus tamen criminibus, propter quæ quis bona amittebat propter crimen: *ut d. l.* 1. *C. de requi. re.* non tamen fit hic ista annotatio, in alijs casibus ne gravior sit interlocutio quam diffinitiva: *ut not. Cy. in alle. l. cum absenti de requi. re.* de jure tamen communi non habet locum talis annotatio: *ut in auct. bona præscriptorum. C. de bo. dam.* Ista autem est sequæstratio non propriè annotatio: *ut Cy. plenè in d. auct.* Circa quod not. quod licèt fiat sequæstratio, vel annotatio bonorum, quæ habet in illa civitate vel loco, non tamen fiet in bonis, quæ extra territorium habet ipse bannitus: *ut l. si quis ingenua*, §. *exulibus ff. de capti. & not. in l. cunctos populos. C. de sum. trin.* etiam si esset condemnatus ad amissionem bonorum non extenditur talis condemnatio ad bona alibi sita: ut in juribus supra allegatis quod est menti tenendum: hoc tenet *Pet. de Ancha. in cle. Pastoralis*, *de re jud.* vide quod ipse not. *in c. Pastoralis de privile. in fi. suæ lecturæ*: secus est in missione in possessionem ratione contractus: ut not. Dominicus plenè *in dict.* §. *contrahentes op.* 2.

(b) E si alguno: no fallaren en el lugar. Requiritur ergo in hac secunda parte hujus legis quod post accusationem propositam reus requiratur in loco: & jurisdictione Judicis mandato, & antequam absens citetur fiat informatio fugæ, & absentiæ: ut ista lex innuit. nam fuga inducit præsumptionem de loco commisso: *ut not. in auct. de exhi. reis*, §. *quia vero in glos. col.* 5. *not. Cy. C. de ju. juran. l. in bonæ fidei*, *q.* 5. *& ibi glos. & Bar. ff. de suspect. tu. l. impuberibus*, §. 1. *& ff. ad Sabi. l. lex Cornelia*, *& ff. de ju. juran. l. admonendi*, *& Jod. An. in addi. Spe. tit. de præsumptio.* §. 2. *ver. violentam*, *& in eo. foro*, *& lib.* 2. *tit. de las testimonias*, *l.* 3. *in fi.* & propter talem fugam quis efficitur suspectus; & talis suspitio secundum aliquos sufficit ad condemnationem, quod est verum ubi suspitio habetur pro delicto, ut in tutore: & quoniam fuga habetur pro delicto: *ut c. de deserto. l.* 1. §.

UVA. BHSC. SC 05749

nar, (*a*) y decir en su casa (*b*) do moraba, que venga fasta un

§. *secus*: *ut not. Bar. in l. impuberibus*, §. *fraus supra all. facit. C. de omni agro deser. l. licitum*, *lib.* 11. *& in auct. de exhi. reis*, §. *si vero etiam quid col.* 1. *& ibi Jac. de Bel. & c. de ju. jur. l. in bonæ fidei*, *& ibi gl. & Cy. & Bar. in all. l. lege Cornelia*, *& Bal. in l. non hoc in fi. C. unde legi. & Jo. Faber inst. de suspec. tu.* §. *si quis*: & ideo ista informatio debet præcedere istam citationem, ad hoc quod constituatur in contumaciam, ut condemnari possit: alias enim sola citatio non talis esset sufficiens contra absentem: quia contumacia non esset vera: sed esset quædam cessatio, & nuda, sive tacita contumacia: ut reffert *Sali. in l. si accusatoribus*, *op.* 2. *c. de accu. & si officialis.* Judicis mandato non invenit delinquentem fidem faciat judici; ut judex inquirat: an abest à civitate: ut dixi, juxta doctrinam *Bar. in l. dies captioni*, §. *Prætor ait ff. de dam. infe. quoniam fuga facit haberi fugientem pro confesso*: vide casum *in l. consiliarios. C. de assesso. offi. & ibi Bar. & vide eum in l. lex Corne. ff. ad Sabi. & in l. admonendi de ju. jur. & in l. in capitalibus*, *ff. de bonis eorum qui ante sententiam*, *&c. & per Sali. in l.* 1. *c. de raptu virg.* Conclude ergo quod licet sola fuga inducat suspitionem de delicto, propter talem tamen suspitionem non subjicit fugiens torturæ *per l. milites*, *C. de quæst.* ubi ad torturam requiruntur argumenta, sive indicia in plurali; & est ratio; quia fuga non respicit directè delictum; sed tuitionem personæ: licet aliqui Judices contrarium faciant: *not. Jo. An. in addi. Spe. tit. de præsumptione*, §. *spens.* ℣. 2. dubitatur tamen, an cum quis fugit à carcere propter delictum sit citandus, *& Jo. An. in addic. Spe. tit. de præsump.* §. *expen.* tenet quod non sit necessaria citatio *per decre. eum qui de dolo*, *& contu. lib.* 6. ubi patet contumacem, qui appellavit etiam ad sententiam non citandum: ratio, quia appellando protestari videtur, se de cætero nolle comparere: & si hoc operatur verbum appellationis, fortius hoc operari debet fuga carceris, vel attestationis, etiam in facto consistens, cum plus sit factis demonstrare, quam verbis dicere: *de app. dilecti in glos.* 3. Item, si verum est, quod sine appellatione dicens se nole venire, sit manifestus contumax: & ulterius non citandus per decret. *venerabilibus de sen. excom. lib.* 6. §. *secus*: nec audiendus appellans: *ut in Cle. si autem*, *de dolo*, *& contu. fortius* sit dicendum in fugiente à carcere: sic tenet *Jo. An. ubi supra*: an fugiens à carcere habeatur pro confesso? vide notata per Doc. signanter *per Barba. in c. nullus de præsum.* Nota incidentèr, quod si sit inchoatus processus de vulnerato morte secuta; ex illo vulnere processus ille finitur: & debet inchoari novus processus de occiso: quod probat *tex. in l. si vulnerato*, *ff. ad l. Aquil. quod est utile.* Nam secundum hoc fidejussores primi processus à modo non tenentur: quod disputando tenuit *Jac. de Bellapertica in quæstione quædam quæ incipit*; *Regni constitutione cavetur*, *&c. quam ipse posuit sub l. fi. C. de duobus reis.* Et est ratio, quia mutatur species criminis, & species pœnæ, & ideo requiritur novus libellus: *ut ista reffert Florianus in alle.* si vulnerante, de hoc tamen an fidejussores teneantur, vide omnino quod *Florianus not. in l. ait lex ff. ad l. Aquil.*

(a) Fagalo pregonar. Requiritur ergo quod accusatione proposita & mandato capiendi porrecto, & requisito per civitatem, & jurisdictionem, & fide Judici facta quod non invenitur, & informatione habita super fuga, quod per publicum præconium citetur, ut hic: nam iste est unus modus citandi, de quo *Cy. in d. aut. qui semel c. quomodo & quando Judex*, *& ibi per Bar.* requiritur ergo ista proclamatio in publico & evidenti loco, ad hoc, ut quis in contumacia constituatur, ut hic.

(b) Digalo en su casa. Non solum ergo requiritur citatio publici præconij, sed etiam quod per litteram Judicis citetur per nuncium publicum in domo suæ habitationis, & quod alicui de domo dicatur, ut hic; hæc enim citatio in causa criminali requiritur juxta doctrinam *Bar. in d. l. dies captioni licèt glos. in l. absentem*, *ff. de pœnis*, *& Bar. in l. inter accusatorem*, *ff. de pu. jud.* dicant, quod debeat citari sicut in civilibus, quod non sic credo ad unguem,

UVA. BHSC. SC 05749

mes (*a*) facer derecho sobre aquella cosa que le aponen, è si no vinie-

guem, ratio est, quia in criminalibus non damnatur quis ex suspitionibus, sed ex probationibus, luce clarioribus: *ut C. de appel. l. additos*, quia majus periculum vertitur, *ut c. ad Carbo. l.* 1. §. *sed & si quis*, *& c. ubi majus extra de ele. lib.* 6. *& Cy. in l. sciant*, *c. de probationibus.* Durissima ergo videtur hæc lex juri, & rationi non consona, quod scilicet ex sola citatione, & ficta contumacia absens de crimine damnetur, non ergo immerito solemnitates juris, & hujus legis in tali citatione debent observari. Nam grave esset dicere, quod per solum præconium sine alijs hic requisitis dicatur quis verè contumax, ex sola præconij citatione, qui facilè poterat non venire in ejus notitiam, eo quia vox præconis paucis innotescit, ut in *aut. de litigiosis*, §. *omnem col.* 9. *& c. quomodo*, *& quando Judex aut. qui semel* requirit enim ista citatio ad domum ut hic, cum personaliter non valet: *ut all. c. quando*, §. *porro*: *ut lite non contes. & de eo qui mittitur in poss. c. fi. & sunt requirendi amici de jure*: *ut ff. ex qui cau. ma. l. item ait*, §. *fi. & l. se. & not. in c. causam de dolo*, *& contu.* Est tamen notandum, quod si absens potest notari de culpa, non sunt citandi amici, nec etiam sunt citandi in criminalibus in quibus amici non possunt absentem defendere: & adde quod not. *glos. in c. consultationibus*, *de offi. dele.* & tenetur præco citare in vicinia; ita quod sentiant vicini, & amici; & sunt amici citandi in genere, & non nominatim; *ut not. ff. in qui. cau. in pos. ea. l.2. & l. hac autem*, §. 1. *not. Bal. in auct. qui semel supra all.* Et hæc quæ dicta sunt habent locum, si citatus habet domum: *ut supra*, *& in l.* 4. §. *quotiens*, *ff. de dam. infec.* Si autem domum non habet, sufficit publica vox præconis: *ut in auct. de litigio.* §. *omnem*, *not. Cy. in l. si accusatoribus*, *C. de accus. & Bar. in alleg. l. inter accusatorem*, *ff. de publi. jud.* Et nota, quod talis citatio non solum valet in domo, ubi quis cum familia moratur, sed etiam ubi operatur, hoc est, ad stationem: *not. Bar. in l. cum quidam*, *ff. de fundo instru. & probatur in l. ex facto*, §. *ne servi*, *ff. de hære. inst. & in l. apud Labeonem*, §. *initium*, *ff. de injurijs.* Et in tali casu domus habitationis patris dicitur domus habitationis filij: ut colligitur *ex text. l.* 1. §. *illud quoque. C. communia de ma.* nec obstat, si dicatur quod nulla, vel irritanda saltem erit sententia; cum ædictum peremptorium non pervenit in notitiam citati absentis: *ut c. quomodo*, *& quando Judex*, *l. ea. & ff. quæ sen. sine appe. res. l.* 1. §. *cum addito*: quia satis dicitur sufficere; si absens diligenter quæratur: ut requirit ista lex ad hoc ut possit sententia fieri; licèt non sit inventus: *ut extra qui filij sint le. c. causam de cle. non resi. c. ex tuæ. C. de Judi. properandum*, §. *& si quidem*, *& ff. de evic. l. si ideo*, *& l. si dicunt*, *&* §. *si præsente*, *& ff. loca*, *l. item quæritur in exercitu Spe. in tit. de citatione*, §. *viso. ver. quid si non dimisit.* Nec obstat si dicatur quod non videtur contumax, qui vocem præconis non audivit: *ff. de in inte. resti. l. pe.* quia si non fugerat, exaudire poterat. Sufficit ergo citatio ad domum: ut jura *supra alle. & extra de dolo*, *& contu. c. causam*, *& c. fi. hoc tenet glos. in c. caveant* 3. *q.* 9. nec obstat 3. *q.* 9. *per totum.* Quia verum est, quod absens non per contumaciam damnari non debet, ut ibi: nisi contumax fuerit quia pro præsenti eum contumacia haberi facit: *ut in c. absens*, §. *nisi* 3. *q.* 9. *& in auct. ut omnes obe. judi.* §. *si vero coll.* 5. *& in c. in nomine domini*, *extra de testibus.*

(a) Fasta un mes. Qui habet 30. dies: *ut c. de jure deli. l. sancimus*, §. *sin autem dubius glos.* 60. *dies.* Non enim loquitur de mense intercalari: qui constat ex 29. diebus: *ut l. cum bisextus*, *ff. de verb. sig.* approbatur de consuetudine regni: prima opin. Bar. ibi posita, qui tenet, quod computantur tantum in mense 30. dies: & non servatur circa hoc *gl. c. quam sit de ele. lib.* 6. *ubi dicit Jo. An.* quod mensis debeat computari secundum quod menses currunt, & si dies aliqui elapsi erant in mense in quo fit citatio, quod supplentur de mense sequenti: de quo plenè per *Hosti. & Jo. An. de supp. neg. prælat. c. licèt*, quod autem sint computandi 30. dies pro mense inter ædictum, & ædictum, est tex. *juncta glos. in alle. auct. qui semel*, *& in*

UVA. BHSC. SC 05749

re, (*a*) sea toda la buena recaudada, asi como sobredicho es en es-

in auct. jubemus, *c. de judi. nec obstat l. cum anterioribus*, §. 1. *C. de temp. appel.* ubi connumerantur in mense 31. dies: quia loquitur in suo casu secundum antiqua tempora: conc. in hoc tempore, 3. *part. tit.* 8. *l.* 7. licèt in modo procedendi aliter ibi cavetur: sed quod hic dicit observatur. Et not. quod hoc tempus consideratur, & connumeratur à tempore quo citatio pervenit in notitiam absentis, vel solemniter, & publicè sit emissa: hoc tenet *Cy. in l.* 1. *C. de req. reis*, *q.* 5. requiritur ergo solemnis, & publica citatio contra absentem: & quod tribus vicibus citetur, & requiritur: ut hic, & *Cy. in d. l.* 1. *q.* 4. *& Bar. notabi. in all. l. inter accusatorem.* Est namque servanda hujus legis forma: nam à quo removetur forma rei, removetur esse rei: *ut l. non sunt liberi*, *ff. de sta. ho.* & ideo cum hic est data forma, ut tres citationes fiant ante bannum, si judex in prima citatione misit peremptorium, non valet bannum; quia contra formam datam: & sic commissio formæ, vitiat bannum: *ar. de verb. obl. l. qui Romæ*, §. *Hermes Flavius*: notat Bal. in dicta lege, non sunt liberi, nec Judex habet potestatem dandi unum terminum pro omnibus, quia cum certa forma est data à lege, ista pro forma substantiali perveniendi ad bannum, nihil mutari potest, etiam unius horæ momentum: *ff. de re judi. l. si nihil not. gl. & Bal. lib. feu. tit. de milite vasallo qui contumax est*, *c.* 1. Nec credo quod Judex posset hunc terminum abbreviare; licet hoc posset in civilibus: *ut not. Cy. in l.* 1. *C. de requi. reis*, *& not. in l. fi. C. eo. tit.* de quo loquitur jura l. inter accusatorem, *& auten. qui semel*, *& quod not. Spe. in tit. de citatione*, §. *nunc de temp. versi. sed nunquid idem juris est.* Si ergo judex non sic solemnitèr, & publicè ut prædixi, citet absentem, & sententiam proferat: est ipso jure nulla, *ut tex. & glos. in c. de illicita* 24. *q.* 3. *& l. ea quæ c. quomodo*, *& quoniam Judex*: non ergo videtur quis condemnatus cum condemnatio non tenuit: *ut l.* 2. *in fi. ff. de pœ.* & si citatio non est legitima, & reprobatur à jure non dicitur contumax citatus: *ut not. glos. fi. in c. bonæ* 2. *de ele. & not. glos. in c. si Episcopus* 3. *q.* 2. Item requiritur, quod sententia, & citatio sit contra certam & indubitatam personam: *ut not. Bal. in l. hac consultissima*, *C. qui testa. fa. pos. & in l. cum fratrem*, *C. de his qui ut indig.* Item nota, quod etiam si maleficium sit notorium, requiritur citatio: *ut Bal. notabilitèr in l. cum fratrem. C. de his qui ut indignis.*

(a) E SI NO VINIERE. Requiritur tamen, quod in quolibet termino se repræsentet accusans; & contumacia absentis reaccuset, ut contumax sit reus: juxta doctrinam *Bar. in d. l. inter accusatorem*, *& not. ipse in l. is qui reus*, *ff. de pub. judi.* Si tamen accusans absentem non comparet in termino ad prosequendam accusationem, si talis est causa, in qua judex ex officio potest procedere: etiam sine accusatore procedet contra absentem: *ut not. gl. in c. cupientes*, §. *quod si per* 20. *de ele. lib.* 6. *super parte opponentes*: quod commendat ibi Dominicus: & hoc tenet *Bar. in l. libellorum*, §. *item subscribere circa fi. ff. de accu.* tenetur etiam accusans ostendere Judici qualiter absens fuit: ut præmittitur citatus; aliàs Judex eum non potest in contumaciam constituere: nec valeret sententia contra contumacem lata, antequam constet de sua contumacia: *ut not. Bal. in l. falsus*, *C. de furtis.* Item nota, quod pro istis tribus citationibus non potest Judex facere unam pro omnibus; quia cum istud sit introductum à lege, vel statuto pro forma substantiali perveniendi ad bannum, nihil potest immutari per Judicem: *ut not. Bal. in tit. de milit. vasal. qui contumax est*, *c.* 1. *super ver. beneficium*, *& C. quomodo & quando judex l. cessante.* Judex ergo non poterit augere, nec minuere dies taxationis: licet Innoc. dicit, quod augere poterit; cujus opinionem in aliquibus locis servat consuetudo: *not. C. quomodo & quando Jud. l. consentaneum* 3. *col. ver. quæro* quot dies aliter *not. eo. tit. auct. qui semel* alias enim per partes potest prorogari tempus assignatum per statum, quando fuit breve, & appositum favore præcum, vel favore arbitramenti: vel sententiæ, vel instrumenti habentis vim sententiæ ex forma statuti: *ut not. in pace const.*

UVA. BHSC. SC 05749

ta Ley. Y pregonenlo, è diganlo en su casa de cabo, (*a*) que venga fasta otro mes à facer derecho; è si viniere à este segundo plazo, peche las costas, è la pena de esta Ley sobredicha, é faga derecho: è si no viniere, peche la pena del homecillo, (*b*) è pregonenlo de cabo fasta otro mes: è si viniere, sea oido sobre el fecho, si lo fizo ò no: mas no cobre (*c*) la pena sobredicha: è si à este plazo tercero (*d*) no viniere, denle por fecho; (*e*) pero el que fue-

---

const. §. *in causis* 2. *colum. in princip.*

(a) Como de cabo. Requiritur ergo trina requisitio ad domum: & trina citatio, *ut hic concord. practica Cy. in alleg. l.* 1. *C. de requi. reis*, *q.* 4. Non ergo sufficit una tantum citatio; sed requiritur hujusmodi legis solemnitas: qua omissa, nullum est quod agitur: *ut q.* 1. *in sum. & c. ex rationibus*, *de appel. & c. ad audientiam de rescript. c. cum dilecta. de præsump. c. illud qui filij sunt legi*, *& c. per venerabilem*, *de accu. c. qualiter*, 1. *& c. ad petitionem*, *not. glos. in c.* 1. *de vit. & honest. Cler. & Jo. An. in addi. Spec. tit. de Cler. non resi.* §. 1. *Bar. in l. desertorem*, §. *si ad diem*, *ff. de re mili. & l. omne delictum eo. tit.*

(b) Del homecillo. *Ut infrà lib.* 4. *tit. de los homecillos l.* 3. & vide quod ibi notatur.

(c) Mas no cobre. Est tamen notandum, quod si per accusatorem absentem novitèr comparentem opponitur exceptio, qui retro reddit, judicium nullum audietur super pœna, & exceptione probata non habet locum pœna, nec temporis arctatio: *ut alleg. c. cupientes*, §. *quod si per* 20. *de elec. lib.* 6. *in glos. super parte comparere*, *& ibi Dominic.* licet fuerit personaliter citatus: & potest excusari à vera contumacia, & habebit beneficium appellandi, si docet de aliquali impedimento: quod tene menti secundum *Bal. in l.* 1. *ff. si quis jus di. non ob.* §. *si Procurator.* licet secundum eum multi hoc non approbant, & facit: *ff. de re jud. l. quæsitum.* Sed si citatus docet de ignorantia, excusatur etiam à ficta contumacia, & ab omni pœna, quæ propter eam imponitur, *ut not. Bal. ubi suprà allegat. C. de tabul. l. generaliter*, *& ff. de decre. ab or. fa. l. fi. secundum Jo.* & alios quod not. quando vis defendere adversarium de præcepto expræsso secundum formam statuti, & facit: *ff. de auc. tu. l. plane*, hoc approbat iste text. dum dicit, quod docto de impedimento.

(d) A este tercer plazo. Docto tamen de citatione, & constito de contumacia coram judice: aliàs si Judex pronunciat contra aliquem tanquam contra contumacem; cum ejus contumacia esset sibi incognita: licet in veritate esset contumax, non valet, quod agit. Idem tenet *Innoc. in c. cum contingat de offi. dele. facit l. hoc autem ff. ex qui. cau. in posses. ea.* ubi de his quæ Judex ait, debet sibi constare, & liquere; ut Judici non de facto agere: hoc notat *Bar. in l. multum*, *ff. de cond. & demon.* hoc firmat *Jo. An. in regula qui certus est de re. ju. lib.* 6. *in mercurialibus*, *& Pet. de Ancha. in cle. cum litem*, *ut lite pen.* & de hac ficta confessione vide eundem *Ancha. in c. cum contumacia*, *de hæret. lib.* 6.

(e) Por fecho. Quod hic disponitur, valet etiam per viam statuti: *ut not. Jo. An. & Abb. de Cecilia in c. veritatis de dolo*, *& contum. & vide Bar. in l. cum filium*, *ff. de ver. ob. & in l.* 1. *ff. de sicca. & in c. absentem de pœnis*, *hoc idem tenet Bal. in lib. feu. tit. de pace jura. fir. c.* 1. §. *si quis vero temerario*, *super verb. feu. furtum*, *ver. quæro utrum valeat*: & est contra notata per DD. signantèr per *Bald. in alleg. l.* 1. §. *si Procurator*, *ff. si quis jus di. non obten.* ubi absens citatus ratione contumaciæ non potest haberi pro confesso; quia non debet in dispendio totius causæ puniri ratione contumaciæ: *ut not. glos. ibi aperte*, nec potest Judex hoc interloqui, quia excederet terminos legis; sed aliam pœnam bene potest imponere: *ut ff. ubi pupi. edu. de. l. jus alimentorum*, *ibi per Jaco.* ergo ex sola contumacia in non veniendo, non potest quis haberi pro con-

UVA. BHSC. SC 05749

re tres veces aplazado, si quisiere mostrar algun embargo (*a*) derecho, asi como por enfermedad luenga, ò prision (*b*) de su cuerpo,

confesso: & adde quod *not. Ja. Butri. in l. si filius, ff. de interro. act. & est illa l. in ista materia notabilis*: & ideo dicit hic *Vincen. Arie.* quod cum ista lex sit rigurosa, servabitur in casibus in quibus loquitur: in alijs aut casibus servabitur *l. part.* 3. *tit.* 8. *l.* 7. quæ requirit quatuor citationes: *ar. l. interpretatione, ff. de pœnis*, tamen de consuetudine servatur ista lex ubicumque de crimine agitur contra absentem: ut suprà dixi. Sed cum ista lex exhorbitet à jure communi, requiritur, quod antea quam Judex sententiam proferat contra absentem, ex suo officio informationem habeat de delicto: *ut in l. ordinationis Regis Jo.* 1. *de Briviesca cavetur*, & potest esse ratio, quia non sola contumacia est sufficiens delicti probatio: sed de crimine constare debet per legitimas probationes: *ut not. Bar. in l. absentem, ff. de pœnis, & est text.* 3. *part. tit.* 14. *l.* 12. nam Judex ex officio suo debet quærere defensiones accusati absentis: *ut in l.* 1. *in fi. ff. de quæstionib. & l.* & si non defendatur: *ff. de pœnis, & probationes* pro absente debet inducere: ut plenè *not. Bar. in dict. l. dies captioni*, §. *hoc autem judicium, & in auct. qui semel suprà alleg. ibi perquisita veritate, &c.* facit quod *not. Innoc. in c. veniens, extra de accu.* nam si Judici liquere potest maleficium esse commissum ex tali confessione, non debet absentem condemnare. Ista est conclusio *Bar. in d. l. absentem, in fi.* nec hoc negat ista lex si benè & subtilitèr intueatur: nam hi bannati, & annotati non debent haberi pro condemnatis nisi crimine probato: *ut Bar. in alleg. l. Divus, ff. de custod. reo*, & firmat, & concludit ipse *Bar. in d. l. inter accusatorem*, ubi dicit, quod per solam istam citationem sine plenaria probatione de maleficio, non debet Judex ipsum absentem condemnare. Hoc tenet *Spec. in tit. de accu.* §. *sequitur* ℣. 1. æqua autem, & justa, & veritati amica, & juri naturali, & positivo videtur hæc doctrina tam consona, quod ab ea non expedit Judicibus deviare; ideoque in processibus criminalibus, qui coram me ventilabantur temporibus quibus Judex fui, licet immeritus, in Civitatibus, & Villis hujus Regni ab Illustrissimo Rege Joan. II. & postea ab ejus filio Henrico IV. virtuosissimo nostro Rege deputatus, consuevi tam in absentia conclusa contumacia absentis interloqui, & accusantem ad probationem suæ accusationis recipere, & ex officio meo defensiones quærebam accusati: & sic ad diffinitivam veritate comperta, procedebam. An autem absens talitèr condemnatus efficitur infamis: *not. Bal. in l. etiam, C. de furtis: & in l.* 1. *C. de hære. instit. & Bart. notabilitèr in l. infamiæ, ff. de pub. Jud.*

(a) Embargo derecho. Reffert hic *Vincen. Arie.* quod tale impedimentum non probatur per solum juramentum: *ut foro juz. lib.* 2. *tit.* 1. *l.* 17. sed debet probari documento, vel juramento cum alijs indicijs verisimilibus: *ut not. per Bar. in l. quæsitum, ff. de re jud.* aliàs aperiretur via maleficijs, & daretur via de jurejurandi: quod esse non debet: *ut l.* 2. *in fi. C. de jurejur. & vide l. si ter.* §. *sufficit, ff. de excu. tu.* & de hac materia habetur secundum eum: 3. *part. tit.* 7. *l.* 11. *& ff. si quis cautio. l.* 2. §. *si quis judicio usque ad fi.* Est etiam impedimentum legitimum, si est aër corruptus in loco in quo comparere tenetur: *ut not. Bart. in l. recusare*, §. *fi. cum l. seq. ff. ad Trebel. & not. glos. in c. ad supplicandum de renun. & glos. in cle. quamdiu, de appel. & c. fi. de cle. non resi. ex quibus not.* quod post infirmitatem, scilicèt, contumaciæ potest quis medela juris deliberari à sententia mortis: & à sua debilitate reviviscere: ut hic *& not. Bal. in l. si bonorum in fi. C. qui admi. ad bo. poss. po.* An autem de jure communi valeat receptio testium facta contra absentem citatum ad domum, & non inventum: *not. plenè per Jo. And. in c. præsumitur de re jud. lib.* 6. *in mercuria.* Qualitèr enim de jure canonico procedatur contra absentem in crimine: *vide Dominic. de Sanct. Gemi.* 3. *q.* 9. *in sum. & Doct. in c. veritatis, de dolo & contum.* 24. *q.* 3. *c. de illicita, &* 4. *q.* 5. *c.* 1.

(b) O prision. Non tamen excusatur, si post citationem de qua hic se capi

UVA. BHSC. SC 05749

ò otro embargo derecho porque no pueda venir, venga ante los Alcaldes, y ante el Consejo pregonado. E si quisiere probar el embargo por qué no podia venir al primero plazo, ò al segundo, sea oido sobre fiador que dé; è segun lo que probáre, cobre lo que pechó: è si quisiere probar razon derecha, por qué no pudo venir (*a*) al tercero plazo, sea recaudado porque faga derecho como de primero: è si no lo pudiere probar, fagan dél aquella justicia (*b*) que deben, y si él por sí no viniere de su grado, y de otra guisa lo prisieren,

---

pi procuravit alibi; quia talis affectata, & prcurata detentio sive captio non potest citatum excusare: *ut cle. multorum extra de pœnis*, *hoc idem tenet glos. in c. venerabilibus*, §. *idem est*: *de sent. excomm. lib.* 6. *&* *l.* 2. *ff. si quis cautio. in fi. cum l. seq. facit* 18. *dist. c. pervenit.* imò, quod plus est, *ut plenè not. ibi Ancha.* quod potestas sæcularis capiens clericum sic volentem, & procurantem se capi sit excommunicatus; quia licèt clerico non intendat injuriari; sed quia in eum manus injecit contra honorem Sedis Apostolicæ, & ordinem clericalem, est excommunicatus, non considerata clerici voluntate sic detenti: *ut c. contingit*, *extra de sent. excomm. not. glos. & Steph. in alleg. cle. multorum.*

(a) No pudo venir. Est tamen notandum circa hoc, quod si fui impeditus à domesticis, vel conjunctis adversarij mei, videor impeditus voluntate, vel mandato suo. Est casus notabilis *in c. constitutis*, *extra de test. & not. Bar. in l.* 1. §. *fi. quod vi aut cla. & Pet. de Ancha. in cle.* 1. *de judicijs.*

(b) Fagan del justicia. Et not. quod licèt de crimine absentis constet per probationes, & iste capiatur, licèt non audiatur; requiritur tamen quod non fiat executio donec ipse condemnatus confiteatur se esse talem qui requiritur, & est condemnatus pro tali crimine, & tali tempore secundum practicam *Bar. in d. l. Divus*, *ff. de cust. reo*, & si hoc confiteri nolit, fiat aliàs probatio de hoc, *ut ipse Bar. not. in l. inter stipulantem*, §. *si stichum*, *ff. de ver. obl. in fi. & de cond. & demon. l. de nostro*, *in princ.* & ex hoc not. quod contumax non debet conquæri de lege, sed de se ipso: lugère enim debet suam contumaciam, & non conquæri de justitia & terrore legis. Facit quod *not. ff. de proba. l. cum probatio*: *& ff. de ritu nup. l. palam*, & not. quod in sententia lata per contumaciam, debet causa exprimi: ut talem condemno propter suam contumaciam: *sic C. de judicijs*, *l. properandum*, §. *illo*, *& ff. de accu. tu. l.* sed hoc ergo in sententia banni semper debet causa exprimi: *hoc not. Bal. in l. si quis in suo testam. C. de fideicommis. liber.* & ad hoc quod supradictum est, not. quod cum capitur bannitus, debet fieri declaratio processus in quo declaretur captam esse illam personam, quæ bannita reperitur, & bannum exequendum esse: & talis sententia requiritur non adesse: *ut not. in c. pro humani*, *de homi. lib.* 6. *per Jo. An. in novella*: sed licèt executio sit facta sine ista declaratione, non sit juri contraria per ea quæ *not. Innoc. in c. ex ratione de appel.* ubi not. quod in mera executione, nulla est necessario dilatio: quod dictum tene menti. Ad executionem autem sententiæ legis benè est necessarius libellus, cum non præcesserit aliquod judicium: & not. quod licèt sententia legis excedat modum judicij, quia sine judicio fertur; non tamen excedit modum debitum seu probationis; quia non potest esse nisi vera; & requirit factum verificè consummatum: *ut not. in c. perpetuæ*, *de elect. lib.* 6. *in novel. not. Bal. lib. feu. tit. de feu. sine culpa admittendo*, *c.* 1. *circa fi.* Item not. quod ubi statutum permittit contra absentem diffinitivam sententiam ferri ante capturam non est servus pœnæ: sed postquam est in laqueo Reipublicæ: *ar. ff. de contrahen. empt. l. quod sæpè*, §. *si quis amico*: *& l. in laqueum*: *de acqui. re. domi. & in clem. Pastoralis*: *de re jud. not. Bal. in l. fi. C. si à non comp. jud.* Non tamen omitto, quod si Judex non audit defensiones absentis; vel si non amittit appellationem; & ad executionem procedit; priva-

UVA. BHSC. SC 05749

vatam vim facit: & ideò licita est defensio, etiam manu armata; quia jurisdictio sibi non suffragatur cum redigatur ad instar privati, etiam si faciat in forma officij. Sed tunc dist. aut sine causæ cognitione: & tunc aut infertur gravamen reale, & potest resisti: *ut l. meminerint, C. unde vi.* aut personale, & idem: tamen melius facit reus si appellat: *C. de appel. l. si quis provocatione*: aut facit causa cognita: & tunc appellatio est necessaria omninò: & poterit postea ei armata manu resistere appellans: præsertim si non posset reparari post facti executionem: statim enim quoniam est appellatum, est *extra offic. C. de appel. l. additos*: *& adde quod not. ff. de re. jur. non videtur §. qui jussu. not. Bal. in alleg. l. ut vim, ff. de just. & ju.* Sed circa materiam hujus legis, quæritur; si accusatus aliquis de homicidio tanquam notorio, valeant probationes factæ judiciarij ordinis tramite, omisso: & dic quod non valent: quia non est notorium actu permanentis. Idem in Inquisitore si habet promotorem: nam & ibi lis debet contestari: *ut not. in c. ult. de fo. compe. in novella*: ut not. quod cognoscere, juris ordine non servato, est alterius jus auferre: *nt not. in c. statuto de hæreti. lib. 6. in glos. hoc not. Bal. in lib. feu. tit. de pace jura. firmanda c. 1. §. injuria.* Sed circa hanc materiam citationis in causa criminali contra absentem sæpius vidi dubitari: an Princeps ex certa scientia possit supplere solemnitatem omissam hujusmodi: l. fori, & videtur quod no. *ut est text. in cle. pastoralis de re judi.* ubi licèt Imperator voluit supplere defectus solemnitatis circa processum quem facit contra Regem Robertum: ejus tamen processus annullatur per Papam: *fecit l. libellorum, ff. de accu. canonicata, 2. q. 8. sed pro l. olim. C. de testa.* probat contrarium, scilicèt, quod potest supplere. Sed breviter dico cum *Pet. de Ancha. & Jo. de Immola. in alle. cle. pastoralis in §. cæterum* 24. not. quod Princeps non potest tollere defensionem, quæ est de jure naturali; nec ad defensionem talis solemnitatis omissæ, ejus suppletio potest se extendere; sed si defensio est de jure positivo, & ab eo proveniat, potest benè tollere, & supplere juris positivi solemnitatem omissam: *ut l. quoniam Alexandrum, c. de adul. notant DD. in c. 1. de testi. lib. 6.* & sic intelligitur *alle. cle. pastoralis.* An autem sine citatione potest Princeps procedere in facto notorio: vide quod scripsi *supra eo. foro lib. 1. tit. 4. l. unica, & quod not. infra lib. 3. tit. de las herencias, l. fi.* Sed contra hanc legem potest instari: quod existens extra territorium citantis non possit citari; nec talis citatio arctat citatum: ut est *text. in l. fi. ff. de juris. om. ju. & in c. 2. §. statuto de constit. lib. 6. ubi extra territorium jus dicenti, &c.* & hoc sive sit subditus citantis, sive non: & hoc in qualibet specie citationis, sive loquamur in citatione fienda per judicem, de qua *c. de judi. sancimus, c. quoniam, & quando Judex lib.* 2. sive de citatione reali, quæ fit per captionem: de qua *deposi. c. 1. not. gl. Petr. & Paul. in cler. gravis de sentent. excommun. 24. quæst. 4. cap. displicet de sentent. ex c. si clericos, lib. 6. ff. si quis in jus. vo. non erit l. 2. C. de ferijs, l. fi. ff. de in jus vo. l. plerique, & l. se.* sive loquamur de citatione verbali fienda per Prætorem: *ut alle. l. fi. c. de ferijs, & aut qua in Provincia, c. ubi de cri.* agi oportet sive per litteras: *ut l. consentaneum, c. quoniam, & quando Judex, & c. tum ex litteris, de in integ. resti. & c. cum dilecti de dolo, & contu.* vel per nuncium de appel. cum parati, *ff. de arbi. sed interpellatur in prin. C. de præscrip. 30. anno. l. sicut*, vel per publicum ædictum: ut hic, & *in cle. dudum de judi. C. ubi in rem actio. l. 2. C. quoniam*, & quando Judex autem qui semel; in nulla ergo specie citationis: de quibus supra Judex potest metas suæ potestatis exercere: ut in juribus supra alleg. ergo ista lex videtur iniqua, & contra jura expræssè: nam sicut Judex per seipsum non potest uti hac citatione; sic nec per ista media organa: *ut c. potest quis per alium de reg. jur. lib. 6.* cum suis concor. à contrario sensu, hoc probatur per allegata clementina pastoralis: ubi licèt Imperator processit in crimine per citationem contra Regem Robertum absentem extra territorium: ejus processus cessatur: quia debuit requirere suum Judicem qui cum citaret: ut ibi, & hoc tenet *Guil. in Spec. de compe. judi. aditio, §. 1. ver. sed quomodo Judex*: & de hoc tractavit *in tit. de accusa. §. 1. ver. sed nunquid, & §. ult. ver. ut autem quod probo: nam citatio est sententia, c. de episc.*

&

UVA. BHSC. SC 05749

& cle. l. omnes, *& l. cum clericis*, *& hi in qui ad Eccle. confu. l. præsenti*, *& de Procura. l. fi.* sed sententia extra territorium non ligat: *ut dicta l. fi. de juris. om. ju.* ergo nec citatio. Item, si est Judex, prohibetur totum judicium extra territorium suum exercere: salvo casu *cle. unicæ de foro compe.* sic & ejus partem; quia à quo removetur totum, & quælibet ejus species: *ff. de spon. l. nostro*, *ff. de rei vendi. l. quæ de tota. C. de rebus alie. non alie. l. fi.* 14. *q.* 5. *pœnale* 32. *q.* 3. meretrices, sed citatio est pars judicij, *de proba. c. quon. ergo*, *&c.* Item, cum Judex existens extra territorium suum censetur, ut privatus: *ut l.* 3. *ff. de offi. Præto. & de offi. lega. c. novit fortiùs*, *& ejus nuncius*, vel epistola sive præconium censebuntur privata: & extra limites arctare non poterunt degentem. Nam ædictum æquiparatur epistolæ: *ut ff. de offi. procon. l.* 4. §. *antequam facit ad hoc alle. cle. pastoralis*: dum dicit non fuerit inventus: ergo alibi existentem non remissum punire non potest: quod ibi commendatur *per Pau. de Leaza*: *facit quod not.* 3. *q.* 6. *c.* 1. *& quod not. Archi. in c.* 2. *de consti. lib.* 6. *in glos. ratio est*, *& quod not. Vincent. de foro compe. c. sanè.* Sed videtur quod ista lex benè dicat: & quod Judex extra territorium citare possit: *tex. est in c. Romana*, §. *contrahentes*: *de foro compe. lib.* 6. ubi apertè innuitur, quod non solum Judex domicilij, sed etiam Judex contractus: ut ibi potest contrahentem extra territorium citare: & quod non sit necesse judicem sub quo degit requirere, ut citet: quod patet ibi in littera, dum dicit, eorum auctor citati: & dum dicit; & alibi copiam sui faciat, *& c. facit l. omnes*, §. *si vero apparitor.* Ubi reus existens in provincia citatur à Præfecto Urbis si cepto judicio se absentet. Ad quod facit *c. proposuisti de foro compe.* Præterea, posito quod citatio respectu primi extremi, quod est commissio, vel mandatum de citando, sit actus judicialis; ut infra dicetur; tamen ipsa citatio, vel actus executorius citationis non est judicialis; quia non fit per Judicem, nec in judicio. Sufficit ergo, quod primum extremum fiat intra limites territorij, licet non secundum; maximè cum effectus trahitur ad locum concessum; quia locus commissionis non est impeditus, si actus gerendus est in loco præmisso: & ideo Judex extra territorium causam potest delegare cognoscendam intra territorium: *ff. de offi. præfec. ut l. fi. & not. in c. novit. de offi. lega.* sic enim paria sunt aliquid fieri tempore concesso, vel prohibito, si ejus effectus refferatur, ad locum concessum; ut supra sic ergo ex citatione foris facta proceditur intra. Item, citatio non videtur actus judicialis: quia fit per arbitrum qui nullam habet jurisdictionem: *ut l. sed interpellatur*, *ff. de arbi. & in l. fi. C. de arbi. & in l. ait Prætor. ff. de re judi. & in l. notionem*, *ff. de verbo sig.* ergo prohibitionis ratio cessat, quare cessare debet prohibitio: & hanc partem tenet Bal. notabilitèr *in l. fi. ff. de ju. om. ju.* Item, fit citatio per non habentem jurisdictionem: *ut d. l.* sed interpellatur, & canonici citent canonicos: *de electi. c. cum nobis olim*: & pars citat partem per modum decreti: *ut in cle. causam de elec.* ergo cessare videtur ratio turbationis jurisdictionis. Item, valet citatio de die feriata ad diem non feriatam: ut plenè notatur *in c. fi. extra de ferijs.* Arguendo ergo de tempore ad locum, valet citatio facta in loco, non subdito ad locum subditum. Quid ergo dicendum ad jura in contrarium allegata: potest enim sic responderi ad *c.* 2. *de constit. lib.* 6. §. *statuto*, *& ad l. fi. de jur. omn. ju.* quod loquuntur in jus dicente extra territorium quod non permittitur: ut ibi, sed citare, non est jus dicere, sed potius requirere. Unde dicunt DD. signantèr. *Joan. Mo. & Dominicus in d.* §. *contrahentes*, quod citatio habet duo extrema scilicèt interlocutorium de stando; & ista est jurisdictionis, quam extra territorium fieri non valet. *C. de Epis. & Cle. l. omnes*, §. *præterea*, *& l. cum Clericis ad fi. & C. de procur. l. fi.* Aliud extremum, est actus citationis verbalis, vel ejus nunciatio: & dic non est jurisdictionis; & poterit extra territorium fieri, & extendi, sive fiat per præconium ut hic: sive per nuncium, vel per litteras: ut in juribus supra allegatis, quia effectus hujus citationis fertur intra territorium, ut hic. Ex his infero, quod citatio quoad primum extremum cum sit jurisdictionis, non potest in Ecclesia per Judicem sæcularem exerceri: cum Ecclesia non est de territorio: per jura supra allegata, & *per c. decet*, *de immu. Eccles. lib.* 6. *ibi dum dicitur*: *quod omnis judicialis debeat*

beat

UVA. BHSC. SC 05749

beat cessare strepitus : & cum citatio quod ad primum extremum sit de actis judicij : *ut d. c. quon. ergo*, *&c.* executio tamen citationis verbalis, cum non sit jurisdictionis, nec judicialis actus, & per eam non sit turbatio jurisdictionis alienæ: potest intra Ecclesiam fieri per jura, & rationes supra allegatas. Hoc tenet *Bal. in l. plerique*, *ff. de in jus vo. alleg. l. præsenti. C. de his qui ad Eccles. confu. & in auct. de manda. Prin.* §. *sed vos*, *nec obstat alle. cle. pastoralis*: quia Imperator ibi non erat Judex delicti; cum Rex Robertus in sua jurisdictione non deliquit, vel dic, quod licèt Judex contractus, vel rei litigiosæ citet extra suum territorium ad finem distinguendi bona tantum propter contumaciam: ut in *d.* §. *contrahentes DD. ibi* : *& Inno. in c. fi. de fo. compe. glos.* 1. idem de Judice delicti extra territorium citante delinquentem;quia potest bona propter contumaciam distrahere: *ut l. desertorem*, §. *stationis*, *ff. de re mili. & in c. ex tuæ de cleri. non resi.* Non tamen afficit personam; nec illam potest in absentia ad pœnam corporalem, vel infamiæ condemnare, nec etiam excommunicare: hoc notabiliter concludit *Inno. in all. c. fi. de fo. compe. glos.* 1. *& hoc firmat Paul. de Leaza. in alle. cle. pastoralis*: ubi tenet, quod Judex tantum naturalis, scilicèt domiciliarius potest extra territorium delinquentem citare, sive per ædictum, sive per litteras, vel nuntium, seu præconem : & ejus personam in absentia potest afficere, & excommunicare. Ratio movens, est secundum illum, quia talis delinquens per alium citari non potest ; & cum citatio respectu principij à superiori procedat, talis alibi non delinquens, nec contrahens alium non habet superiorem, nisi Judicem domicilij : quia sola existentia, vel transitus non faciunt eum subditum : facit quod *not. Hostien. in c. quod Clericis de foro compe. & ff. de judi. l. hæres absens*, §. *nunquid*, *& de temp. ordi. c. cum nullus*, *lib.* 6. fortificatur ista ratio per tex. *in d. cle. pastoralis*, quæ loquitur de Judice delicti : quia ibi dicitur, quod ad renunciationem, vel requisitionem Imperatoris debuerat fieri citatio per ordinarium delinquentis : & hoc ibi tenent DD. & est ratio evidens : quia Judex ordinarius domicilij habet personam subditi naturalitèr subjectam quocumque vadat : quia etiam potest de delicto alibi commisso subditum suum punire, sive loquamur in foro pœnitentiali : *ut* 46. *q.* 1. *c.* 1. sive in foro contentioso : *de cle. non resi. c. ex tuæ*, 2. *q.* 6. *c.* 1. *C. ubi de crimi. agi oportet*, *l.* 1. *ff. de inter. & rele. l. relegatorum*, §. *si eos*, *&* 2. *si quis ad quod facit de privil. c.* 1. *lib.* 6. ubi videtur speciale in exemptis quod non possunt ab ordinario puniri pro delicto alibi commisso : ergo ejus contrarium est jus commune : *ff. ad munici. l.* 1. *in fi. de transa. c.* 2. *cum simi. facit ad hoc c.* 1. *& c. ad apost. de cle. excom. mi. notat Inno. in c. prætereà de dilati. & glos. in c. Episcopum* 9. *q.* 2. Judex autem delecti solum per accidens subjectam habet personam quamdiu in loco delicti fuerit inventa : *ut not. in alle. c. fi. de fo. compe. & Inno. in d. c. prætere a opinio supra posita probatur per l.* 1. §. *præsides cum ibi notatis per Bar. ff. de requi. re. ubi tex.* quod si Præsides Provinciarum requirant advocandos, litteras debent mittere ad Magistratus, ubi consistunt, ut advocandos adesse jubeant : ut copiam sui faciant. Non ergo auctoritate eorum debent citari quoad afficiendum personam : quæ lex optimè concordat cum dicta *cle. pastoralis.* Sed contra istam opinionem videtur casus *in l. omnes*, §. *si vero apparitor. C. de Epis. & Cler. ubi Cy.* movet quæstionem : & tenet, quod Judex delicti per ædicta, vel verbo, potest citare in alieno territorio: hoc idem tenet *Jo. Mo. in d.* §. *contrahentes*, *& videtur casus in l.* 2. *C. de offi. præfec. urb.* potest citare homines populares totius Urbis si dicantur obnoxij *ad Cle. pastoralis* : non respondent DD. legistæ *in d.* §. *si vero apparitor* : sed dicunt,quod per transeat ille error cum alijs erroribus canonistarum ; sed melius potest dici idem *ad* §. *præsides supra allegato* : *qui concord. cum dict. Cle. pastoralis* : quod sit error legistarum. Sed salva reverentia tanti Doctoris, non videtur mihi ejus opinio in Judice accidentali fundata : sicut opinio Paul. & Innoc. in locis supra tactis : quorum opinionem talitèr fortifico in causa criminali : de qua hic quæ est supra relegationem non admittitur Procurator pro absente ad allegandas causas causæ : *ut l. pe.* §. *ad crimen*, *ff. de pub. judi. & l.* 1. *ff. an per alium cau. ab. re po. & in c. veniens de accusa. & scripsi supra lib.* 1. *tit.* 10. *l.*

UVA. BHSC. SC 05749

7. nec potest quis cogi personaliter venire coram Judice : nisi causa fuerit criminalis: de qua supra, vel nisi in alijs casibus : *c.* 1. *de judi. lib.* 6. Sed Judex delicti non potest cogere personam ad finem eam afficiendi ut veniat coram se: nisi inveniatur in loco delicti : ut est *text. in c. delicti de fo. compe.* ergo si non potest cogi : nec potest per Procuratorem respondere secundum qualitatem causæ: non ergo poterit extra territorium citari ad finem distinguendi personam: ut arguit *Inno. in d. c. licèt* : remanet ergo opinio *Paul. & Inno.* vera, quam expræssè approbat *Ant. de Bu. in c. sanè de for. compe.* non obstat dictus, §. *si vero apparitor. nec l.* 2. *de offi. Præfect. urb. supra alle.* quia si Dominus Cy. benè attendisset in ordinario domicilij loquuntur : vel in delegato ab eo qui eadem pœna censetur in causa sibi commissa: *ut in c. sanè de offi. deleg. quod patet ibi in glos. dicit* , §. *dum dicit per delegatum illuc missum* , *&c. & in l.* 2. quæ loquitur de Præfecto Urbis: qui antecellit omnes alias Urbis dignitates : & jurisdictionem habet à jure ordinariè limitatam: *ut in l. Præfectus*, *eo. tit. l.* & quæ dicta sunt indubitantèr sunt vera: ut tenet *Ant. in c. sanè. supra alle. & in d. c. fi. eo. tit.* nisi talis delinquens sit præventus per citationem ; quia tunc, non solum Judex delicti potest procedere ad finem distinguendi bona propter contumaciam : *ut d. c. contrahentes* : sed etiam ad imponendum pœnam personæ afflictivam: *ut est tex. in c. proposuisti*, *eo. tit. & not. Inno. in dict. c. præterea*: & hoc verum si sit civilis causa : in qua Judex ex officio per inquisitionem potest procedere contra delinquentem : quia tunc post præventionem citationis : etiam si se absentet poterit contra eum procedi ad pœnam personæ afflictivam, ut supra , secus enim si est tale delictum in quo requiratur litis contestatio : quæ regularitèr in delictis requiritur : non ergo proficeret sola citatio : nisi litis fieret contestatio per totum: & hoc tenet *Ant. in d. c. licèt*. Et in eo quod supradixi, quod Judex domicilij potest procedere contra subditum alibi delinquentem, limitat verum *Jo. An. in addi. Spe. tit. de compe. judi. addi.* §. 1. *ver. quod si convenitur* 4. *col.* quoniam procedit per viam accusationis, non inquisitionis , inducit *Odofre.* regulam quia nemo sine accusatione damnatur: *ut ff. de mu. & hon. rescrip. & c. ut nostrum extra ut Eccles. benefi.* & qua in Provincia quis delinquit, &c. *ut auct. qua in Provincia* , si ibi debet juri subjacere : ergo non alibi : *ff. de fundo instr. l. quæsitum* , §. *idem respondit ad idem* , *l.* 1. *C. ubi sena. vel cla.* Item , ubi Judex domicilij punire non potest , inventum est remedium remissionis : de quo notatur in dicta *clem. Pastoralis* , *& in auct. qua in Provincia*, *& DD. in di. c. fi. de foro comp.* Et scripsi *suprà eo. lib.* 2. *tit.* 1. *l.* Item , Judicem delicti principalitèr contingit injuria , quia dicitur pater Civitatis : *ut in auct. de armis* , *post princ. coll.* 6. *& in auct. ut jud. sine quoque suffra.* §. *eos autem* , *&* §. *sciant* , *coll.* 2. ad ipsum ergo pertinet delinquentem punire : *in auct. de manda. Princ.* §. *quod si delinquentes*, *coll.* 3. *ff. de injurijs*, *l. quod si unius*, §. *quod ait Prætor*. In contrarium enim adducitur : *l.* 3. *ff. de offi. Præsi. & d. auct. ut jud. sine quoque suffra.* §. *volumus*. Item, ut dicit *l.* 1. *C. ubi de crim. agi opor.* quod crimen tribus locis cognoscitur : & punitur ubi delinquit: & ubi domicilium habet, & ubi ex consensu suscepit judicium: & minime sunt mutanda , &c. *ff. de legi. l. minime*. Item , cum hoc sit in contractibus , scilicèt, quod Judex domicilij cognoscit : *ut l. hæres absens* , *in fi.* fortius vel saltem æque in delictis , cum hæc quoad jus fori sunt paria : *ff. de jud. l. omnem* , nec enim tollitur primi Judicis jurisdictio per accumulationem alterius: *C. qui po. in pig. ha. l. assiduis* , cum igitur prædictus §. *quod si delinquentes*, *de mand. Princ.* simpliciter dicat; quod Judex puniat delinquentes: ergo ubicumque delinquant , dum modo sint suæ jurisdictionis : *ut ff. de servi. verba prædi. l. si servitus*. Item , sicut per accusationem de hoc crimine cognoscit; sic per inquisitionem valet cognoscere : *ff. de offi. Præsi. l. congruit*, *in auct. de collato* , §. *jubemus autem* , *coll.* 9. per quæ videtur ex legis præcepto ad idem arctari : hoc tenet *Bal. in l. fi. ff. de jur. om. jud.* qui tenet , quod de delicto extra territorium inquirit secundum Cy. quia si committitur delictum in Ecclesia , Judex sæcularis inquirit : *ut C. de Epis. & Cle. l. si quis in hoc genus tamen Ecclesia*, non est de jurisdictione Judicis sæcularis. Item , quia paria sunt procedere per accusationem , & per inquisitionem : nec dif-

UVA. BHSC. SC 05749

differunt nisi quoad ordinationem judicij: *ut not. inst. de publ. ju. in princ. Bar. etiam tenet opi. Cy.* per rationes prædictas: & quia *lex* 1. *C. ubi de cri. agi opor.* non distinguit inter accusationem & inquisitionem, unde indistinctè debet intelligi secundum *Bal. in d. l. fi. de jur. om. ju. Jo. An. tamen tenet opi. Odofre.* & concludit in loco supra allegato, quod dubium non est per jura supra alleg. Judicem domicilij cognoscere posse per viam accusationis de delicto per subditum alibi commisso: inquirere tamen non potest *per* §. *si quis accusatorem, in princ. alleg.* etiam si sit casus in quo per inquisitionem potest procedi sine accusatore: *quod not. in Spe. tit. de inquisit.* §. 1. sed cur tam variè assignat ipse rationem, quia quando alibi delinquens accusatur coram Judice domicilij, ipse non cognoscit ex eo quod delinquit, sed ex eo quod est de suo foro: & ex eo capite punit eum ex delicto si probetur: sed inquisitio delicti principalitèr concernit delictum, quod non contingit Judicem: ex quo alibi est commissum: Judex ergo competens erit Judex delicti ad inquirendum & puniendum: leges ergo volentes delinquentes punire, loquuntur per viam accusationis, vel inquisitionis duobus concurrentibus, scilicèt, quod sit casus quod possit inquiri; & quod in suo territorio delictum sit commissum secundum eum: & jura canonica, quæ satiùs permittunt inquisitiones procedant in suo foro. Ex his infero alias duas limitationes ad leg. istam. Prima, quod intelligatur in Judice naturali, qui contra absentem suum subditum naturalitèr subjectum, procedit, quando delinquit intra territorium, vel extra, cum procedit per viam accusationis. Secunda, quod intelligatur etiam in Judice delicti: quando, scilicèt, delinquentem prævenit per citationem antequam delicti jurisdictionem exiret, & non aliàs: & quod ista lex intelligatur principalitèr in Judice naturali, patet per ejus litteram: dum dicitur: Diganlo en su casa, &c. ex quo clare infertur, quod à Judice domiciliario debeat citatio procedere: vel quod citationem ad locum domicilij Judex delicti mittat; ut per suum Judicem requiratur, & citetur: *ut in d. cle. Pastoralis*, non ergo videtur ex errore Canonistæ procedere: *ut Dominus Cy. scripsit*; hoc firmatur per notata *per Bar. in d.* §. *Præsides*, ubi dicit, quod Cle. Pastoralis est vera de jure: nam quando sunt plures Judices habentes plures jurisdictiones separatas, si habent dependentiam ab uno Principe: unus potest in alterius territorio citare: & sic videtur loqui *d. l. omnes*, §. *verum si apparitor*, facit *in ar. l. quæro, ff. de solu. & l. Titium*, §. *tutores de admi. tu.* si autem jurisdictiones distinctas, & separatas, & una ab alia non dependet: tunc debet requirere suum Judicem, ut eum citet, non tamen potest eum citare: & sic intelligitur *d. cle. Pastoralis*: nam ibi Imperator, & Rex Robertus habebant jurisdictiones distinctas, & una ab alia non dependebat: ideo ibi est prohibita citatio. Sed contra hoc instatur, quod dicta ratio cesset: cum imperium dependat ab Ecclesia per pulchras & notabiles rationes: *per Innoc. not. in c. licèt* 1. *de for. comp. & not. in c. novit, de Judi. & in c. venerabilem, de ele. & in cle. ne Romani de ju. jur. & in extravag. Bonifacij: unam sanctam*: sed dicit Bar. quod istam opinionem tenendo, dicamus quod unus Judex potest in alterius territorio, cui nunc subest: etiam si ab alio non dependat citare, ut supra, sed in territorio majoris Judicis, à quo jurisdictionem habet propter ejus reverentiam non possit citare: & sic loquitur dicta *Cle. Pastoralis, & ar. in l.* 4. §. *si tam vicinum de dam. infec.* & quod ibi notat Bar. Ex quibus dictis per Bar. infero; quod etiam extra territorium differentis jurisdictionis universalis potest fieri talis citatio respectu primi extremi, est permissa; quia in territorio proprio exercetur. Ex parte etiam secundi extremi, scilicèt, intimationis, vel nunciationis non videtur prohibita: quia non transit aliquis actus extrinsecus executivus citationis ad alienum territorium; per quem alterius turbetur jurisdictio, ut supra latè dictum est. Item, nota circa materiam hujus legis, quod licèt *Bar. in l. eum qui ff. de furtis*, dicit, quod alibi delinquens non potest puniri in loco ubi invenitur *Bal. tamen in l. unica, C. de confessis tenet*, quod si quis fecit furtum Bononiæ: deinde cum re furtiva inventus est Papiæ: & ibi confessus est maleficium: quod poterit per Judicem Papiæ puniri: quia mutatio fori & territorij geminat delictum: ita notat *Bar. ff. de furtis, l. si dominium*, & hæc opinio est naturalis,

UVA. BHSC. SC 05749

no sea oido (*a*) mas en esta razon; è quando venir quisiere, fagalo

& æqua quia invenitur cum re subtracta, sed si vendidisset rem alibi: & pretium contractasset Papiæ, non posset ibi puniri, quia pretium est suum factum: & rei suæ nemo facit furtum: *ut l. pe. ff. de cond. ob. causam, not. Bal. in d. l. unica de confessis.* Recollectis omnibus requisitis ad hoc, quod contra absentem possit in crimine ad diffinitivam procedi. Requiritur primo, quod accusatio coram Judice debita forma, proponatur. Secundo, quod accusatus mandetur per Judicem capi, & diligentèr requiri per Civitatem, & jurisdictionem. Tertio, quod facta Judici fide per officialem, quod non invenitur, fiat informatio super fuga. Quarto, quod informatione habita per publicum præconium, & in loco eminenti citetur, quod usque ad mensam, &c. Quinto, quod præconio dato per litteram Judicis citetur absens in domo sua: & dicatur per nuntium publicum alicui de familia. Sexto, quod accusans in quolibet termino contumaciam reaccuset ipsius accusati debito tempore, & forma: ut circunductio evitetur. Septimo, quod hæc diligentia, & solemnitas citationis, in quocumque termino observetur. Octavo, quod fit trina citatio: & per intervalla 30. dierum, & non minus contra absentem. Nono, quod terminis jam elapsis, Judex per suam interlocutionem accusantem ad probationem recipiat: & ex suo officio quærat defensiones accusati. Decimo, quod Judex procedens sit domiciliarius, vel delicti per citationem delinquens præveniens. Undecimo, quod si naturalis Judex procedat de delicto alibi commisso per subditum, procedat per viam accusationis, & non inquisitionis: & hæc sufficiant.

(a) No sea mas oido. Non intelligo supra crimine: nam licèt propter contumaciam audientia denegatur: *ut not. ff. ex qui. cau. ma. l. sed & si per sententiam sunt de jure civili: ut inst. de obl. in princ.* & ideo videretur quod aliquis per statutum posset à limine judicij repelli: ut est expræssum *ff. de decre. ab ord. fa. l. fi.* ibi dum dicit, & à judicio prohibeatur: tamen istud debet intelligi naturali defensione semper salva: si quis autem defensionem civilem, non naturalem, prætenderit: putà non solvere collectam: hoc beneficium benè potest auferri per statutum: *ar. ff. ad l. falci. l. beneficio.* Illud ergo est benè notandum, quod nunquam ex suo capite Judex debet condemnare illum qui habet defensionem, naturali jure, vel civili seu municipali, quia paria sunt, interficere innocentem, vel nocentem quem punire non debet: *ut ff. ad l. Jul. repe. l. lex Jul. §. hodie, & c. hæc est not. Bal. in l. ut vim, ff. de just. & jure*, & potest esse ratio: quia in criminali non potest reus defensionibus suis renuntiare in judicio: licèt in civilibus possit: *ut not. in l. pactum inter hæredem, ff. de pactis, & l. non tantum, ff. de appel. & Ancha. in cle.* 1. *extra de except.* plus est quod etiam non potest renuntiari appellationi in causa criminali: *ut not. Bal. in alleg. l. pactum inter hæred.* ex quibus videtur quod ista lex simplicitèr non est servanda: nam leges debent esse justæ: *ut l.* 3. *ff. de leg.* & cum defensio est juris naturalis non potest tolli: ut in juribus supra allegatis, *& in Cle. Pastoralis de re jud.* nec etiam potest facere quod Judex te condemnet injustè: & ideo est dicendum, quod quædam est defensio voluntaria: ut quando fit proclamatio, si quis vult talem defendere, vel judicium suscipere in se: tunc talis defensio potest tolli per legem vel statutum; sed defensio necessaria non videtur, quod possit tolli: *ut not. Innoc. in c. cum inter, de re jud. hoc not. Bar. in l. cum mulier, ff. solu. matri.* ex quibus not. quod si probationes non concludunt Judicem reus est absolvendus: licèt ex forma statuti denegetur ei defensio: *ut C. de eden. l. qui accusare, glos. fi. & not. illam glos.* quod licèt quis renuntiet omni sui defensioni: tamen absolvendus est, accusatore non probante: ipse enim reus non auditur, sed auditur Judex: cujus interest pro officio suo exercendo: *ut not. hoc Bal. super rubrica, C. de manu. vindi. Alibi not. Bal.* quod & si Judex de facto audivit bannitum: quod non valet ipso jure sententia lata in favorem banniti: ut ipse notat *in l. scire oportet, §. consecutus, ff. de excusa. tu.* & vide quod not. *in l. elegantèr, §. si quis post ver. extra notata, ff. de cond. inde.* tenerem ta-

UVA. BHSC. SC 05749

saber à los Alcaldes, que quiere venir sobre tal razon como es sobredicha: è veniendo en tal guisa, no sea justiciado; mas sea recaudado como es sobredicho en esta Ley.

---

tamen propter æquitatem, & forum conscientiæ quod supradictum est: eo quia est tutius, & jure, rationeque fundatum. Sed quid si processus in causa criminali fiat contra minorem absentem Curatore carentem? an valeat? & DD. *in l. cum & minores*, *C. si adversus rem jud.* tenent, quod licèt in extrajudicialibus gesta ab adulto Curatorem non habente valeant; *ut l. si Curatorem*, *C. de in inte. rest. & l. necessaria*, *ff. de acqui. hære.* in judicialibus tamen maximè arduis & criminalibus, ut hic in quibus minores etiam adulti non habent legitimam personam, non valent gesta per eum: *per l. acta*, §. *fi. ff. de re jud. & C. qui legi. perso. per totum*, ideo diffinitiva contra adultum Curatore carentem lata, est nulla, tanquam contra indefensum: *facit l. si Præses*, *C. quomodo*, *& quando Judex*, *& l. clarum*, *C. de auc. præstan. & text. apertus in alleg. l. cum & minores*, *ubi concludit Salic.* recitatis opinionibus aliorum Doctorum: quod aut minor nullo tempore fuit legitimè defensus: quia nec in principio causæ: nec in medio, nec in fine, & sententia est nulla, & totus processus: *ut alleg. leg. cum & minores*, aut non fuit defensus; quia tutor, nec curator, non fuerunt dati: & tunc clarum est, quod non valet sententia: *ut l. ea quæ C. quomodo, & quando Judex*, aut non fuit defensus: quia tutor, seu curator fuit datus: sed decessit, & non fuit alius datus; & tunc sequens processus, nec sententia non tenet: *ut alleg. l. si præsens*, *not. glos. in alleg. l. cum & minores*, aut non fuit defensus: quia tutor, vel curator legitimè citatus contumax fuit verè, vel fictè: & sic amplius in causa non fuit, & tunc quidquid dicat *dic. glos. pe. tamen Jac. Butri. & Salic. in di. l. cum & minores*, tenet quod etiam non valet sententia: *not. glos. in alleg. l. si Præses.* Si vero in principio causæ, & in medijs minor fuit defensus: sed non in fine: & tunc aut ex defectu citationis: & non valet sententia: *ut alleg. l. ea.* quæ aut ex defectu contumaciæ: & valet, ut ibi. aut ex defectu mortis, vel infirmitatis tutoris, vel curatoris, minor non est defensus: & tunc etiam non valet processus; *ut d. l. si Præses*, *& l. quæsitum, ff. de re jud.* & est ratio: quia est defectus in illo in quo dirigitur citatio: *hæc Salic. in alleg. l. cum & minores.* Ex quibus etiam not. quod licèt tollatur via excipiendi propter contumaciam, non tamen tollitur exceptio: *ut not. Bart. in l. sequitur*, §. *sibiam*, *ff. de usucapio.* Potest etiam habere locum, quod hic dicitur, quod contumax non audiatur, scilicèt, crimine priùs probato: saltem per informationem: & sic liquidato, quod reus non habet justam defensionem: notat *Spec. tit. de accus.* §. *fi. ver.* sed pone affuit accusatus. Et intelligo etiam, quod non debet audiri: nisi velit innocentiam suam probare: ut tenet *Jo. An. in addi. Spec. tit. de accus.* §. 1. *circa princ.* ratio est: quia si reus de novo potest innocentiam suam probare; sententia debet retractari: ut est textus clarus *in c. fi. extra de pur. vul.* & hoc, ne opinio veritati præferatur: *ut in c. cum Bertoldus, de re jud.* nam ibi absens fuit condemnatus, & sententia transivit in rem judicatam: sed postea retractatur propter novas allegationes & probationes: quia fictione juris veritas confundi non valet: *ut l. in rebus*, *C. de jure doti. in princ. facit l. illicitas*, §. 1. *ff. de offi. Præsi.* & hoc maximè ubi de vita hominis, ut supradictum est.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 11. de la 3. partida, tit. 7. que pone muchos casos, por los quales los citados se escusen de no parescer à las citaciones. E vey la Ley 2. del dicho tit. y la Ley 3. 4. è 5. del dicho tit. que pone otras muchas personas que se escusan de parecer: y en quanto esta Ley pone la forma que se ha de tener contra los emplazados en las Causas Civiles, que no parescen ante los Jueces. Vey la Ley del Ordenamiento de Alcalá: y concuerda con esta Ley, y con ella la Ley 1. lib. 3. tit. 9. de las Ordenanzas Reales, que mas copiosamente dispone, que no esta.

UVA. BHSC. SC 05749

Ley V. Qué plazo debe haber el doliente que no pudiere venir al plazo, y cómo ha de ser procedido contra el que no pareciere en juicio, ò no enviáre su Procurador à juicio.

HOme doliente (*a*) que fuere aplazado, ò que adolesciere, que no pueda ir al plazo, enviese à escusar ante el Alcalde: y si el Alcalde esto falláre en verdad, no le faga venir mientra fuere doliente; y despues que sanáre, aplacelo, y venga facer derecho (*b*) ante el Alcalde; y si la enfermedad fuere muy luenga, haya treinta dias de plazo à que venga, ò envie Personero en su lugar, que responda à derecho; y si el aplazado (*c*), asi como es sobredicho, no viniere, ò no enviáre al plazo, metanle al demandador en tenencia de la demanda

(a) HOME DOLIENTE. Nota, quod infirmitas, vel obsessio, vel cui mors imminet, vel si quis urgetur gravi necessitate, vel persecutione, seu naufragio, non cogitur coram Judice comparere: *de consecra. dist.* 4. *c. hi qui.* & 5. *q.* 3. *si ægrotans extra de Procur. c. quærelam.* Item, nec mulier honesta vidua, vel conjugata, seu domicella, non possunt personalitèr citari: nec alius, nisi causa fuerit criminalis 3. *part. tit.* 7. *l.* 3. Alij autem casus in quibus non potest quis citari, & si citetur non tenetur comparere: notantur 3. *part. tit.* 7. *l.* 2. *Concordat styllo*, *l.* 47. Infirmus etiam personalitèr citatus non cogitur venire, sed debet excusatorem mittere: ut hic & *in c. cum dilecti*, *de dolo*, & *contu.* & *de elect. c. bonæ*, 1. §. *contra*, & §. *sequent. de hoc Spe. tit. de citat.* §. 1. *ver. item*, *quòd erat infirmus.*

(b) VENGA FACER DERECHO. Nam cessat tunc impedimentum: de quo vide 3. *part. tit.* 7. *l.* 11. & *l. quæsitum*, *de re judi.* & *per Bar. in l.* 1. *ff. de diver. temp. præscrip.*

(c) EL APLAZADO. Intellige per tres citationes, ut foro novo legis. Los rebelles: & credo, quod ad hoc quod sit verus contumax, & contra eum procedi possit ad diffinitivam vel admissionem: ut hic, & in dicta lege ordinationis requiritur. Primo, quod citatio sit facta ad petitionem partis: *ut l. ad peremptorium*, *ff. de judicij*, *notat Bart. in l. si finita*, §. *Julianus*, *ff. de damno infect.* Secundo requiritur, quod in personam citetur, ut in prima ordinatione Regis Alcalá, *l.* 24. An autem sufficiat citatio ad domum, ante, vel post litem contestatam: *vide Henri. extra de testi. c. in nomine Domini*, 2. *distin.* Est tamen notandum ad hoc, quod ubi principalis potest reperiri, non sufficit citatio ad domum: ut notat *Inno. in c. fi. de eo. qui mitti. in posse.* & *Hosti. in c. causam de dolo*, & *contu.* & *Bar. in l.* 4. §. *Prætor ait*, *ff. de damno infect.* & *Spe. tit. de citatione*, §. *sequitur videre*, *ver. sed nunquid sufficit.* Item ubi requiritur, quod inveniri non possit, ad hoc, ut citatio valeat: vide *Bart. in alle.* §. *Prætor ait*, & *Anchar. in cle. causam delectio.* Est tamen notandum, quod si citandus fugit, & latitat: sufficit citatio ad domum: dum tamen notificetur alicui de domo, vel de familia: *ut* 3. *part. tit.* 7. *l.* 1. Tertio requiritur, quòd peremptoriè sit citatus: & cum comminatione, de qua *per Bart. in d.* §. *Julianus.* Quarto requiritur, quod Libellus petitionis præcedat, & quod ejus tenor in citatione exprimatur: ut notat *Bar. in alle.* §. *Julianus*, & *not. Cy.* & *Bart. in auc. auferatur. C. de litis contesta.* & *Cy. in auc. litigiosa. C. de litigio*, & *Joan. Faber instit. de actio.* §. *quadrupli. in prin.* Quinto requiritur, quod actor compareat; & in quolibet termino contumaciam accuset citati: *ut in l.* 2. *in fi. ff. Si quis in jus voca. non jer.* & *l. arbiter kalendis*, *ff. de arbi.* & *not. in l. quæsitum*, *ff. de re judi.* & *ibi per Bar. in di.* §. *Julianus.* Ultimo requiritur, quod de contumacia rei liqueat Judici, & quod super ea pronuntietur, dicendo: visis citationibus, &c. *ut l. hoc autem*, §. 1. *ff. ex qui. cau. in posse. ea.* & *Bartho. in allegat.* §. *Julianus*: vide practicam qualitèr Judex mandat hanc missionem in possessionem fa-

UVA. BHSC. SC 05749

en razon de prenda, (*a*) si fuere raíz, y si fuere la demanda de mueble, metan al demandador en tenencia de la demanda, si fuere cosa que lo puedan facer: (*b*) è si tal fuere la cosa que facer no lo pudieren, metanlo en tenencia de tanta su buena de mueble, (*c*) si lo falláren, è si no dé raíz, que vala cumplidamente la demanda: è si la entrega fuere de raíz, é su señor viniere, ò enviáre su Personero à responder à derecho, fasta un año (*d*) dé buen fiador, (*e*)

---

facere, 3. *part. titul.* 8. *leg.* 2.

(a) En razon de prenda. Impropriè enim stat hoc verbum cum quis convenitur actione reali: quia tunc missus est verus possessor, & possidet: *ut l. si quis emptionis*, §. *pe. C. de præscri.* 30. *vel* 40. *annorum*, & *ibi Cy.* & *Bar.* licet sit verus possessor commutabiliter ante annum, incommutabiliter vero post annum: ut ibi, & *in c. quoniam frequenter*, §. *in alijs extra ut lite non contest.* & *not. glos. in dict.* §. *Julian.* & *in c. contingit de dolo*, & *contu.* licèt secundum canones etiam in actione reali missus non sit verus possessor: *ut in c. pastoralis*, *ver. verum de offic. or.* Hoc tamen prenda, vel causa custodiæ extat propriè cum quis actione personali convenitur: quia tunc missus non possidet: *ut ff. de acqui. poss. l. possideri*, §. *fi.* & *l. si quis autem*, *vel nisi interposito* 2. *decret. ut in dict. l. si finita*, §. *vero*, & *not. in dict. c. contingit*, & *not. C. de bonis auct. jud. possi. l. cum prop.* & *auc. ei qui jurat.* quando autem in actione reali, seu personali ante annum, vel post annum quis recuperat possessionem, vel agit super proprietate: *vide jura suprà alle.* & *Spe. tit. de contumacia*, §. *sequitur ver. cæterum cum se.* & *Bar. in dicto* §. *Julianus*: quæ jura dicunt, quod in actione reali missus post annum, etiam sine secundo decreto, cum transcursus anni facit missum possessorem, efficitur verus possessor rei; tamen remanet salva quæstio proprietatis: etiam post annum in personali actione missus, nunquam efficitur verus possessor, etiam post annum; quia quemcumque veniat, recuperat rem, restitutis expensis, & præstita cautione: *ut in d. auc. ei qui jurat*: nisi Judicis auctoritate res sit distracta, vel in solutum data: *ut not. Specu. in loco suprà tacto*, *ubi latiùs vide.* & *in tit. de* 2. *decre.* §. *fi. ver. in alijs.*

(b) Que lo puedan facer. In qua tamen potest fieri declaratio rei petitæ: ut si sit petita pecunia, vel quantitas, seu res mensurata, ex qua mutuum contrahitur, ut innuitur hic dum dicitur; que vala cumplidamente, &c. & *not. in d.* §. *Julianus*, & *Spec.* ubi supra, si autem fuerit talis actio in qua non potest peti declaratio rei petitæ: Judex debet per generalia remedia providere, ut cum petitur liber homo; vel in alijs exemplis positis per *Spec. in d.* §. *sequitur*, *ver. porro si agitur cum conc. ibidem allega.* & *Spec. tit. de primo decreto*, §. *restat videre ver. quid si agatur*, &c.

(c) De mueble. Nota, ordinem quem tradit *Spe. tit. de primo decreto*, §. *restat videre ver.* 1. *qui conc. cum allega. l. los rebelles*: & si non stant bona mobilia, vel immobilia fit missio in omnibus, sicut fit in executione rei judicatæ: *ut ff. de re judi. l. à divo Pio*, & *allega. c. quoniam*, §. *fi. nisi sint servi*: & boves aratores, qui non capiuntur; quandiu alia supersunt: *C. quæres pig. oblig. po. l. executores cum sequen.* & *extra de treu.* & *pa. c. fi.* & *est expræssum in foro novo de Alcalá*, *l. quæ incipit*: *Stablecemos*, *y mandamos*: cùm duabus legibus sequentibus; & vide quod ibi scripsi; qualitèr autem fiat missio in nominibus, vel actionibus debitorum, vide *Spe. in d.* §. *restat ver. quid ergo si reus.*

(d) Fasta un año. Hodie in reali actione sunt duo menses, in personali verò unus mensis: *ut dicta lex*, *los rebelles*; ubi vide à quo tempore istud tempus computetur.

(e) Fiador. Non ergo sufficit juratoria cautio, cum non sit sufficiens: *ut ff. manda. l. si mandato*, §. *fi.* & *ff. de fideicommis. liber. l.* ergo adjici: & *notat glos. in d.* §. *in alijs.*

UVA. BHSC. SC 05749

que esté à derecho, è pague las costas (*a*) del plazo primero à que no vino: è de si entreguenle de aquella entrega que le tomaron (*b*) por prenda, è responda luego à derecho; è si fuere la prenda de mueble, y el demandado viniere fasta seis meses, y cumpliere asi como es sobredicho, entreguenle su prenda, è responda luego à derecho: è si à estos plazos no viniere, ò no embiáre, asi como sobredicho es, è despues viniere, ò embiáre, el tenedor no sea (*c*) desapoderado de la prenda, è tengala por suya: (*d*) è sobre est, ò porque no vino al plazo, peche cinco sueldos al Alcalde: y esta misma pena hayan los sanos que no vinieren, ni embiaren responder à los plazos, si por mengua de respuesta sus contendores fueren metidos en tenencia de la demanda de raíz, ò de mueble, asi como sobredicho es.

Ley VI. Qué pena debe haber el que à otro emplaza, ò es emplazado, y no viene à juicio.

SI el Alcalde por querella (*e*) de algun home emplazáre à

(a) Costas. Nota, quòd primo debet de expensis satisfacere antequam audiatur: *ut c. de ho. auct. judi. possi. auct. & qui jurat. C. de judicijs, l. sancimus. C. quomodo, & quando Judex auct. qui semel*, & istæ expensæ declarabuntur actoris juramento: ut in dicta lege sancimus, & dic costas, 1. utiles & necessarias: *ut ff. de bonis aucto. judi. possi. l. Prætor. ait*, §. quod ait, & factas à tempore missionis: ut extra de sequæstrat. *posse. cap.* 1. *in fi.* & expensis citationis, & litis: *ut c. cum dilecti in fi. de dolo, & contu. & Spec. tit. de expensis*, §. 1. *ver.* 2.

(b) Que le tomarón. Fructus tamen perceptos deductis expensis in sortem computabit talitèr missus: *ut l. is cui*, §. *quæri potest, ff. ut in posse. lega. & Bar. in dicto* §. *Julianus circa fi. & in l. Prætor. ff.* de bonis *auc. judi. possi.* & hoc intelligas ante primum in reali, vel ante 2. decretum: quia missus ex primo decreto, non utitur fructibus: *ff. ut in posses. leg. l. Fulcinus in prin.* sed post 2. decretum missus, facit fructus suos: *ff. ut in poss. lega. l. is cui*, §. *qui legatur in fi.* fallit in casibus notatis *in cap. contingit supra allegato glos. fi.*

(c) No sea desapoderado. Hoc est contra jus in actione personali, quia antequam res distrahatur, vel insolutum detur, judicis auctoritate, quandocumque reus venerit præstita satisdatione, & expensis restitutis recuperat rem: ut supradixi.

(d) Por suya. Hoc etiam est contra jus commune; quia in reali etiam post annum reservetur quæstio proprietatis absenti: & in personali quæstio possessionis, & proprietatis, ut supradictum est. Et notatur *in l. 2. C. ubi in rem actio. & in dicto c. contingit, & Bar. in allega.* §. *Julianus.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 4. lib. 2. tit. de los Emplazamientos; y vey la Ley 3. del dicho tit. que pone un caso, en que el emplazado no cae en pena, quando es maliciosamente emplazado: y en este caso dispone, que el Juez es obligado à le facer volver la prenda, que le sacaren por la rebeldía. Vey la Ley del estilo, que es 26. en qué pena cae el Concejo que emplazado no viene al termino: y la dicha Ley pone si la pena de la rebeldía para à los herederos, quando el emplazado se muere. Vey la Ley 30. del dicho estilo: si alguno es emplazado personalmente, si embia Procurador, si satisface para no caer en pena. Vey la Ley 1. y 2. de la 2. part. tit. 7. Y vey la Ley 8. del dicho tit. que concuerda con esta Ley.

(e) Si el Alcalde: por querella. *Concord. cum hac l. 3. part. tit.* 7. *l.* 1. Nam ad actoris instantiam, citatio

UVA. BHSC. SC 05749

otro, quier por sí, (*a*) quier por su carta, (*b*) ò su sello, (*c*) ò por su home cognoscido (*d*) que venga facer derecho al querelloso: y

tio fieri debet: *ut in auc. demanda. prin.* §. *eo. permittente extra de accusa. c. licet de decimis*, *c. dudum.*

(a) Por si. Nota ergo, quod Judex ore proprio citat: & hoc si citandum invenit, & valet, & arctat citatum si legitimè fiat: ut hic: *& c. de judicijs*, *l. sancimus in fi. & Spec. tit. de citatione*, §. *sequitur videre in prin. & alle. l.* 1. *tit.* 7. 3. *part.*

(b) O por su carta. Nota alium modum citandi, scilicèt, per litteram Judicis: *ut extra de offi. deleg. c. prudentiam*, *in princ. ibi litteratoriè*, *&c. & c. ex litteris*, *& C. quomodo*, *& quando Judex*, *l. consentaneum*, & ista litteralis citatio debet continere quod sequuntur, scilicèt, quis citat, & ejus nomen, & cognomen, quem, & super quo, ubi, & ad quem diem, & ad cujus instantiam citat: & quod per se, vel per legitimum responsalem idoneum ad causam sufficienter instructum compareat: & peremptoriè, quæ probantur *extra de dolo, & contu. cap. causam*, *& cap. fi. & de rest. in inte. c. tum ex litteris*: *ad fi. C. qui accus. non pos. qui crimen*, *ff. de novi operis nunci*, *l. de pupillo.*

(c) O por su sello. Nota etiam alium modum citandi, scilicèt per solum Judicis sigillum; & hoc credo verum: dum tamen sit authenticum, & proprium, & notum sigillantis, & ad illud officium citandi deputatum, juxta doctrinam *Inno. in c.* 2. *de fi. instru.* & tale sigillum etiam sine scriptura arctat citatum; ubi notat ipse, & in hoc maximè statur consuetudini; ut plenè notat de his *Spe. tit. de proba.* §. *videndum*, ℣. 10. *cum sequentibus*, *& Ci. C. de Epis. & Cler. l. si qui per calumniam in fi. Bar. tangit*, *ff. de publicia. l. si publicanus*, §. 1. debet tamen in tali sigillo esse nomen sigillantis: *ar. C. de communi servo manumi. l.* 1. §. *si autem*, *& C. de aqui. ductu*, *l. pe. lib.* 11. §. *universos*, *ff. de falsis*, *l. eos circa prin. & ibi glos. & DD. in l. prohibitum*, *C. de jure fisci. lib.* 10.

(d) O su home conoscido. Nota alium modum citandi, scilicèt per notum nuntium Judicis intelligo, dum tamen sit publicus nuntius juratus, certè, & probatæ fidei officium suum fidelitèr exequens; tunc ei creditur circa citationem: juxta doctrinam *Spe. tit. de cita.* §. *sequitur videre*, ℣. *sed nunquid credetur soli nuntio*, *& glos. & DD. in c. cum parati*, *extra de appel.* quia ista sunt legitima documenta ad adhibendum uni credulitatem, maximè si portat infulam, vel baculum, quod est signum jurisdictionis: *ut notat Dominicus in c. Romana*, §. *contrahentes*, *de foro compet. lib.* 6. *not. C. de bo. vaca. l. fi. lib.* 10. *& C. de decuri. l.* 1. *lib.* 12. *& C. de jure fisci. l. prohibitum lib.* 10. De jure tunc partitarum creditur januario Regis, vel ejus justitiæ seu judici si dicunt aliquem citasse; sed si negetur sufficit unius testis dictum cum citante: si tamen fuerit januarius minoris qui citat, non creditur ei nisi cum duobus testibus. Regi tamen, vel Judici verbo citanti ex parte Regis creditur: *ut* 3. *part. tit.* 7. *l.* 1. & ista dispositio legis partitæ videtur æquior, cum principium & fundamentum litis sit citatio, requiritur quod de ea constet legitimis documentis, ad hoc ut contra contumacem procedatur: ut plenè scripsi *supra eo. tit. l.* 4. & regularitèr unius dicto jura fidem non adhibentur: *ut in eo. lib.* 2. *tit. de las testimonias*, *l.* 1. cum ibi notatis, & etiam in casu ubi uni tantum nuntio sine testibus crederetur, si citatus negaret se citatum creditur suo juramento, scilicèt non fuisse citatum, quod est notandum: *ut notat. Spec. tit. de cita.* §. sequitur videre verum: ego dico videtur: ergo quod fragilis sit probatio solius nuntij, cum potest per juramentum alterius enervari: tamen quod textus dicit habuit ortum ab his quæ notantur *in alle. c. cum parati*, *& per Inno. in c. quoniam contra falsam*, *de proba.* qui dicit quod creditur nuntio dicenti se citasse ex Judicis commissione; & hoc verum, si sit Judex generalis, & nuntius est juratus: ut ibi, & hoc etiam verum, secundum *Bar. in lib. feu. tit. de mili. vasal.* qui contumax est, *c.* 1. si verbalitèr citari potest, sed non potest gravare in persona, vel rebus: *ut C. de colla. fundi. fisca. l. probationes per Bar. Ci.* di-

UVA. BHSC. SC 05749

el emplazado sea tenudo de venir al plazo; è si no viniere, haya

dicit, quod de commissione debet constare: *C. de exhi. re. l. nemine Bart. de hoc not. ff. de dote prœle. l. Teopompus, & Bal. in dicto lib. feu.* ubi supra adhæreas tamen dispositioni 5. partite in arduis & gravibus, quia æquior, ut dixi. Unum tamen nota, quod cursor, vel nuntius citans aliquem sine mandato, non tenetur pœna falsi, sed civiliter ad interesse. Casus est singularis *in l. qui nomine, de falsis.* Et qui supradicta sunt, intelligo in citatione ordinarij, de delegati autem citatione: *vide per Spec. in dicto §. sequitur videre, & in c. cum in jure de offi. dele. & in c. prudentiam, eo. tit. & de materia istius citationis vide glos. notabilem in dicto lib. feu. rubrica de mili. vasal. qui contumax est, glos. magna, & quot modis fiat citatio. vide glos. approbatam in auct. qui semel. C. quomodo & quando Judex, & vide Guil. de Peruso, & Bal. in l. 1. ff. in jus vo.* Item aliqui dicunt, quod est alia citatio per proclamationem generalem: *ut not. in l. & alio jure, ff. si ex poxa. causa aga. sed ibi Bal.* dicit, quod nulla lege cavetur, quod per generalem proclamationem quis excludatur à jure suo speciali: imò debet nominatim quis citari, *ff. de ven. inspi. l. 1. §. denuntiari, & not. Inno. in c. humilis, de majori, & obe. si leg.* videmus quod licet creditores, & legatarij sint per generalem proclamationem citati ad confectionem inventarij, tamen admittuntur postea ad probandum contra ipsum inventarium: *ut in auc. de hære. & falci. §. si vero assunt.* Item absurdum est dicere, quod perdat quis jus suum, quia non comparuit in una citatione: *ut not. ff. si quis jus. di. non obten. l. 1. in fi.* Sed dic secundum *Bal. in dicto lib. feu. ubi supra:* quod aut quis non est citatus ullo modo: & tunc nullum sibi generatur præjudicium in possessione, nec in proprietate: *ut not. Inno. in c. si quando: extra de offi. dele.* aut est citatus per proclamationem generalem; & tunc si fuit factum secundum decretum non admittitur per modum contradictionis: *ut ff. de re judi. l. à divo Pio, §. si post aditam.* Sed tamen admittitur ordinariè prosequendo jus suum: excluditur ergo solum à sumaria contradictione, non à via ordinaria; cum illa non sit sublata per sumariam cognitionem: *ut dicta l. à divo Pio, §. si super rebus*: aut est nominatim citatus; & tunc videtur sibi imputandum, si non contradixit, ut postea non audiatur ullo modo: *ut C. si propter pu. pensi. l. si deserta. ex quibus cau. ma. l. cum miles, §. 1. & C. de distra. pig. li si eo tempore,* tamen credit Bal. quod repellatur solum à contradictione summaria; non ab ordinaria petitione; & in hoc nocet ei contumacia: quia facit eum de reo, actorem: *ut ff. de no. ope. nunci. l. prius, & l. consentaneum, in fi.* Nota tamen, quod ubi reperitur certus contradictor, vel oppositor, non sufficit proclamatio generalis: aliàs sic *perc. fi. extra de elect. lib. 6.* hoc not. *Bal. in alle. l. & alio jur.* Item nota circa hanc materiam, quod si appareat aliqua sententia multum antiqua, in qua fit mentio, quod pars fuit citata præsumitur citatio: *ut not. Inno. in c. Albericus, de testi. & secundum Hostien.* post biennium præsumitur pro sententia, & pro processu: *& reffert Jo. An. in c. in præsent. de renunt.* Item nota, quod ubi quis citatur per præconem, seu per cridam: debet fieri in vico citati: *ut ff. de dam. infect. l. si finita, §. Julianus in glos. magna*, & dicit Innoc. quod bannum præconis missum per totam Civitatem ligat omnes: 16. *di. quod dicitis, not. Bal. in lib. feu. rubrica de mili. vasal. qui contumax est, c. 1.* Item nota, quod si aliquis est citatus, & constat eum comparere non posse, manus Judicis interim sunt ligatæ: fallit in electione ubi impeditus non expectatur: *ut extra de elect. c. cum inter universas, & ibi Inno. idem dicit Bal.* in omnibus actibus publicis, ne propter paucorum absentiam publica vacillet utilitas: *C. de decurio. l. 2. lib. 10. & Bal. ubi supra.* Est & alia citatio per campanam, in actibus scilicet publicis: & in tali casu absentes citantur ad comparendum: *ut not. glos. penul. & Pe. de Ancha. in cle. gravis, de sen. excom.* gratia cujus nota secundum *Jo. An. extra de offi. custo. c. 1.* quod sonus campanæ has habet repræsentationes: nam aliquando est signum ad congregandum cœtum, aliquando exeundi ad bellum, aliquando est signum horarum, aliquando est signum faciendæ, vel fac-

UVA. BHSC. SC 05749

aquella pena (*a*) que dice en esta Ley sobredicha de este titulo, en

---

factæ electionis, aliquando est signum luctus, aliquando gaudij, aliquando est signum extinguendi ignem, aliquando intrandi parlamentum, aliquando levandi Corpus Christi: ut ista signa sunt multa: *ut not. Vege. de re mili. notat hoc Bal. in l. unica. C. de dictitia liber. tollen.* Sed quæro, certum est, quod infans non potest citari *per l.* 1. §. *fi. ff. de admi. tu.* quid ergo debet facere creditor, qui vult suum consequi? Respondeo adeat Judicem, & faciat citari conjunctos amicos infantis: *ut ff. ex qui. cau. ma. l. ergo*, & curet, quod sibi detur tutor, quia curator infanti dari non potest; eo quia non datur nisi petenti:*ut ff. de tutelis*, *l. qui habet*, §. *pupillus*, *dicit tamen Bar.* quod si bona infantis essent peritura, vel eminet grave æs alienum, quod Judex ex officio potest dare curatorem: *liti. ff. ex qui. cau. in pos. ea*, *l. Fulcinus*, §. *utrum*: quod intelligit Bal. de consilio conjunctorum pupilli, & in subsidium quando non reperitur tutor, & idem in furioso quando non reperitur aliquis qui velit accipere curam generalem, quod videtur æquum Bal. nam propter utilitatem minoris, Judex potest supplere ex officio, quod ipse probat tali ratione. Si potest Judex ex mero officio removere, & decernere ad hoc: *ff. de magistra. conveni. l.* 1. §. *exigere*, *ulti. responso*: erit ergo hic casus singularis; in quo per inquisitionem dat curator liti quanquam hoc sit contra regulam *insti. de cura.* §. *item invicti.* Item, si bonis absentis datur curator ad instantiam creditoris: *ut l. ab hosti. qui. ex cau. ma.* quare non eodem modo in infante, quem certum est pro absente haberi. Item, datur curator ventri, respectu ejus qui est in utero, eo quia citari non valet, ergo & infanti qui in contumaciam constitui non potest: *ff. de ven. in pos. mit. l.* 1. §. *& generaliter*: *cum* §. *se. nulla tamen l. hoc clarè dicit*: ideo DD. in isto dubio variant *in dicto* §. *pupillus.* Pet. simplicitèr tenet, quod infanti non possit dari curator ad litem *per tex. illius*, §. *si pupillus*: & dicit, quod remedium creditoris est quod citent conjuncti & amici, quos verisimile est defensuros infantem: & si defendant bene quidem: Si autem non defendant procedatur ad missionem in bonis defuncti, & procedatur ad venditionem si jure contractus defuncti infans conveniatur: & hoc per duas leges: *ff. qui. ex cau. in pos. ea*, *l. hæc autem in prin. & l. apud Julia.* §. *fi.* Sed tu considera *secundum Bal. in lib. feu. tit. de mili. vasal. quod contumax est c.* 1. cujus est ista nota, quod si infans conveniatur ex contractu defuncti oportet, quod infans sit immixtus hæreditati: *ut not. in l. si cum dotis*, §. *transgrediamur sol. ma.* sed istud non potest esse sine tutore: *ut cap. de jure deli. l. potest* sed ad hoc respondent quidam, & dicunt, quod sufficit immixtio *per l.* 12. *tabularum ut ff. de condi. fur. l.* 3. *& ibi per Ci.* sed ista solutio, dubia est in se, & falsa infante extraneo. Sed dico, secundum *Bal. ubi supra*: supposito casu infantis extranei, quod si hæreditas est jacens, dabitur curator hæreditati jacenti: *ut ff. de nego. ges. l. debitor.* aliàs hæreditas jacens tanquam res inanimata non posset latitare: & sic nec citari, nec pati secundum decretum: *ut ff. de hære. insti. l. si quis instituatur in fi.* Sed dubitatur, utrum contra istum processum factum contra curatorem bonorum minoris, qui postea addijt, possit minor in integrum restitui? videtur quod non: *ut ff. de nego. ges. l. nam & servus*, §. *qui negotia.* ℣. *& ideoque.* In contrarium facit: *ff. de mino. l. etiam.* Sed credo secundum Bal. in integrum restitui posse, si sit læsio enormis, non ex dicto de minoribus, sed ex clausula generali: *si qua mihi juxta causa*, *&c.* sed an contra adultum contumacem possit ferri sententia in spiritualibus? dic quod sic: *ut not. in c. dudum ad audientiam extra de elec. in novella*, *hoc not. Bal. in lib. feu. in alle. tit. de mili. vasal. qui contumax est cap.* 1.

(a) Haya la pena. Reffert hic Vincent. Arie. ut eum perpendere valui, quod ista lex non loquitur de pœna spoliantis quæ est duplex: *de qua C. unde vi. l. si quis in tantam*, *& in lib.* 4. *tit.* 4. *l.* 4. sed de pœna, lex supra proximè, scilicet quod contumax contra quem fit missio in possessionem post annum in realibus, post sex menses in personalibus non audiatur supra possessione, licet audiatur supra proprietate: *de quo Bar.* *in*

UVA. BHSC. SC 05749

el capitulo primero, de los que no vinieren à la señal: y esto mismo decimos del querelloso que no viniere à la señal.

Ley VII. Que el emplazado que no viniere al plazo no debe haber pena, salvo si entre sí la pusieren.

QUando los contendores ponen entre (*a*) sí plazo, à que sean ante el Alcalde, sin mandado del Alcalde, el que no viniere al plazo, no haya pena, salvo si la pusieron: mas si algun plazo fuere puesto por man-

---

in l. quæsitum, super prima glos. ff. de bo. auct. judi. pos. hodie autem vide foro novo, *l. los rebelles*; ubi de hac materia aliqua notabilia dixi, & quod notavi supra lege proxima. Sed crederem salvâ ejus reverentia, quod ista lex non loquitur de pœna missionis in possessionem, sed tantum de pœna solius contumaciæ, scilicet 5. solidorum de qua loquitur finis dictæ legis supra proximæ, quod probatur cum dicitur: *Esa mesma pena haya el querelloso*: cum contra actorem non reperitur in jure, quod fiat talis missio, sed solum, quod solvat expensas, & iterum non audiatur donec præstet cautionem, & iterum in judicio fidelitèr compareat: *ut c. arctor. de dolo, & contu. lib. 6.* vel hodie quod solvat pœnam contumaciæ, 5. solidorum: ut supra lege proxima, & si est citatio Regis, actor malè citans solvit pœnam malæ citationis, ut in ordinatione Regis Joan. I. in Briviesca, lex quæ incipit, *muchos ganan cartas.* Quid operatur comminatio Judicis in citatione: *vide Bal. in l. si bonorum. C. qui admit. ad bo. posses. possunt.* Item, circa hanc materiam nota *secundum Bal. in l. cum vero. C. quando provo.* non est necesse, quod si citatus expectatus compareret die sequenti hora congrua, quod etiam non refectis expensis audiatur, quia videtur venire in termino: *ut ff. de præcario, l. sed si manente*: aut comparet ulteriori die, & tunc non intelligitur legitimè comparere, nisi reficiat expensas: *ar. eorum quæ not. Bar. ff. de novi. ope. nunci. leg. Prætor. §. si aliquando*: nam ista sunt paria, nullo modo comparere, & minus legitimè comparere. Item, si Judex pronunciavit absentem esse contumacem: standum est sententiæ, nisi contumaciam purget refectis expensis *de fideicomm. libe. l. si legatario, §. fi.* Ultimo nota, quod à pœna præcepti expræssi de quo in hac lege excusantur minores, & rustici, & mulieres: quia sunt miseræ personæ: & præsumuntur non comparere propter imbecilitatem, potius quam per contumaciam: *ut notat Bal. in l. 1. in fi. ff. de eden. & adde quod not. ff. de minori, l. minor.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 7. tit. 7. de la 3. part. vey la Ley 2. è 3. è 4. è 5. è 6. del dicho tit. que pone muchas personas, que no son obligadas à venir à las citaciones, ni incurren por ello en pena alguna.

(a) QUANDO ENTRE SI. Nota ex lege ista: quod pactum de litigando coram Judice ad certam diem inter partes non præsente Judice non inducit obligationem: *concord. l. si convenerit, ff. de jurisd. om. jud.* sed si facit Judice præsente obligat: *ut est text. in c. 1. extra de jud.* idem si fiat pactum inter partes; & sit vestitum pœnæ appositione; ut hic dicitur: dum sit Judex, aliàs suus: *ut not. Ant. de Butrio in dict. c. 1. de jud. per l. privatorum, de jurisd. om. jud.* sed in isto casu paciscens non compellitur præcisè comparere; licèt teneatur ad interesse: quia in stipulationibus facti, succedit obligatio ad interesse: *ut in l. stipulationes non dividuntur, §. celsus, ff. de verb. obli.* & est ratio istius legis in principio, quia per pactum inter partes tantum fine Judice initum, non inducitur aliqua jurisdictionis prorogatio; cum non surgat ex aliquo exercitio actus jurisdictionis gestæ cum Judice. Est & alia ratio: quia cum pactum de prorogando est in futurum, & non sequitur actualem consensum de præsenti: ut notat pleniùs *Ant. ubi supra.* De hac materia vide quod notat *Bal. in l. si convenerit, & in l. fi. ff.* de

UVA. BHSC. SC 05749

dado del Alcalde, è los contendores entre sí se avinieren, è cambiaren el plazo, si esto no fuere de consentimiento (*a*) del Alcalde; el que no viniere, haya la pena que debe haber, si no viniere al plazo que fue puesto por mandado del Alcalde.

Ley VIII. Cómo debe ser seguro en la ida, estada, y venida, el que es emplazado ante el Rey.

SI alguno (*b*) fuere emplazado por mandado del Rey, que venga ante él, quier sobre Pleyto, quier sobre otra cosa qualquier, y este emplazado hobiere enemigos algunos, mandamos, que el dia que moviere de su casa por venir ante el Rey, que venga seguro por todo el camino. Otrosí, mientra duráre en Corte de Rey, è mientra tornáre para su casa, y esta seguranza de venida para el Rey, è de tornada para en su casa, dure tantos dias, quantos fueren las jornadas, diez (*c*) leguas de andadura cada dia: è ningun

---

de jurisd. om. jud. & vide quod scripsi supra eod. lib. 1. *tit.* 1. *l.* 1.

(a) CONSENTIMIENTO DEL ALCALDE. Quod requiritur ad hoc, quod possit in contumaciam constitui secundum intellectum *d. c.* 1. *extra de jud. & est expræssum* 3. *part. tit.* 7. *l.* 7.

(b) SI ALGUNO. Nota istam legem ad quam facit *l. ordinationis fori novi, quæ incipit, Las treguas.* Nota succintè, quod citatus ad locum non tutum notoriè, vel periculosum, non arctatur comparere: *ut not. in l. ex quacumque, & ibi glos. & Bar. ff. si quis in jus vo. non je. & in l. de ætate, ff.* ad *Trebel. & doct. signantèr Petr. de Anchar. & Joan. de Immol. & Dominic. in cle. pastoralis: de re jud.* secùs tamen: *ut reffert Bal.* si locus est factus periculosus ratione delicti commissi per citatum; tunc tenet citatio: & constituitur in contumacia: *ut not. ubi supra.* Nota tamen, quod si quis sit à loco injustè expulsus; ut ratione partialitatis; non valet processus contra eum factus: *ut tenet glos. in l. ad cognitionem, ff. de cess. bo. & not. Jo. An. in c. unic. de cler. non resi. lib.* 6. Item nota, quod citatus ad locum non sibi tutum, si tamen est locus tutus suo Procuratori; arctatur ad comparendum per suum Procuratorem: si causa sit talis in qua possit per Procuratorem litigare: *notat Ant. de Butr. in c. cum olim: de test. & pleniùs in cap. ex part.* 1. *de appe.* idem si sit locus inhonestus: vel ubi est tuus hostis, vel ubi sunt inimici, vel eorum amici, vel domestici: *ut not. Spec. tit. de accus.* §. 1. *vers. Item quod fit ad locum inhonestum: & vers.* Item, quod fit ad locum minus insignem.

(c) DIEZ LEGUAS. Nota legem istam, quod decem laucæ faciunt dietam, & istæ leucæ debent computari per viam rectam, & usitatam: *ut not. Bar. in l. in itinere, ff.* de *verb. sig. & Spec. in tit. de cita.* §. 1. *circa princ. ff.* de *supel. le. l. Labeo: extra de spon. c. ex litteris, Bar. notabilitèr in l. continuus,* §. *cum ita, ff. de verb. obli. in fi.* facit quod notat Florianus *in l.* 1. §. *summa, ff. de his qui dejece. vel effu.* Item, quot miliaria habet dieta, *not. glos. in c. cupientes,* §. 1. *super parte commodè: de ele. lib.* 6. *& Jo. An. in c. statutum: de rescript. eo. lib. & in c. nonnulli, eo. tit. not. in l.* 1. *ff. si quis cautio. & glos. in c. sicut antiquitus* 16. *q.* 4. *& in Spec. tit. de citatione,* §. 1. *versic.* 1. *cum seq.*

ADDICION.

Vey la forma de los asentamientos en la Ley 1. *tit.* 9. *lib.* 3. *de las Ordenanzas Reales. Concuerda con estas Leyes amas, la Ley* 5. *tit.* 8. *de la* 3. *part. è la dicha Ley pone pena, no solamente al forzador cuyos eran los vicios, pero si fuere otro estraño, incurre en otras penas: è vey la Ley* 4. *del dicho tit. que dispone, que caso que el que fuere mandado meter*

UVA. BHSC. SC 05749

home por enemistad, ni por otra mal querencia, no sea osado de le facer mal en su cuerpo, ni en sus compañas: è si por aventura no fuere emplazado, nì viniere por mandado del Rey, mas por su placer, mandamos, que sea seguro en la carrera, desde cinco leguas de aquel lugar do fuere el Rey. Otrosí, mientra fuere en la Corte, è el dia que se dende partiere de tornada, por todo el dia sea seguro él y sus cosas, asi como sobredicho es en esta Ley: è si en la venida, ò en la tornada le acaesciere alguna enfermedad, ò otro embargo derecho, porque no pueda tan aína venir, ò tornar à su casa, mientra que duráre la enfermedad ò el embargo, haya aquella seguranza, asi como sobredicho es; è quienquier que contra esta nuestra Ley viniere, ò la quebrantáre en alguna cosa, al cuerpo, y à quanto hobiese, nos tornariamos por ello, como à home que quebranta seguranza de Rey.

TITULO IV.

DE LOS ASENTAMIENTOS.

Ley I. Qué pena debe haber el que entregáre, asentáre, ò forzáre alguna cosa en que estuviere asentado.

Si algun home fuere entregado, ò asentado por mandado del Rey, ò del Alcalde en la buena de su contendor, ò en su demandar, (a) è aquel en cuyo entregaron, ò asentaron, forzáre, ò tomáre alguna cosa de aquello que el otro era entregado, ò asentado por mandado del Alcalde, pechelo doblado, (b) à quien lo tomó.

---

ter en la posesion por via de asentamiento, le sea resistido, sea habido por poseedor: è vey por todo el dicho tit. cómo se hace el asentamiento, è con qué solemnidad, è quanto tura.

(a) Si algun home, ò en su demandar. Secundum formam legis quintæ: supra titulo proximo, & foro novo, Ley los rebelles, *& 3. part. tit. 8. l. 3.*

(b) Doblado. Per hanc litteram videtur approbata opinio *Innoc. Host. Jo. An. in c. contingit, de dolo, & contu.* ubi patet, quod missus ex primo decreto in reali actione possidet: & ideo competit ei interdictum, *unde vi, & condit. l. si quis in tantam, C. unde vi.* si fuerit à possessione dejectus, quod approbat *Jo. An. in addi. Spec. tit. de primo, & secundo decret. §. jam de effectu: super V. sed quid si missus*: ubi dicit, quod talis detentatio, quam habet talitèr missus juris, & Judicis auctoritate, parit conditionem *ex illa lege dominus tamen Vinc. Arie.* hic hanc legem non sic intelligit, sicut jacet: cum ipse asserit, hunc missum non possidere *per l. 1. §. hæc actio, ff. ne vis fiat ei qui in possessionem missus est: ubi id tenet glos. & Bar.* & ideo quod non competit ei interdictum, *unde vi, nec condit. ex hac l.* intelligit ergo ipse hanc legem cum missus in reali possidet per annum: quo elapso efficitur verus possessor: *ut alleg. c. quoniam frequentèr*, quod tunc competit ei condictio ex hac lege dimisso, autem ex primo decreto in personali actione indubitan-

UVA. BHSC. SC 05749

Ley II. De aquel que embarga, que el asentamiento no sea fecho, defendiendolo por fuerza, qué pena debe haber tal home.

SI el Alcalde mandáre (*a*) asentar à alguno en su demanda, ò en buena de su contendor, porque el contendor no quiso responder (*b*) como debía, ò se ascondió (*c*) por no facer derecho, y aquel en cuyo mandáre asentar, lo defendiere por fuerza, è se alzáre, de guisa que el asentamiento no pueda ser cumplido, è pasáre el año, si fuere raíz, ò los seis meses, si fuere mueble: que en este plazo no venga responder por desfacer el asentamiento, haya la pena que el otro habrie, si el otro fuese el tenedor (*d*) del asentamiento.

---

tanter dico, quod cum nec civilitèr nec naturaliter possideat, non competit ei interdictum, *unde vi. ne condit. ex hac l. ut tenet Jo. An. in dict. c. contingit*, ideo requiritur in personali actione secundi decreti appositio, ad hoc ut locum habeat ista lex cum loquitur in personali ibi: dum dicit: O en su demanda. Si ergo volumus domini *Vincent.* opinionem tenere: dicamus, quod contra dejicientem taliter missum ex primo decreto, in reali ante annum: & in personali ante secundum decretum competunt alia remedia: de quibus notabilitèr *Innoc. in dict. c. contingit*, *&* *notat glos. in c. tuæ*, *ut lite non constet*, *& Spec. tit. de primo decreto*, *§. jam de effectu, ver. sed quid si missus: cum se. ubi latius vide concord. styllo*, *l.* 116.

(a) SI EL ALCALDE MANDARE ASENTAR. Est tamen notandum, quod ad hoc ut fiat missio in possessionem, oportet, quod de debito summatim constet: *ut l. cum proponas*, *C. de bo. auc. judi. possi.*

(b) NO QUISO RESPONDER. Si autem post primum, & secundum decretum respondet: & opponit exceptionem dilatoriam solutionis: ea probata reddit processum primi & secundi decreti ipso jure nullum: *ut not. in l. Fulcinus*, *§. si in diem, ff. ex qui. cau. ma. & notat Bal. in dict. l. cum proponas.* Sed quid si debitor non latitavit: sed est absens qui Procuratorem constituere non potest, *& Bal. in dict. l. cum proponas*: dicit, quod tunc datur curator bonis: *ut l. ab hostibus*, *in princ. ff. qui & ex qui. cau. ma. & C. de cap. & post lib. rever. l. cum cognatos*, nam iste absens, quantum ad hunc articulum, similis est mortuo: cujus bona non possunt vendi, nisi dato curatore bonis: *ut ff. de condi. inst. l. si quis instituatur*, idem si nesciatur an sit vivus, vel mortuus: quia diu fuit in partibus peregrinis: *ar. l.* 2. *&* 3. *ff. de dona. causa mor.* aliàs si de proximo visus est vivere, præsumitur vivere: *ut not. in l.* 2. *§. si dubitetur quemad. testa. aperi.*

(c) O SE ASCONDIÓ. Dicitur autem latitare debitor quando turpitèr & fraudulentèr se occultat, ut evitet cursum creditorum: *ut alleg. l. cum proponas*, *& l. pro debitore*, *C. de bo. auc. judi. poss.* & illi tantum creditores possunt venditionem fieri impetrare, quos debitor occultando voluit defraudare: *ut l. Fulcinus*, *§. quis sit*, *ff. qui. ex cau. in poss. ea.* Si autem vocatus non latitat, ut creditores fraudet: non habet locum pœna hujus legis, nisi impediat missionem, ut hic: *& not. in l. si finita*, *§. si forte*, *ff. de dam. infec. & in d. l. Fulcinus*, de processu autem & venditione, quæ fit contra latitantem: *vide Spec. tit. de secundo decreto*, *§.* 1. *ver. illud autem: circa secundi decreti*, *&c.*

(d) TENEDOR DEL ASENTAMIENTO. Ortum habuit ista *l. à c. contingit de dolo*, *& contu. & à l. quamvis*, *ff. de bon. auct. Jud. po.* alia autem sunt remedia de jure competentia, quæ non admissio in *poss. de quibus Spec. tit. de primo decreto*, *§. jam de effectu*, *vers. & not. quod si missus*, *&c. & vers. sunt & alia remedia: ubi latius vide concord. cum ista l.* 3. *part. tit.* 8. *l.* 4. *& l.* 5.

UVA. BHSC. SC 05749

TITULO V.

DE LAS FERIAS.

Ley I. Quáles son los dias que se deben guardar, è no valer en ellos los juicios.

MAndamos, que ningun home no sea llamado en juicio en dia de Domingo, ni en dia de Navidad, (*a*) ni en dia de Circuncision, ni en dia de Apparitio Domini, ni en los tres dias ante de Pascua Mayor, ni en los tres otros despues de Pascua, ni el dia de Sant Asensio, ni el dia de cinquesma, ni en todas las fiestas de Santa Maria, ni en dia de Sant Juan Baptista, ni en dia de Sant Pedro, ni en dia de Santiago, ni el dia de Todos Santos, ni en los dias de mercado general, ò por feria, ni de Julio (*b*) mediado, fasta Santa Maria de mediado Agos-

---

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 34. è 35. è 36. è 37. è 38. de la 3. part. tit. 2. que habla de los dias feriados por reverencia de Dios, y de sus Santos, y de las ferias por los panes è vinos, è por los Reyes, y Emperadores; y en qué casos en los dias feriados se puede litigar. Concuerda la Ley 1. tit. de las ferias, lib. 3. de las Ordenanzas Reales.

(a) MANDAMOS, NAVIDAD. Alia, quæ plurima festa ab Ecclesia introducta de necessitate in hac leg. non connumerantur, scilicèt, S. Stephani, Joannis Evangelistæ, Innocentum, S. Sylvestri, septem dies Dominicæ Passionis, festum Resurrectionis, cum septem diebus sequentibus, Rogationes cum tribus diebus, Pentecostes cum duobus sequentibus, omnium Apostolorum, S. Laurentij, Dedicatio S. Michaelis: *ut C. de fer. l. fi. & c. conquæstus eo. tit.* 15. *q.* 4. *c. nullus.* Item, festum B. Martini, qui est par Apostolis: *ut c. quod autem: de conse. dist.* 3. in alijs autem ferijs licèt ob reverentiam Dei inducantur; statur consuetudini Romanæ Ecclesiæ: ut reffertur *Spec. tit. de ferijs*, §. 1. *ver. item alibi*, in quibus solemnibus ferijs ob reverentiam Dei inductis, potest agi, si necessitas urgeat, vel pietas suadeat: quod explica, ut hic: *& notat Spec. eo. tit.* §. *sequitur videre, in princ. ubi vide.* Et circa hanc materiam dubitatur, an liceat studere in diebus feriatis, ob reverentiam Dei: & Abb. *in c.* 1. *de feri.* determinat, quod ubi principalitèr quis studet non propter lucrum, sed ad illuminationem proprij ingenij, & aliorum: dum in debitis horis instet circa divina non est peccatum: licèt accessoriè veniat lucrum: *ar. in c. fi. & in c. cum de diversis: de privileg. lib.* 6. nam studendo quis videtur laborare in vinea Domini: quod maximè procedit in Theologia, & in jure canonico, ad finem justitiæ administrandæ. Item, in studio homo efficitur contemplativus, & subtrahitur à vanis cogitationibus, & vitatur ocium: *de conse. dist.* 5. *nunquam*, & causativè oritur ex studio bonum; quia abstrahitur homo à terrenis: *ut plenè per Abba. ubi suprà.*

(b) NI DE JULIO. Nota hanc legem in hoc passu, cum qua concordat, quod dicitur *in l.* 2. *C. eo. tit. & in l. omnes dies in princ.* licèt ibi in æstate pro mensibus connumerentur istæ feriæ ab 8. kalend. Julij, usque ad kalend. Augusti. In autumno, vero pro vindemijs à 10. kalend. Septembris, usque in Idus Octobris: *ut Spec. eo. tit.* §. 1. ℣. *in di.* Statur tamen in his consuetudini secundum qualitatem regionis, quandoque tardiùs, quandoque citiùs: *ff. eo. tit. l. præses, & ff. de offi. procon. si in aliquem: & hic, & foro juz. lib.* 2. *tit.* 1. *l.* 10. 3. *part. tit.* 2. *l.* 37. Item nota, quod in locis in quibus homines vivunt de castaneis, inducuntur feriæ pro illis fructibus recolligendis: *ut ff. de lega.* 3. *l.* tig-

UVA. BHSC. SC 05749

to, ni en la postrimera semana de Septiembre, ni en las tres semanas primeras de Octubre, è si ficiere friura, porque las ubas no maduran tan aína, los Alcaldes muden estas ferias adelante, como tuvieren por bien; è si ante de las ferias fuere el Pleyto comenzado, y el demandado no fuere raygado que vala cient maravedis, dé fiadores, que faga derecho despues de las ferias, è valanle las ferias; è si dixere que no puede haber fiador, jure que lo no puede (a) haber, è metan su cuerpo en poder del merino, è faga derecho sobre él: y esto sea si la demanda valiere cient maravedis, (b) ò dende arriba: è si fuere de cient maravedis ayuso

---

tigni, §. *quid mirum*, *& ibi Cy. in addi. inforciati*, *ut reffert Bal. in l.* 1. *C. de ferijs.* Item not. quod non solum pars, sed etiam testis potest allegare has ferias, & etiam advocatus: *ut dict. l.* 1. *de ferijs.* Item, nec Judex, nec arbiter cogitur procedere tempore feriato: licèt partes renuncient ferijs, nisi dies compromissi sit exitura: *ar. in d. l.* 1. *& hoc tenet glos. in cle. sæpè*, *de verb. sig.* in arbitrario tamen nullæ sunt feriæ, quia arbitratus non redigitur ad instar judicij, sed ad instar contractus transactionis: *ut in auct. ut diffe. jud.* §. 1. *& in contractibus non sunt feriæ*: *ut C. de ferijs*, *l. fi. & ibi Jacob. Butri.* Item not. quod non potest renunciari ferijs repentinis ob publicam utilitatem inductis: *ut not. glos. notabilis in cle. sæpè*, unde ferijs quæ modo sunt inductæ propter guerram, non possunt partes renunciare: quod est menti tenendum: feriæ ergo repentinæ magis accedunt ferijs inductis in honorem Dei, quam messium, vel vindimiarum: unde fortè non potest fieri executio sententiæ civilis, vel corporalis isto tempore, licèt tempore messium possit diffinitiva sententia executioni mandari, *ut extra de re jud. c. fi.* Item nota, quod istæ feriæ observari debent volentibus eis gaudere: etiam ubi non colligitur vinum, vel frumentum, sed in Hibernia quæ est regio, ubi non bibitur vinum: non habent locum feriæ vindemiarum: *ut concludit Abb. de Cecil. in c. fi. de ferijs*, *in fi.* Item, circa has ferias inductas ob reverentiam hominum: nota quod non occupatus ad messes, & vindemias, potest vocari in jus tempore dictarum feriarum: *ut not. Bal. in l.* 1. *C. de agric. & censi. lib.* 11. & est ratio, quia causa quare in his ferijs non trahuntur homines in judicium, non fuit finalis, sed impulsiva, ideo solum rustici dicto privilegio gaudent: *ut l.* 1. *de ferijs*: *ubi glos. Spec. tamen eo. tit.* §. 1. *circa fi. & Abb. de Cecil. in c. fi. eo. tit.* tenent quod milites, & burgenses, & DD. & aliæ similes personæ, quæ non laborant, nec colligunt fructus, gaudent ferijs, etiam ob reverentiam hominum inductis. Nam licèt isti non implicentur talibus per se: implicantur tamen per Procuratores, & advocatos, & testes, & similes personas. Est tamen notandum, quod si aliqui de remotis partibus per se, vel per Procuratores sunt in curia: & dum causa eorum agitatur, occurrunt feriæ, sunt compellendi litigare, secus si Procuratores essent de curia, vel de loco vicino: quia tunc gaudere debent: *ut concludit Abb. ubi supra*, *& Innoc. in c. fi. eo. tit.*

(a) No puede. Non enim dicimus posse, quod honestè non possumus: *ut l. filios*, *ff. de condit. inst.*

(b) Cient maravedis. Nota secundum Vincent. Arie. quod isti morabetini erant tempore conditionis hujus libri aure: nunc vero non sunt in usu, tamen æstimatio cujuslibet est 8. solidorum, & trium denariorum, & quilibet solidorum est 12. denarij de istis concurrentibus, quorum 10. faciunt morabetinum hodiernum, & tales solidi vocabuntur burgaleses: *ut supra tit. de los Escribanos*, *l.* 1. Erant autem antiquo tempore alij solidi aurei, & quilibet eorum valebat centum & tres aureos, & de talibus aureis fit mentio *foro juz. lib.* 2. *tit.* 1. *l.* 17. & istum solidum aureum vocamus morabetinum denarium aureum: & valet dic-

UVA. BHSC. SC 05749

de recaudo, asi como los Alcaldes juzgáren, ò tuvieren por bien: è todavia sea tenido el deudor de dar recaudo, fasta que pechen, cumpla sobre la demanda lo que fuere derecho: è si el fiador pecháre la demanda, asi como es fuero, el deudor peche la demanda doblada: (*a*) la meytad del doblo al Rey, è la otra meytad al fiador. Y en estos dias sobredichos, ninguno sea osado de costreñir de entrar en Pleyto, si no fuere à placer del Alcalde, è de amas las Partes, ò si no fuere ladron, (*b*) ò malfechor, de que se deba facer justicia, ò si no fuere Pleyto de home que sea morador de fuera de nuestros Reynos, ò si no fuere Pleyto que se haya de cumplir en estas ferias (*c*) sobredichas. Ca queremus, que estos todos hayan derecho en todo tiempo, y en las otras ferias que se guarden por honra de Dios è de los Santos, sean bien guardados (*d*) los ladrones, è los malfechores para otros dias: y despues sean juzgados, è fagase la justicia que fuere derecho, y en estos dias sean salvos los derechos, è las rentas (*e*) del Rey, que en todo tiempo se puedan demandar. E si juicio fuere dado en otra manera, no vala.

---

dicta æstimatione, ut potest videri in censualibus Ecclesiæ Cathedralis quæ fuit dotata per hujus libri conditionem. Sic secundum hunc computum 12. morabetini de hodiernis faciunt morabetinum antiquum: lex autem appellatione solidorum, intelligit de aureis, & antiquitus 72. solidi faciebant unam libram auri: *ut l. quotiens*, *C. de susce. & archa.* hodie vero isti solidi constituuntur ex 86. *notat Abb. in c. conquærente*, *de offi. ord. & in c.* 1. *de Judæis.* Item, aureus calumniæ secundum forum municipalem valet tres morabetinos cum dimidio: *ut foro de Sepulv. tit. de morte hominis*, *l. quicumque autem.*

(a) Doblada. Nota specialem casum: cujus regulare est in jure, quod debitor non tenetur fidejussori nisi ad ea quæ pro eo solvit, & sic interesse præstando debitor, liberatur: *ut l. si vero non remunerandi*, §. *si mihi*, *ff. mand. alius casus specialis*, *ut hic est in eo. lib. tit. de fidejussor. l.* 11. *& vide quod ibi dicetur.*

(b) Ladron. Maximè si sunt insignes latrones, quia amicus Dei est qui ejus tales inimicos punit: *ut C. eo. tit. l. pen. licet secundum dist. hujus l.* non habeant locum hoc in diebus festivis ob reverentiam Dei: ut hic in *fi. l.* ubi dicit: que sean bien guardados, &c.

(c) En estas ferias. Nota alium casum, quod possunt causæ ad istas ferias expectantes agitari: *concord. ff. eo. tit. l.* 1. *&* 3. *& C. eo. l. omnes*, & nota quod licèt illa quæ expectant ad voluntariam jurisdictionem agantur diebus feriatis propter messes, vel vindemias: non tamen aguntur in diebus inductis ob Dei reverentiam, nisi sint morte, vel tempore peritura: *ut extra de jud. c. fi. & l. actus*, *C. eo. tit.* vel si respiciunt ad pietatem: maximè minorum, vel debilium personarum, & ipsorum sustentationem, vel consimilium: *ut c. fi. extra eo. tit.* vel si desiderant velocitatem propter imminentem necessitatem, ergo omni tempore dabuntur tutores & curatores, & possunt alia fieri quæ exemplificantur per *Spec. eo. tit.* §. 2. *per totum*: *& per Azo. in sum. eo. tit. circa fi. &* 3. *part. tit.* 2. *l.* 33. *cum sequentibus.*

(d) Sean bien guardados, &c. *Circa quod vide l.* 1. *C. eo. tit. & c. est injusta* 23. *q.* 4.

(e) Las rentas del Rey. Nota alium casum exceptum à texto qui potest diebus feriatis tractari: simile *in l. publicas*, *C. eo. tit.* & intellige in alijs ferijs ob reverentiam Dei inductis: propter generalitatem *text. c. fi. eo. tit.* alios casus ponit *Azo. in sum. C. eo. tit.* §. *agitur*, *& Spec. eo. tit.* §. 2. *per totum*, 3. *part. tit.* 2. *l.* 33. *cum seq. usque ad l.* 38.

UVA. BHSC. SC 05749

TITULO VI.

DE LAS RESPUESTAS PORQUE SE CONTESTAN los Pleytos.

Ley primera.

TOdo home que demandáre à herederos de muerto, ò à otro de fecho ageno porque deba responder, (*a*) el demandado no sea tenudo (*b*) de responder de sí, ò de no, si no quisiere; mas habondale, que diga no lo sè: ni aquel por cuya voz lo demanden,

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, è con la Ley siguiente, la Ley 3. tit. 10. de la 3. part. è la Ley 4. del dicho tit. declara, qué forma se ha de tener quando amas Partes concurren à poner sus demandas juntamente, quál dellos se ha de preferir, è la forma que se ha de tener: è vey la Ley 5. del dicho tit. que habla en la dicha materia: è vey la Ley 2. de las Ordenanzas Reales, lib. 3. tit. 3. que pone, por qué palabras se ha de contestar el Pleyto, è manda, que la contestacion se haga dentro de 9. dias: è si el reo no lo ficiere asi, que sea habido por confieso, aunque sobre ello no se dé sentencia: è que lo mismo haya lugar, si el Procurador no contestáre, caso que sea el Procurador pobre: è la Ley 2. del dicho tit. manda, que los dichos 9. dias corran, aunque sean feriados, ò el final de ellos: è que la contestacion se pueda facer en absencia de la parte, è del Juez, è por ante otro Escribano, en la Audiencia ò fuera de ella, con tanto, que el que contestáre el Pleyto sea obligado de lo denunciar à la Parte el primero dia de la Audiencia.

(a) TODO HOME: PORQUE DEBA RESPONDER. Nota ergo, quod de facto alieno quis non cogitur respondere. Nam ex his quod quis scire vel indagare non tenetur: præsumitur ignorantia, & non tenetur sententiam probare: *ut not. Jo. An. in c. præsumitur de reg. jur. lib.* 6. Et cum in facto proprio probabilis est ignorantia, multum probabilior est in facto alieno: *ut ff. pro suo. l. ul.* & ideo cum certus non est, nec respondere tenetur rectè, nec aliàs, cum factum est alienum, ut dixi. Si autem agatur contra eum tanquam contra hæredem defuncti, cum hæres sit successor juris, & in universum jus defuncti succedat: *ut ff. de hære. insti. l. quotiens*, §. *hæredes, & de verbo sign. l. nihil.* & tunc cogitur suscipere defuncti judicium, & petitioni respondere: quia eo jure quo defunctus debet uti, tàm activè, quàm passivè: *ut not. plenè Di. & Jo. An. in c. si quis in jus, de reg. jur. lib.* 6. ubi latè vide de actionibus quæ transeunt ad hæredes, etiam si sint pœnales. Et nota, quod licet de rigore juris hæres ignorantiam non potest prætendere de jure defuncti, & pœnam incurrit, ad quam defunctus tenebatur: *ut l. ad diem, de verbo obli. & l. fi. de naut. fœn.* propter probabilem tamen ignorantiæ causam restituitur in integrum adversus pœnæ commissionem: *ut l. quæ in alterius ff.* de *reg. jur. & not. in dicta regula cum quis in jus facit quod not. Bar. in l. cum filius*, §. *in hac stipulatione, ff. de verbo obli. ubi tenet*, quod hæres defuncti emphiteotæ non solvens pensionem, cadit à jure suo de juris rigore; restituitur tamen propter probabilem ignorantiam, quod est notandum. Facit ad id quod not. *Bart. in dicta l. cum filius, in prin. & in l. ejus qui delatorem, ff. de jure fis.* ubi tenet, quod licet ubi contractus habuit originem à persona majoris: & nil est gestum cum hærede, hæres non excusatur: *ut l.* 1. *&* 2. *C. si adver. vendi. pig. & Ci. C. de jure emphi. l.* 2. tamen ficta confessio defuncti personam non egreditur; & ideo non tenetur hæres, nec sufficit talis ficta confessio ad dandum actionem contra principalem, quod est valde notandum.

(b) NO SEA TENUDO. An teneatur respondere hæres interrogationibus quæ possunt reo, vel actori, fieri, ad præparandum

UVA. BHSC. SC 05749

no ge lo dixo. E si el demandador quisiere probar la demanda, vala, si el demandador no mostrare razon, porque ge la quite.

Ley II. En qué manera debe responder el demandado à la demanda.

TOdo home, à quien demandaren en juicio, despues (*a*) que oyere la demanda que le demanda su contendor, debe responder à aquello que le demandan, sí, ò no, si no (*b*) parare ante sí algun defendimiento (*c*) con derecho porque no le deba responder.

---

dum judicium antequam incipiantur, *nota ff. de interroga. per totum, & 3. par. tit.* 10. *l.* 2. *& tit.* 12. *per totum.* An autem, si petitio deficit, irritetur processus: *vide foro novo de Alcalá, tit.* 12. *l.* 1. *& quod ibi scripsi: & vide styllo l.* 1. *quæ observ.* Ultimo nota, quod tenetur reus respondere petitioni, scilicèt petitor si stat, & si non stat, vel non apparet, peto æstimationem: *not. glos. ff. de ver. oblig. l.* 2. *§. idem si in facto, & not. Bal. in l. cum quidem. C. de condi. inser.* Item nota, quod si quis interrogatur in judicio an possidet, & respondet se non possidere, fit litis contestatio? & sic videtur, quod per responsionem ad positionem litis præparatoriam contestatur litis super ipsa præparatoria: *ut not. glos. magna in auc. de triente, & semi. §. illud quoque colla.* 3.

ADDICION.

Vey la Ley 3. de las Ordenanzas Reales, lib. 3. tit. de las contestaciones, que dice, que quando en las Alegaciones, ò Escripturas que las Partes presenten, buelven maliciosamente nuevas demandas sobre cosas que atañen à los dichos Pleytos, que las tales demandas no se han de contestar, ni haya lugar la Ley de las confesiones por no las contestar.

(a) TODO HOME, DESPUES QUE OYERE. Hodie tamen tenetur respondere usque ad 9. dies: *ut foro novo, tit.* 7. *l. unica*: aliàs habetur pro confesso ipso jure: *ibi.* Circa quod nota, quod id super quo quis debet haberi pro confesso, est liquidum, & manifestum judici, ut quia est contumax in non respondendo, vel jurando, &c. & tunc sufficit sola declaratio, vel pronunciatio particularis Judicis super facto; & non requiritur aliqua interlocutio vel probatio: *ut not. in l. certum, in prin. ff. de confessis.* Si autem hoc non liquet judici, ut in casu *l. ejus qui delatorem, ff. de jure fisci.* tunc requiritur interlocutio, & probatio, ut ibi: licet in primo casu sufficit quod Judex pronunciet reum contumacem in non respondendo: *ut not. Bart. plenè in dicta l. ejus qui delatorem.*

(b) SI NO. Vel per verba, scilicèt, æquipollentia confitendo, vel negando: *ut dicta l. fori novi, & 3. part. tit.* 3. *l.* 7. Sed quid si reus protestet, respondendo petitioni, quod non intendit litem contestari, an talis protestatio impediat contestationem quam per ejus responsionem facit: *not. Jo. An. in mercu. c. exceptionem, de reg. jur. lib.* 6. *notant DD. in c. cum in ferra. de constitu. & Dominicus de Sancto Gemmi. in §. decernimus,* 2. 3. *q.* 9. *conc. cum ista l.* 3. *part. tit.* 10. *l.* 3. Incidenter nota, quod possidens rem quæ petitur, non debet possessionem suam negare, aliàs in pœnam mendacij cogitur in adversarium possessionem transferre: *ut* 3. *par. tit.* 3. *l.* 3. *& ff. de rei ven. l. in rem actio. & isti. de pœna te. liti. §.* 2. *in glos.* qui autem prodest in judicio litis contestatio: *vide* 3. *par. tit.* 10. *l. fi.*

(c) DEFENDIMIENTO. Ut est declaratoria fori, vel judicij, vel alia exceptio quæ repellit actorem à judicio, ut excommunicatio, & istæ exceptiones impediunt litis contestationem, quia ante illam sunt proponendæ & probandæ, licet de excommunicatione alitèr statutum sit *in c. pia, de excep. lib.* 6. *quod prosequere: ut notat Specu. tit. de excep. §. nunc videndum in prin.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. tit. 13. de la

UVA. BHSC. SC 05749

TITULO VII.

DE LAS CONFESIONES.

Ley primera.

TOdo home que ficiere demanda à otro en juicio, è aquel à quien demandaren, ò su personero, ò su bocero conosciere (a) lo que le demandan, no se ha de

---

la 3. part. la qual pone la fuerza que tiene la confesion, asi en la causa criminal, como cevil: è la Ley 4. del dicho tit. pone las condiciones que son necesarias para que la confesion tenga. E *vey la Ley 1. de la dicha part. tit. 13. è la Ley 5. que pone ciertos casos en que la confesion no vale: è la Ley 6. pone otros casos, en los quales la dicha confesion no vale, ni pára perjuicio.*

(a) TODO HOME CONOSCIERE. Nota, quod confessione facta in criminalibus coram Judice debet sequi sententiam condemnationis: *ut l. si confessus, ff. de custo. reo.* Item, requiritur perseverantia, scilicet, quod pluries confiteatur, diversis tamen temporibus: *ut est glos. in simili, ff. de pigno. acti. l. 4. Bal. in proœmio. C. circa fi.* Si autem in civilibus, de quibus hæc lex loquitur, & tunc aut dato libello, vel lite contestata sit confessio, & tunc requiritur condemnatio: *ut in l. Julianus, & l. qui stichum, ff. eo. tit.* aut nullo dato libello, sed ad partis petitionem solum confitetur, & non requiritur condemnatio, sed solum executionis præceptum: *ut l. post rem, & ibi Bar. ff. de re judi. & l. 1. ff. de confessis, & l. certum in fi. eo. tit.* & talis confessio habet paratam executionem: *ut not. Bar. in l. 1. in fi. ff. eo. tit.* & ad hoc ut confessio præjudicet, requiritur primo quod fiat coram Judice & in judicio, aliàs non nocet confitenti: *ut c. at si clerici de re jud. & l. unica, C. eo. tit.* Item nota, quod confessio facta coram Judice incompetenti valet tanquam extrajudicialis: *ut not. Innoc. in c. per inquisitionem, de elec. & Ant. de But. in c. p. & glos. de offic. dele. & vide notabiliter Florian. in l. ait lex cum se. ff. ad l. Aquil.* Et requiritur, quod Judex ad hoc sedeat; quia confessio facta ex arrupto Judice ad aliud sedente super re non litigiosa non præjudicat, quod est valde notandum: *ut l. confessionibus, ff. de interro. acti. & hoc concludit Jo. An. & Jo. Cal. in c. tua de coha. cle. & mu. & Ant. de But. in fi. eo. tit.* confessio enim facta in judicio, si non est facta in figura judicij, non præjudicat: *ut not. Bart. C. de agrico. & censi. l. cum scimus ad fi.* Item, requiritur quod confessio fiat parte præsente, aliàs non nocet, *ff. de interro. acti. l. ult. & ff. eo. tit. l. certum, §. si quis absentem,* quod intelligo verum in his quibus dependent ex voluntate duorum. Secus si ex voluntate unius, ut est ratihabitio, hæreditatis additio, & similia, tunc non requiritur partis præsentia nisi in libello id confiteatur: quia licèt libellum det Judici, absente parte præjudicat sibi: *ut C. de libe. cau. l. cum affirmes, cum se.* quia ideo libellus datur judici, ut id detur parti per eum: *ut in auc. offeratur, C. de litis contest. & auc. qui semel, C. quomodo, & quando, Innoc. & Bar. ubi supra, & facit i. cum præcum, C. de liber. caus. ubi Bal. notabiliter distinguit.* Aut id quod ponitur in libello, vel positione ponitur ab errante, vel à sciente, vel dubitatur; primo casu non præjudicat probato errore: *ut l. qui familiæ, ff. fami. hærcis.* Secundo casu aut libellus continet quod certum aut incertum, primo casu aut adversarius contradixit, & non nocet confessio, quia in confessione videtur quasi contrahi, & talis quasi contractus non probatur inter dissentientes, aut non contradixit, & habetur libellus pro confessione, & omnino præjudicat, ac si intentans esset expressè confessus: *ut dict. l. cum præcum.* Si vero libellus non continet certum quod ut quia agens *famil. hærcis. Ci. dicit*: hæreditatem esse commune, & non dicit ex qua parte, tunc non videtur agens confiteri; & ita etiam potest intelligi dicta lex, quæ familiæ. Si autem dubitatur utrum ex certa scientia, aut per errorem, aut actor emandavit, & tunc

UVA. BHSC. SC 05749

dar otra prueba en aquello que co- nosció: mas la su conoscencia va-

tunc sibi præjudicat: *ut l. ædita.* & ita potest intelligi *l. cum præcum*, *& Bal. ibi.* Item, istud est benè notandum, quod reus potest dividere libellum actoris, & acceptare id quod est pro se, & id quod est contra se respuere, licet quidam dicant, quod illud est favore libertatis: *ut not. Bal. in dict. l. cum præcum*, *ubi ipse notat*, quod ille qui producit instrumentum, videtur confiteri ipsum verum, & omnia quæ in eo continentur, non adeo quod non possit corrigere errorem suum: *ut C. de fi. instru. l. si adversarius.* Item nota, quod allegans contraria non debet audiri per *l.* 1. *C. de furtis*, tamen si adversarius non vult ea in totum, sed unum de contrarijs acceptare, pro se potest hoc facere, quod est notandum. Et scias quod si ex confessione non oritur obligatio, nec probatio, talis confessio non præjudicat, *ut dict. l. qui familiæ.* Si autem oritur obligatio, non potest obligare, aliàs revocari. Si vero oritur probatio, & tunc aut apparentèr, & existentèr, ut ex certa scientia, quod præsumitur si deliberatio præcessit, ut singularitèr *not. extra de divor. c. ex litteris*, & tunc non admittitur probatio in contrarium, fallit in causa capitali: *ut ff. de quæst. l.* 1. §. *si quis ultro*, *& ff. de appel. l. non tantum*, quod est verum si liquet de innocentia confitentis. Nam salus hominis tanquam Respublica officio Judicis est tuenda, non tamen tenet Judex hoc facere ex necessitate, nec mutare suum processum resultando in dubium ipsas confessiones: *ut in c. si Romana, de appel. lib.6.* aut ex confessione oritur obligatio apparentèr, sed non existentèr, ut quia per errorem, & tunc potest revocari, & contrarium probari, si tempora largiuntur: *ut ff. de confes. l. non fatetur*, *hoc not. Bal. in alleg. l. cum præcum*, *C. de lib. caus.* Item not. quod licet quis in judicio proponendo videtur confiteri, *ut C. de cond. ob. tur. cau. l. mercalem*, tamen verba narrativa in libello nunciato, non plenè probant contra libellantem. Unde si peto hæreditatem dividi, narrando, possum probando, contrarium obtinere: *C. de proba. l. non epistolaris*, *& l. non nudis.* Item nota, quod si quis confitetur se debere quod non debet, est donare: *ff. de dona. l. quidam*, non ergo prodest confessio Procuratoris, vel Prælati. Item est notandum, quod valet sententia lata in confessum, etiam judicio minus legitimè instituto, & super libello nullo: *Bal. allegat dictum Innoc. in c. per inquisitionem*, *de elec. & in c. pisanis*, *de rest. spo. & in c. cum super de for. comp.* Item, intelligo etiam verum quod supra dicitur, quod requiritur partis præsentia, nisi confessio fiat per viam voluntariæ jurisdictionis: quia tunc præjudicat etiam, parte non præsente; quod prosequere, ut plenè notat Ant. *in c. fi. extra de confessis.* Et vide alia plura *ibi per glos. & DD.* quæ requiruntur ad hoc, ut confessio præjudicet confitenti. De hac confessione vide ad plenum *per Bal. in l. si creditoris*, *C. de fideicommissis.* Sed quid si testator confitetur se habuisse de bonis communis tantum, vel de usuris tantum, & postea convalescit, an potest ad illud conveniri. Et licet *Pe. & Cy. in l. generaliter*, *C. de non num. pec.* dicunt, quod possit conveniri, & contra eum inducatur probatio per aliquas rationes, & jura per eos alleg. *Bar. tamen in l. cum quis decedens*, *de le.* 2. *& Jac. de Bel. in corpore de ju. jur. à mori. præ.* determinant contrarium, nam confessio non inducit probationem nisi sit jurata: *ut dict. l. cum quis decedens.* Præterea testator secundum hoc posset gravare filios legitima, confitendo alijs se debere, quod sufficeret; & sic aperiretur via malicijs, &c. prædicta vera, nisi esset confessus notario stipulanti, & recipienti pro alio, vel confiteretur parti præsenti. Tunc enim habet vim donationis inter vivos, & præjudicat, & secundum hoc benè loquuntur *Pe. & Cy.* secùs si fieret parte absente: *ut alleg. l. certum*, §. *si quis absenti de confes. & l. fi. de interro. act.* Et sic nota, quod statur confessioni extra judicium in ultima voluntate; si testator per verba confessionis exprimat ultimam voluntatem: *ut c. fi. & ibi glos. de succes. ab intest.* aliàs talibus verbis non creditur, nisi hoc jurasset in testamento, *C. de proba. auct. hoc obtinet.* Et tunc hæredes necessariè habent stare illi voluntati, *C. de fideicomm. auct. amplius.* Item nota, quod recognitio, seu confessio, licèt fiat extra jus, præjudicat

UVA. BHSC. SC 05749

la tanto, como si le fuese probado (*a*) por pruebas, ò por carta.

Ley II. De la conoscencia fecha fuera de juicio.

TOda conoscencia que sea fecha fuera de juicio, no vala, si no la ficiere ante homes buenos, que sean llamados señaladamente para testimonios de aquella conoscencia: ò si la ficiere por escripto, ò si la ficiere à hora de su muerte en estando de su memoria. E la conoscencia que ficiere contra sí, (como dicho es) vala; ca contra otro no debe valer sin otra prueba.

Ley III. Que la confesion fecha contra alguno no empece contra quien es fecha, mas à aquel que la fizo.

SI algun home manifestáre en juicio, que fizo algun fecho malo, è manifestáre contra otro, (*b*) que fue con èl en aquel fecho,

---

cat confitenti: *ut c. per inquisitionem, de elec.* maximè si publicè fiat *c. quam sit grave, de exces. Præla.* & recognitio debiti præscriptionem interrumpit: *C. de præscript.* 30. *an. l. cum notissimi*, §. *& si quis debitorum* 3. *q.* 9. §. *si debitum scriptum sit.* Item, prædicta vera nisi in confessionibus quæ dependent ex mera voluntate confitentis, ut additio hæreditatis, & declaratio animi, quando præcessit actus ambiguus: *ut l. si avia, C. de jure delibe. & l. uxoris*, §. *fi. & ibi Bar. ff. de leg.* 3. Item not. quod confessio in ultima voluntate facta ad favorem non capacis, intelligitur facta in fraudem: *ut alleg. l. cum quis decedens*, §. *fi. & ibi glos. de leg.* 3. Ad id facit *l. si testamentum, ff. de proba.* Et intelligo hoc etiam, si talis confessio sit juramento firmata, aliàs sine dubio induceret probationem, ut posset exigi ex causa mercedis: *& not. Bar. in alleg. l. cum quis decedens.* Quod facit ad quæstionem. Si testator habet uxorem suam fœcundam, cui vult plus relinquere, quam possit secundum formam *l. hac ædictali, C. de secundis nup.* confitetur se habuisse ab uxore mille, & sic juravit, certè non valet, quia confessio jurata facta ad utilitatem non capacis, non valet. Item, facit ad aliud, testator confitetur in testamento se habuisse ab uxore mille, & juravit, postea vivens vult illam confessionem revocare. Dico quod potest, licèt aliàs regularitèr contrarium: *ut not. in dict. l. cum quis.* Sed in quæstione ista dico contrarium secundum Bar. quia uxor non est capax donationis inter vivos constante matrimonio, & ideo videtur vivens semper posse revocare. Et ideo confessio videtur facta in fraudem. Sed si maritus esset mortuus, tunc ejus donatio post mortem confirmatur, hæres non posset eam revocare: *ut not. Bart. in d.* §. *fi. dict. l. cum quis decedens.*

(a) SI LE FUESE PROBADO. *Concord.* 3. *part. tit.* 13. *l.* 2. *& l.* 4. Et hoc intellige nisi confessus velit contrarium probare, vel si doceat de errore suo: ut plenè *not. in dict. c. fi. & not. Bar. in d. l. certum*, §. *sed an ipsos, concord. cum hac l. styllo l.* 133. *& l.* 54. *de confessione autem minoris vel adulti: vide quod scripsi supra lib.* 1. *tit.* 11. *l. penult.*

Addicion de la Ley segunda.

ADDICION.

Vey la Ley 3. de la 3. part. tit. de las conoscencias, que pone como las conoscencias se hacen en tres maneras. La una en juicio, estando su contendor presente: la segunda que se hace extra juicio: la tercera por fuerza: è la dicha Ley manda, que los Abogados de las Partes, al tiempo que hace la confesion en los tormentos, no estén presentes; è cómo ha de responder aquel à quien alguna cosa en juicio fuere preguntada. E concuerda con esta Ley, la Ley 7. del dicho tit.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 8. tit. 14. de la 3. partida.

(b) SI ALGUN HOME, CONTRA OTRO. *Hæc l. habuit ortum à c.* 1. *de con-*

UVA. BHSC. SC 05749

ò en otro. Este manifestamiento no empezca à otro ninguno, sino à sí mismo, salvo si fuere hecho contra persona del Rey, ò de su señorío: ca pues que él se conosció por malo, su conoscencia no deba valer contra otro. E si fuere fecho contra el Rey, vala su testimonio como de un home (*a*) no mas.

TITULO VIII.

DE LAS TESTIMONIAS, Y DE LAS PRUEBAS.

Ley primera.

EN todo pleyto vala testimo-

---

confessis ex. & quod hic dicitur: *not. glos. in c. nemini* 15. *q.* 3. *& in l. repet.* §. *is qui. ff. de quæst. & ibi Bar.* ubi concluditur, quod in his quæ respiciunt alterius offensam, vel odium, principalitèr non debet quis de alijs interrogari: *ut dict. l. repeti. & l. fi. C. de accus. & sic intelligitur c.* 1. *supra alleg. & ista l.* Si autem delictum non committatur in alterius odium, vel offensam propter commodum committentis tantum, vel falsare, vel fabricare monetam, latrocinia facere, cum latro non odit aliquem, sed diligit æs alterius. Et isto casu potest de socijs interrogari: ut probatur *in l. divus, ff. de custo. reo, & l. provinciarum, C. de ferijs, & sic intelligitur l. fi. ff. ad exhi.* Primus casus fallit in casu *l. si prius, ff. ad Silley. & in casu istius l.* cum quo concord. *c. nemini supra alleg.* & fallit in alijs casibus quos glos. ponit *in l. fi. C. de accus.* Ex quibus dictis regulariter notatur, quod socius criminis, nec potest alium socium accusare, nec contra eum testificari, nec judicare: *ut not. glos. & Bal. in l. si filium, C. de libe. cau.* ubi notatur, quod ubi accusator non est legitimus, Judex ulteriùs non inquirit, nec se intromittit, nisi in absolvendo à foro.

(*a*) Como de un home. *Not. quod glos. in dict. l. fi. C. de accus.* tenet, quod nec etiam in his casibus specialibus debet interrogari de alijs; nisi adsit aliqua præsumptio: *ut C. de quæst. l.* 1. & quod ejus testimonium non inducat plenam probationem: tenet *glos. in dict. l. fi. & glos. in dict. c.* 1. *extra eo. tit. & est text. in c. licèt, extra de testi.* Item not. incidentèr, quod si testis interrogatur, an sit infamis? non tenetur respondere: *ut not. glos. in aut. de testi.* §. *sancimus, & not. Bal. in l. ad testium, ff. de testa.* ubi notat, quod testis non debet de sui turpitudine interrogari. Item nota, quod confessio facta coram tabellione, vel quæ non est facta in figura judicij: *ut dixi supra l. proxi.* non habet executionem paratam, nec habet vim rei judicatæ: *ut l. Julian. C. de libe. cau.* facit tamen judicium talis confessio: *ut ibi not. glos.* Item not. quod in criminalibus, in quibus non debet responderi relatis positionibus, inobediens non debet haberi pro confesso, quia non potest ei hoc imperari; nec juramentum per legem deferri: *not. per Innoc. in c. dudum, extra de elect. non obstat l. Marcellus, ff. rerum amo.* quia ibi civilitèr agebatur, & quia in criminali non defertur juramentum: de quo ibi loquitur *not. in l.* 3. *ff. de jurejur.* & quod in criminali contumax non habeatur pro confesso; patet, quia confessio est extorquenda per torturam præcedentibus indicijs: *hoc not. Bal. in l.* 1. *C. quomodo, & quando Judex.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 32. *de la* 3. *Part. tit.* 16. *la qual pone algunos casos, en los quales no bastan dos testigos: è pone otros, en los quales no basta, y hace entera probanza un testigo.*

EN

UVA. BHSC. SC 05749

nia de dos homes (*a*) buenos (*b*).

Ley II. Como quando las Partes prueban igualmente, la ſentencia debe ſer dada por el demandado.

QUando algun home ficiere demanda contra otro ſobre beſtia, ò ſobre otro ganado qualquier, y aquel que tuviere la beſtia, ò el ganado dixiere el tiempo de quando lo ha, ò dixiere que en ſu caſa nació, y el otro que face la demanda dixiere aquella miſma razon, ò dixiere el tiempo de quando la ha menos por deſfacer la razon del otro: man-

(*a*) EN TODO: DE DOS HOMES. *Concor. foro juz. lib.* 2. *eo. tit. l. quando el teſtimonio*, *in fi.* & hoc intelligo, ubicumque certus numerus teſtium non adjicitur, tunc duo ſufficiunt: ut hic, & *eſt text. in l. ubi ff. de teſtib.* & 2. *q.* 4. §. 1. 35. *q.* 6. §. *fina.* & *Spec. eo. tit.* §. *reſtat de numero*, *in princ.* & eſt ratio, quia pluralis locutio duorum numero eſt contenta: *ut alleg. l. ubi*, & *l. inter*, *ff. de verb. ſig.* & *c. pluralis*, *de regu. jur. lib.* 6. In quibus caſibus duo teſtes non ſufficiunt, *vide l. teſtium*, & *ibi Bar. C. eo.* & *glos. in* §. *fi. inſt. de teſta.* & *glos. in dict. l. ubi.* In quibus autem caſibus unus ſolus teſtis facit fidem: *not. Spec. in dict.* §. *reſtat de numero*, *ver.* & *primo*, ubi notabilitèr vide, & *glos.* & *doct. in c. licèt*, *extra eo. tit.* & *in cap. nobiliſſimus* 97. *diſt.* & 2. *q.* 4. *in ſumm.* 20. *q.* 3. *præſens*, *de ſucceſ. ab inteſt. c. fi.* 86. *diſt. c. tanta* 5. *q.* 2. *placuit de conſe. diſt.* 2. *placuit*, *de procur. ex inſinuatione* 4. *q.* 3. *ver. unius de teſti. c. veniens*, & *c. nuper* 9. *q.* 1. *c. quicumque litis* 31. *q.* 2. *ſi verum* 33. *q.* 2. *admonere.* Unum tamen eſt notandum, quod magis ſtatur dicto unius teſtis affirmantis, quam plurium negantium: *not. glos. in l. diem proferre*, §. *ſi plures*, *ff. de arbi. ubi Bar.* Quando autem valet teſtimonium credulitatis: *vide Jac. de Bel. in aut. de hæredi.* & *falci.* §. *huic nobis.* Quando autem credatur conſcientiæ alicujus, vel juramento partis, ſive teſtibus: vide notabilitèr *Hen. in c. ſi vero* 2. *de ſentent. excommun.* 3. *diſt.*

(*b*) HOMES BUENOS. Eſt tamen notandum, quod ſi unus teſtis eſt infamis, infamia facti, alter vero teſtis, eſt multum fide dignus, quod iſti duo teſtes faciunt plenam probationem, quaſi integrata fides unius ſuppleat imperfectionem alterius, quod teneas menti: *ar. in l. ſi quis ex argentarijs*, §. 1. *ff. de eden. ſecundum Bal. ibi.* ubi ipſe notat, quod plures ſunt ſpecies quæ poſſunt dici perfectæ in ſua ſpecie, nam fama eſt quid perfectum in ſua ſpecie, præſumptio eſt quid perfectum in ſua ſpecie, & indicium in ſua ſpecie. Modo ex iſtis junctim poteſt reſultare probatio, quia unumquodque eſt in ſua ſpecie perfectum: de hoc eſt *glos. ordinaria ff. de excuſ. tu. l.* 2. §. *ætas.* Faciliùs tamen fit hoc in civili quam in criminali. Exemplum: Unus teſtis de veritate, inducit præſumptionem quæ eſt in ſua ſpecie perfecta, duo teſtes de fama probant famam quæ ſimpliciter eſt perfecta in ſua ſpecie, iſtæ duæ ſpecies ſimul, unitæ faciunt efficacem probationem. Sed in criminali eſt ſecùs: quia requiritur, quod ultra hoc probarentur indicia per duos teſtes. Unde in criminalibus ſufficeret unus teſtis de veritate: & duo de indicio, & duo de fama. Et ita intelligitur *dic. glo. in alle.* §. *ætas*, quod eſt multum notabile: & non reperitur alibi ſecundum Bal. *in d. l. ſi quis ex argentarijs*: ubi etiam notat ipſe *in* §. *exigitur*, *ejuſdem l.* quod ſi tres teſtes ſunt inducti, quorum unus eſt infamis; ſi illi opponatur de infamia, quod non ſit exceptio admittenda: eo quia non relevat excipientem cum duo qui remanent faciant plenam probationem. Item, nota circa ea quæ ſupradicta ſunt: quod ſi duo eſſent teſtes ſingulares, non conferentes in unum rei finem, ille qui eos produxit, non dicetur aliquem teſtem habere: & propter illam ſingularitatem teſtimonij, nulla fides adhiberetur: *extra de probat. c. licet cauſam.* Si autem teſtes non eſſent adeo ſingulares, quod propterea diſcordarent in unum rei finem, ſed venirent in unum finem, per diverſa media, ſeu per diverſas conjecturas ſibi invicem patrocinantes: ut pu-

UVA. BHSC. SC 05749

tà unus testis de veritate facti, alter de confessione, tunc quia unum adminiculatur alteri, benè defertur juramentum parti: *ut extra de succes. ab intesta. c. cum dilectus.* Est ergo duplex singularitas: quædam obstativa; & ista infringit testimonium: quædam adminiculativa; ut unus testis de veritate, & duo de fama; & ista coadjuvant testimonium: *ut l.* 3. *ff. de testi. & ff. de edil. edic. l. quando*, *§. fi. hæc not. Bal. in lib. feu. tit. si de investig. controv. fue. cap.* 1. ubi ipse notat, quod quædam sunt substantialia fidei testis: ut omnia quæ includuntur sub juramento, & forma articulata. Unde si in unum mentiatur testis, non valet in aliquo. Secùs si officio Judicis interrogetur super extraneis; ut super vestibus, vel nubibus cœli. Nam iste, & si sit mendax, tamen non perjurus; quia non juravit super his. Quædam sunt substantialia causæ; & mendax in his, semper est perjurus: nec in aliquo creditur sibi: *ut not. Innoc. de hæreticis, c. fraternitatis, & in hac sententia est Oldra.* Si autem testis juravit dicere veritatem super omnibus de quibus interrogabitur, & interrogatus super extraneis, & primo mentitur: tunc non creditur in aliquo. Si autem postremo juravit, creditur ei, quia non erat perjurus, eo quia prius deposuit: *ut not. Bal. hæc omnia in lib. feu. tit. quo tempo. miles. cap. fi.* ubi ipse notat, quod in gravibus causis, seu quæ non possunt delegari, Judex debet examinare testes: *ut not. in c. à nobis, qui matri. accusa. po.* Item nota, quod testis qui primo dicit se nescire, postea examinatus, dicit se scire, quia melius recordatur, valet dictum suum: *ut notat Jac. de Are. in l.* 2. *de jura calum.* quod verum est antequam sit locutus cum parte. Aliàs secus: *ut not. in aut. de testi. §. quia vero.* Item, circa materiam testium est notandum, quod quadruplex est animi motus: scilicèt impulsivus, seu suspicans: præsumptivus, seu inclinans: vehemens, seu impræssivus: clarus, seu plenarie informatus. Primus, & secundus, valent ad inquirendum, & ad alia quæ sunt modici præjudicii. Tertius ad juramentum tantum parti deferendum. Quartus est omnino sequendus per acta causæ, & benè probata: *ut not. hæc Bal. in usibus feu. ubi supra.* Item, circa istam materiam de numero testium nota; quod si probavi in prima causa per unum testem, possum in causa appellationis alium testem adjungere, ut plenè probem: quia lex non vult veritatem perire, sine qua vera justitia administrari non potest, nec propter hoc præsumitur subornatio per naturam, & beneficium appellationis. Item, quia nova causa. Item, quia novus & terribilior Judex, quia major. Item, quia subtiliùs examinavit ipsum testem; & intercipiet eum si poterit. Item, quia eum comminabitur. Et hanc opinionem tenent omnes legistæ. Sed canonistæ alitèr distinguunt: *ut in c. fraternitatis, de test. & in cle. testibus eo. tit.* Item nota, quod valet conventio jurata: per quam quis se astringit ad certum genus probationis: *ut in aut. jubemus, C. de judi. & in c.* 2. *de proba.* pone quod juravi, non probare nisi per instrumentum, evenit quod non habeo instrumentum sed testes: an sit dandum aliquod remedium. Et dico, quod Judex parte non petente, faciat examinari testes; non obstante conventione, & juramento: *ut not. per DD. in C. bone de postu. Præla. & Spe. tit. de proba. §. nunc videndum ver. quid si debitor.* Item nota, quod non potest debitor probare oblationem pecuniæ factam creditori per unum testem de visu: & per alios testes, qui dicunt quod creditor illud fuit confessus, nec debent simul jungi, ut est casus singularis *in c. cum dilectus, de succes. ab intest. & not. Bal. in l. unica, C. de confessis.* Ad idem dicit statutum, quod quicumque accesserit de tali loco ad talem, habeat centum. Aliqui testes deponunt, quod Ticius ivit usque ad medietatem loci, & alij de alia medietate deponunt, an debeant conjungi? Et dicit. *Bal. quod non in l. observatio. C. quorum appe. non reci.* Et vide eum *in l. cum antiquitas, C. de testam. & Ci. in l.* 2. *C. quæ sit lon. consuet.* Item nota, quod ubi non potest certa probatio haberi recurritur ad præsumptionem. Est autem præsumptio rei dubiæ rationabilis conjectura lege approbata ad aliquid in animo fingendum. Sed si est adeo approbata per auctoritatem legis, quæ fit ad aliquid statuendum: ista est præsumptio juris, & de jure: probatio autem est rei dubiæ certa fides, & indubitabilis demonstratio. Demonstratio vero est sensus rei, in quo si intellectus claudicat est infirmus. Nam qui neglegit sensum, est infirmus in intellectu: *ut not. Bal. ff.*

de

UVA. BHSC. SC 05749

damos que amas las Partes (*a*) trayan sus testigos, è de si el Alcalde cate, qual dellos probó mejor, (*b*) è con mas testimonias, (*c*) y aquel sea creído sobre la demanda; y si amas las Partes dieren tantas testimonias, y tan buenas: mandamos, que las testimonias de aquel à quien demandan, sean mas creídas (*d*) en aquel Pleyto, y esto

---

de his qui sunt sui vel ali. ju. l. filium.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 41. de la 3. Partida, tit. 16. la qual Ley habla en dos casos: el uno, quando los Testigos se contradicen, cómo se han de traher à concordia, è cómo el Juez ha de sentenciar; y el segundo, quando las Escrituras de las Partes son contrarias. E concuerda con esta Ley, la Ley 40. del dicho titulo, que complidamente dispone en el caso de esta Ley.

(*a*) QUANDO, AMAS LAS PARTES. Nota tamen quod prius debent recipi testes actoris, quam rei, & actor prius probat: *ut not. Spec. tit. de test.* §. *probare autem debet. ver.* 11. *negativa*, & §. *qualiter aut. sunt in princ.* licèt hoc fallit in casibus notatis per *Spec. tit. de proba.* §. 1. *ver. nunc ad propositum.*

(*b*) PROBÓ MEJOR. Scilicèt, per redditionem rationis. Nam ratio est certa demonstratio veritatis, & ratio debet necessariò concludere: *ut not. glos. in l. non omnium, ff. de legi.* ideo testis assignans rationem quæ non concludit necessariò ratio probat aliquid, sed dic tu secundum Bal. *in d. l. non omnium*, quod non necessaria probat necessariò, & ratio verisimilis probat præsumptivè. Sed si testis non reddit rationem, sed pro ratione repetit dictum, nihil probat: *ut not. ff. de offi. Procu. cessa. l. fi.* duplex enim est ratio, scilicèt, directa & inflexa. Directa est qua posita apparet veritas usque me, ut scio quod vidi. Inflexa est qua posita apparet veritas per subauditum, vel per adjunctum, ut si testis dicat: scio, quia vicinus: *C. quando fis. vel priva. l.* 2. *de his, qui sunt sui, vel alie. jur. l. filium de fluminibus, l.* 1. §. 1. *nam vicini vicinia sciunt, ff. loca. l. dominus horreorum*, & sic not. quod ille qui nescit rationem, nescit dictum, quia scire est reddere rationem quam noveris, & scientia infert veritatem de necessitate: *ut not. in l. si princ. glos. parva, ff. de hæred. instit. not. hoc Bal. in alleg. l. non omnium.* Item not. quod nec testis persona, nec ejus fides, nec suum dictum debet claudicare; cùm sit inter utramque partem medius, & ejus fides sit indivisibilis: *C. de testi. l. si quis testibus*, & *facit de quæst. l. maritus, not. Bal. in l. nulla, ff. de legi.* An autem dictum testis interpræetetur pro actore, vel pro reo: *vide Bar. in l. inter stipulantem*, §. *si stichum, ff. de verb. obli.*

(*c*) CON MAS TESTIMONIAS. Hoc intelligo verum si testes utriusque partis omnino sunt æquales, & pares idoneitate; & dignitate, æstimatione, & honestate, suspitione, & gratia careant: ut concludit *Host.* & *cum eo Jo. And. Hen.* & *Ant. in c. in nostra, extra de testi.* quia tunc statur majori numero: *ut hic*, & *l. ob carmen*, §. *fi. ff. eo. tit.* & *glos. not.* 4. *q.* 3. *c. si testis*, & *alleg. c. in nostra*, & *ar. ff. eo. tit. l. testium*, §. *tu magis.* Si autem pauciores sunt, potiores dignitate, & idoneitate, & alij numero majores sunt viles, vel paupertate laborant, vel alijs vitijs, tunc auctoritas præfertur multitudini: *ut DD. ubi supra.* Facit hoc ad quæstionem. Si instrumenta contraria æqualis auctoritatis producuntur in judicio per partes, inducitur contra eum qui debuit probare, etiam si sit reus, quod est notæ dignum, præter quam in causis favorabilibus: de quibus *infra eo. l. not. hoc tenent DD. signantèr Hen. in c. imputari, circa medium suæ dist. de fi. instru.* Item, & testes pauci affirmantes præferuntur multis negantibus: *ut dixi supra l. proxi.* & *not. Jo.* & *Host. c. quid per novale, de ver. sig.* & circa merita probationum, quæ fiunt per partes, vide omnino quod scripsi *supra l. proxi.*

(*d*) MAS CREIDAS. *Concord. c. ex litteris, extra de proba.* & *c. inter dilectos, de fi. instru. in fi.* Hoc tamen fallit in quatuor casibus, scilicèt, in causa libera-

UVA. BHSC. SC 05749

mismo que decimos de las testimonias, mandamos que sea en todo Pleyto.

Ley III. Cómo deben los Jueces proceder contra aquel que es demandado en juicio por muerte de home, ò que la merezca, y lo negáre.

TOdo home que fuere demandado en juicio de muerte de home, (*a*) ò que fizo cosa porque merezca muerte, è lo negáre, (*b*) aquel demandador, habiendo derecho (*c*) de lo que demanda, pruebe gelo con dos homes buenos, (*d*) à lo menos que sean

---

rali & matrimoniali, de dote & de testamento: *ff. de re jud. l. inter parem*, *&* *c. fi. extra de re jud.* *&* *c. ex litteris, de proba.* *&* *l. si pars, ff. de inoffi. test.* tunc enim statur pro testibus numero paribus, qui in favorem deponunt causarum supradictarum: *ut ibi not.* Alij tamen casus ponuntur *in l.* 4. *in eo. lib.* 2. *tit.* 13. *qua vide.* Quid autem si sunt plures testes super unius facti qualitate, ad probandum quem usurarium, si quilibet deponit singularitèr super eodem facto: omnes tamen concordant in usura; an probent, vel an sint singulares? *vide Bald. in l.* 1. *C. de testa.* *&* *vide quod circa hoc scripsi foro novo Regis Alph. in Alcalá, tit.* 23. *l.* 1. *concord. styllo l.* 187.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 9. tit. de las pruebas de testigo, lib. 3. de las Ordenanzas Reales. Vey las concordancias à esta Ley, en la Ley 4. tit. de los emplazamientos. Vey la Ley 12. tit. 14. de la 3. partida, que pone qué probanza se ha de hacer en las causas criminales de la edad que han de haber los testigos en las causas criminales. Vey la Ley 9. tit. 16. de la 3. part. E vey la Ley 25. del dicho tit. que pone lo que los testigos han de jurar en las causas de la pesquisa. Vey la Ley 9. tit. 16. de la 3. part. que pone las formas que los pesquisidores han de tener en facer las pesquisas, y en tomar los testigos. Vey la Ley del estilo, que es 148. que pone los plazos que han de haber los que son demandados sobre muerte que hayan fecho. Vey la Ley del estilo, que es 245. que manda, que los yernos no valen por testigos en las causas de sus suegros.

(*a*) TODO HOME, SOBRE MUERTE DE HOME. Loquitur ista lex de crimine privato, de quo vide quod scripsi *supra eo. lib.* 2. *tit.* 3. *l.* 4.

(*b*) E LO NEGARE. Si enim quis negat in judicio delictum commisisse, si probatur contra eum, non admittitur aliqua defensio delictum qualificans: *ut styllo l.* 99. cum se facit ad simile quod negans sibi mutuatum non potest opponere exceptionem solutionis in pœnam negationis: *ut in auct. de triente* *&* *semi. §. studium, col.* 3. Item facit, quia si reus à quo indebitum solutum repetitur; negat se ab actore pecuniam recepisse; certè actore solutionem probante; reus habet necessariè probare pecuniam receptam sibi debitam esse: *ut extra de solu. in c. fi.* *&* *ff. de proba. l. cum indebito, circa princ.* *&* *§. sin autem.* Et vide quod *not. infra lib.* 4. *tit. de los peños, l.* 4.

(*c*) QUE HAYA DERECHO. Ut est quicumque qui expræssè non prohibetur, cum hoc ædictum sit prohibitorum sicut in testibus & Procuratoribus: *ut ff. de testi. l.* 1. *&* *de Procur. l. invictus, §. cum quæritur,* *&* *C. de accus. l. qui accusare,* *&* 7. *part. tit.* 1. *l.* 2. & hoc in crimine publico. In privato autem crimine, ut homicidio, de quo hic exemplificatur, admittitur uxor, & parentes, & consanguinei pro sua, vel suorum injuria, usque ad quartum gradum: ita tamen, ut proximior præferatur: *ut* 7. *part. tit.* 8. *l.* 14. aut pro injuria illata socero, socrui genero, privigno, vitrico, aut patrono: *not. in l. hi tamen, ff. de accusa.* *&* *plenè* 6. *part. tit.* 1. *l.* 2.

(*d*) HOMES BUENOS. *Reffert hic Vincent. Arie. quod hoc idem ponitur* 3. *part. tit. de testibus, l.* 33. Ubi vide, quod in nulla causa possunt ultra duodecim testes recipi; & circa hanc probationem, quæ clarior debet esse luce; cum de vita hominis agitur. Vide etiam quod dixi in dicta *l.* 4. *supra eo. lib.* 2. *tit.* 3. Quid si probatur delictum, non tamen qualitas

UVA. BHSC. SC 05749

(*d*) Con uno de los Escribanos. Nota textum, quòd Judex cum tabellione debet interesse receptioni, & examinationi testium: per hoc reprobatur opinio *Innoc. posita in c. cum Bertoldus, de re jud.* qui tenet, quòd solus tabellio interrogavit testes, & mandatum receptoris exequitur, etiam in absentia receptoris, & quòd poterit adjicere aliquòd factum contingendum etiam. Et approbatur opinio *Host. Jo. An. Hen. & Ant. in d. c. cum Bertoldus*, super prædicta glos. *Innoc. & Spec. tit. de teste, §. nunc tractandum, circa princ. & ver. patet igitur quòd ad officium receptoris, &c.* qui tenent, quòd Judex hoc officium examinationis, in quo tota vis causæ est, solo notario non committat; sed per seipsum examinet secundum doctrinam *l.* 3. *§. ideoque divus, & §. gabino. ff. de testi.* & est ratio secundum DD. quòd notarius solus in examinatione multa mala potest committere; & partem gravitèr lædere; & cum solus tabellio scribit, non poterit videre ruborem, vel palorem testis, vel ejus trepidationem, vel si videtur vacillare: *ut in dict. l.*

UVA. BHSC. SC 05749

Ley XII. Como por carta no debe decir ninguno su testimonio.

NIngun home no diga testimonio por carta, (*a*) mas él sea presente ante el Alcalde, ò ante quien el Alcalde mandáre: (*b*)

---

l. testium, §. *ideoque divus*, quæ omnia sunt in testium examinatione attendenda: *ut ibi & l. de minore*, *ff. de quæst.* Pone, quòd de facto aliqua consuetudine servata circa hoc, examinatur testis per solum tabellionem Judicis mandato, eo absente, & eo dicto scripto testis negat, quæ scripta sunt deposuisse, tabellio autem asserit contrarium. Certè eidem tabellioni de jure non credetur, nec jus scripturæ: *ut in auc. de instru. cau. & fi.* §. *hoc & si instrumenta.* Et hoc tenet *Spec. tit. de teste*, §. 1. *ver. sed pone ecce Judex*, *& de editio instru.* §. *restat. ver. sed quòd si unus*, *& ver. sed cum litteris*, *ad fi.* dispositio ergo hujus legis est justa, & recta, & in practica observanda. *Concord. styllo l.* 147. Item nota, quòd illud quòd faciendum est per Judicem, cum plenam causæ cognitionem requirit, non potest expediri per notarium; etiam si sibi committatur: *ut l. nec quicquam*, §. *ubi devictum*, *ff. de offi. proconsulis.* Ea vero quæ sunt jurisdictionis, possunt per notarium expediri, si sibi committantur; quia in hoc Judex non utitur imperio, quòd apud notarium possit aliquid expediri nisi productio actorum: *ut l. eos*, *& l. præses*, *C. de appel. not. Bar. in l. instar. C. de jure fisci.* Ultimo nota, quòd si quilibet litigantium petit suos testes prius examinari; quòd alij testes sunt prius examinandi, pro quo magis præsumitur, quia præsumptio est res favorabilis: *ut lib. feu. tit. de pace tenenda*, *c.* 1. §. *si duo*, *& ibi Bal.*

(*a*) NINGUN: POR CARTA. Et est ratio, quia testibus, & non testimonijs est credendum: *ut in c. testes* 3. *q.* 9. *& in c. tua nos*, *extra de coha. cleri. & c. à nobis*, *qui ma. accus. po.* Hoc tamen fallit in muto sciente scribere, exemplo Zachariæ, qui per scripturam potest dictum suum dicere: *ut C. de testibus*, *l. discretus*, *de quo vide latè Spec. eo. tit.* §. *nunc tractandum*, *ver. quòd de muto*, *& foro juz. eo. tit. l. ningun home.* Potest tamen testis per Procuratorem jurare: ut tenet *Jo. An. in c. ut circa*, *de elec. lib.* 6. *in novella quòd est contra opinionem Bal. super rubr. de jurejuran.* qui tenet, quòd juramentum non potest per Procuratorem præstari: *per text. l. de minore*, §. *tormenta*, *ff. de quæst. Idem quòd Bal. tenet Ant. & Abb. de Cecilia*, *in c. licèt ex quadam*, *de testi. in ver. proprio juramento*, *&c.* Sed Domini de Rota in quadam sua nova conclusione tenent *opi. Joa.* in quadam quæstione quæ coram eis ventilabatur, & ad opinionem contrariam responderunt, quòd licèt testis juret per Procuratorem, poterit postea coram Judice deponere: *& ad alleg. c. licet*, *respondet Jo. An.* ubi suprà: quòd licèt ibi dicatur proprio juramento tantum, non tamen sequitur quòd non possit juramentum per proprium Procuratorem præstare: *per auc. principales*, *C. de juram. calumn.* ubi dicitur quòd principales personæ jurare debent de calumnia; tamen constat, quòd illud juramentum potest per Procuratorem fieri: *ut in c. fi. de jura. calumn. lib.* 6. *dicit* 2. quòd juramentum habentis speciale mandatum cum juratur, dicitur juramentum ipsius domini, adeo quòd ipse dominus videtur dejerare, si Procurátor falsum, vel mendacium dicat: *ut c. fi. de jurejur. lib.* 6. Et sic fuit decisum per Dominos de Rota duabus rationibus. Prima, quia non reperitur prohibitum: ergo videtur concessum: *ut l. fi. ff. de Proc. & Bar. in l. qui bona*, §. *qui aliena*, *ff. de dam. infec.* Secundò, quia licèt *Bar. in d.* §. *qui alien.* dicat contrarium, potest dici, quòd ibi insultat utraque, scilicèt, jurare, & deponere. Quo casu verum diceret per *alleg.* §. *tormenta*, *& per l.* 3. §. *divus*, *ff. de testi.* Non tamen loquimur in solo juramento, quòd est notæ dignum.

(*b*) MANDARE. Potest ergo committere Judex ordinarius examinationem testis alteri, dum tamen sit legalis, & fidelis persona: quòd dic, *ut not. Spec. eo. tit.* §. *qualiter autem*, *ver. potest hoc committere*, *& not. in c. si qui testium*, *extra eo. tit.*

UVA. BHSC. SC 05749

è diga la verdad de lo que oyó, (*a*) è de lo que vió; (*b*) y el Alcalde fagalo escribir (*c*) como lo dice la otra Ley.

Ley XIII. Qué pena meresce el que dice falso testimonio, ò el que corrompiere à otro para ello.

SI algun home dixere falso testimonio (*d*) contra otro, y despues fuere fallado en la falsedad, ò él mismo manifestáre (*e*) que la dixo; peche à aquel contra quien dixo la falsedad quanto le fizo perder (*f*) por ella: è si no hubiere de qué lo pechar, sea metido en poder de aquel contra quien dixo la falsedad: è sirvase dél fasta que gelo peche: y el Pleyto en

(*a*) De lo que oyó. *Concord. quòd not. per DD. in c.* 2. *de consue. ubi not. Jo. An.* de ganea abscondente testes post parietem, ut audiant illum quem prætextu libidinis vult inducere ad aliquod sibi debitum confitendum: de quo vide notata per *Ci. & Bal. in l. si non speciali, C. de testa.* Item nota, quòd sustinetur testis, qui dicit, quòd vidit Titium per decem annos possidere, non enim requiritur, quòd viderit eum quolibet momento possidere, sed sufficit quòd viderit recolligere fructus: *ut not. Di. in l.* 1. *ff. solu. ma. & Bar. in l. si quis, ff. de condi. & demon.*

(*b*) De lo que vió. Debet enim testis per aliquem de quinque sensibus corporeis deponere: *ut not. Innoc. in c. cum causam, de test.* & debent testes in tempore esse concordes, aliàs temporis diversitas reddit testes singulares, quòd dic ut plenè notat *Bal. in l. apud antiquos, C. de furtis*, & vide circa hanc *l. foro juz. lib.* 2. *tit.* 4. *l.* 5. Item nota, quòd testis non debet aliquid de suo adjicere, aliàs totum testimonium partis mendatio decolorat: *ut* 3. *q.* 1. *pura, & not. glos. in c. defleat, de regu. juris, in fi. & scripsi suprà eo. tit. l. toda muger.*

(*c*) E fagalo escribir. Totum, scilicèt, dictum testis debet scribi: ut hic, & reprobatur tabellionum aliquorum pigritia, quia primum testis dictum totum scribunt, & postea scribunt de secundo teste, quòd idem dicit quòd primus, & sic de tertio, & de alijs, qui per eundem præmeditatum sermonem deponunt: *ut ff. de testi. l.* 3. §. 1. *& hoc plenè per Host. & Hen. & Jo. An. in c. nihil, extra de regu. jur. de hoc per Spec. tit. de teste*, §. *nunc tractandum, ver. cautum examinatorem esse oportet.*

ADDICION.

La Ley del estilo, que es 105. *dice, que quando algun testigo juráre falso por alguna cosa que le sea dada, ò prometida, su dicho no vale, ni sea creido: y el Alcalde le dé la pena que le paresciere, caso que no haya Parte que lo acuse. E la Ley* 128. *pone la pena que ha de haber el que salle al alarde, è jura falso. Concuerda con esta Ley, la Ley* 32. *de la* 3. *Partida, tit.* 16. *La Ley* 2. *de los falsarios, lib.* 4. *en este fuero, dispone, que la pena del testigo falso, es, que pechen la demanda aquel que la perdió, è sea inhabile para testificar, è le quiten los dientes.*

(*d*) Si algun: falso testimonio. Idem dicitur *foro juz. lib.* 2. *tit.* 4. *l.* 6. & vide quòd circa falsum testem dixi suprà eo. *l. padres, super parte falso testimonio.* Et vide pœnam falsi testis infrà eo. *foro lib.* 4. *tit. de los falsarios, l.* 3.

(*e*) Manifestare. Nota, quòd ad hoc quòd causa super qua testis deposuit pereat; non habet locum variatio testis, nisi incontinenti, antequam primum dictum habeatur pro perfecto, & pro completo, quia tunc non videtur variare, sed declarare: *ut not. Bart. in l. quicquid astringendæ*, §. 1. *circa fi. ff. de verb. oblig.* Item, nota ad hoc quòd qui non reminiscitur modo, poterit reminisci cras: *ut lib. feu. tit. quid sit investitura, c. si enim domino*, & hoc est verbum multum notabile in materia testium, ad excusandum eos qui in una causa dixerunt se non recordari, & in alia deposuerunt super facto: quòd commendat *Bal. in dict. c. si enim domino.*

(*f*) Quanto le fizo perder. Punitur etiam falsus testis alijs pœnis: de qui-

UVA. BHSC. SC 05749

que el testimonio no vala, por decir que es falso testimonio, no debe ser desfecho, (*a*) fuera si pudiere ser probado por buenas testimonias, ò por buen escripto: è todo home que corrompiere à otro por ruego, ò por alguno que dè, ò que prometa por algun engaño, le ficiere decir falso testimonio, el que lo corrompió, y el que dixo la falsedad, haya la pena (*b*) de los falsos.

Ley XIV. Como los Testigos no deben ser rescebidos ante del Pleyto contestado, salvo en ciertos casos.

EL Alcalde no resciba testimonias, ni pruebas en ningun Pleyto de ninguna de las Partes, à menos de ser el Pleyto comenzado por respuesta. (*c*) Pero

---

quibus *in d. l.* 3. *infrà tit. de los falsarios.* Et est ratio, quia falsus testis tres personas offendit: *ut in c.* 1. *extra de crimine fals.* Ideo dignum est ut multiplicitèr puniatur: *ut cap.* 1. *extra de re jud. lib.* 6. *in fi.* 13. *di. c.* 1. Et nota, quòd etiam notavi quòd parte non instante Judex ex officio potest testem extraordinariè punire: *ut dixi in alleg. l. padres, suprà eo. tit.* & hoc verum causa durante: *ut l. nullum, C. eo. tit.* causa vero finita, per viam accusationis: *l. Cornel. de fals. ut ff. ad l. Cornel. de fal. l.* 1. §. 2. Sed si Judex est ordinarius, sive finita causa, sive durante, Judex ex officio potest testem falsum extraordinariè punire: ut tenet *Jo. An. Henr. & Ant. in dict. c.* 1. *extra de crimine fals.* Item nota, quòd ista lex, & *dict. l. de fals.* infrà loquuntur in causa civili, ut ex earum verbis patet: dum dicitur: Quanto le fizo perder, &c. Sed si in criminali falsum deponat; capitis pœna falsus testis plectetur: *ut not. glos. in c. Rex debet* 23. *q.* 5. *& ff. ad l. Cornel. de sica. l.* 1.

(*a*) No debe ser desfecho. Nota approbatam opinionem *glos. in dict. c.* 1. *de crimi. fals.* quòd sententia lata per falsos testes est aliqua; & donec constet de falsitate. Et si Judex falsitatem secutus fuit, habetur interim pro sententia *ut c. accepimus, extra de fide instru. & l. divus, extra de re jud. notant Ber. Innoc. & Host. in c. licèt, de proba. & in dict. cap.* 1. *de crimi. fals. & Spec. tit. de sen. prola.* §. *fi. ver. in sum. & glos. extra de excep. c. cum venerabilis.* Et not. quòd sufficit probare falsitatem, vel corruptionem, & quòd Judex secutus est dictum falsorum testium, vel corruptorum. Et tenent DD. moderni super *glos. alleg. c. licèt, de proba. & de re jud. c. cum* 1. *& adjunct. & not. in c. sicut nobis, extra de testi. & l.* 1. 2. *&* 3. *C. si ex fal. instru.* Usque ad quòd tempus potest retractari sententia per falsos testes lata: *vide DD. signantèr Hen. in d. c. licèt* 2. *di. extra de proba.* Item nota, quòd si per calumniam falsum allegas scientèr obtinuit injustam sententiam adversario, & Judice consentientibus, obstat ei doli exceptio, quia eorum consensus non excusat à malitia: *ut ff. de jud. si prætor.* §. 1. *not. Innoc. in c. unico de commodato.*

(*b*) La pena. *Quæ est infrà eo. lib.* 4. *tit. de falsis, l.* 2. *Concord. l.* 2. *C. de hæreti.* An puniatur testis qui pecuniam recipit; licèt corruptio non sequatur? *vide Spec. eo. tit.* §. 1. *ver. sed quid si testi.* Et vide *foro juz. lib.* 2. *tit.* 4. *l.* 7. *& l.* 9. *& styllo l.* 115.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. *y* 4. *y* 5. *y* 6. *y* 7. *de la* 3. *Partida, tit.* 16. *que ponen, que los testigos no se pueden rescebir antes del Pleyto contestado, excepto en algunos casos, en los quales justamente se pueden rescebir ante de la contestacion.*

(*c*) EL Alcalde: por respuesta. Hoc est de jure regulare: *ut c. quoniam frequenter,* §. 1. *extra ut lite contest. & styllo l.* 176. hoc tamen fallit in casibus contentis *in dict. c. quoniam,* & hic & in alijs multis casibus, quos notabilitèr ennumerat *Spec. tit. de teste,* §. *nunc tractemus, circa princ.* Requiritur tamen primò, quòd sit actor futurus hoc pe-

UVA. BHSC. SC 05749

si algun home dixere al Alcalde que ha testimonias de algun Pleyto, è ha miedo de las perder por muerte, ò por enfermedades, ò que se le irán de la tierra, de guisa que las no habrá quando las hubiere menester, rescibalas el Alcalde, è fagalas jurar que digan verdad: y oyalas, y escriba los dichos que dixeren por el Escribano público: y el Alcalde meta y su sello: y este escripto tengalo el Alcalde cerrado, è quando viniere el Pleyto à tiempo que las firmas sean dadas, si las firmas fueren vivas, diganlo otra vez de cabo, è no vala el escripto: è si fueren muertas, è fuera de tierra de guisa que las no puedan haber, abran aquel escripto, è si aquel escripto cumpliere aquello que él habia de probar, vala asi como si ellas lo dixesen à la hora, salvo el derecho del otro, si pudiere decir contra ellos alguna cosa, porque no vala con razon: è si aquel contra quien fueren dadas aquellas testimonias fuere en aquel lugar, faga gelo saber el Alcalde que venga à ver aquellas testimonias quién son, è cómo juran: è si no fuere en el Lugar, quando viniere, faga gelo saber el Alcalde como son rescebidas aquellas testimonias: è quién son, è sobre qual cosa son rescebidas: è valan las testimonias, asi como sobredicho es.

---

petens; vel reus qui habet actionem uti possidentis, vel confessoriam, vel aliam competentem: ut notant *Innoc. Host. Jo. An. & Hen. in alleg. c. quoniam, & in c. signifi. extra eo. tit.* quia si reus, cui actio non competeret, provideretur: *ut in d. c. signifi.* ubi vide differentias per *glos. ibi ad c. quoniam frequentèr suprà alleg.* Requiritur secundò, quòd has probationes producens eas coram Judice nominet, ut ipse videat an sint recipiendæ: *ut in lib. declarationum, l.* 175. Requiritur tertiò, quòd is contra quem producuntur sit contumax, vel absque malitia absens, ut conveniri non possit: *ut in dict. c. quoniam*, §. 1. Requiritur quartò, quòd si contra absentem tales testes recipiantur, ipso veniente sibi denuncietur: *ut hic in fi. & in juri. suprà alleg.* Requiritur quintò, quòd infrà annum actor agat contra reum, si conveniri potest: *ut alleg. c. quoniam.* Requiritur sextò, quòd causa sit civilis, vel criminalis civilitèr intentanda, aliàs non: *ut ibi notant DD.* Requiritur septimò, quòd recipiantur in testes hi tantum de quorum morte timetur, vel absentia diutina: *ut ibi, & hic.* Requiritur octavò, quòd testibus sic receptis, consignentur, *ut hic, & ibi. Concor. cum hac l. 3. part. eod. tit. l. 2. usque ad l.* 8. Reffert tamen hic dominus Episcopus, quòd licèt hoc habeat locum de jure, sed de foro novo si reus est contumax, proceditur ad testium receptionem, & ad diffinitivam sententiam, & de jure distinguitur: *ut l. consentaneum, C. quomodo, & quando ju.* Sed certè ego tenerem, quòd ista lex etiam hodie habet locum, & non loquitur in causa legis fori novi, quæ incipit: Los rebelles; id est, quia adhoc quòd talitèr recipiantur testes in casibus hic expræssis; non requiritur, quòd reus personalitèr citetur; & quòd sit verus contumax; & quòd præcedat citatio tribus ædictis; & solemniter, ut ibi: quòd patet per *alleg. c. quoniam, ibi*: dum dicitur, quòd sit reus absens absque malitia; ut conveniri non possit. Non ergo requiritur contumacia ad hoc ut habeat locum istius legis provisio; sed sufficit quòd sibi notificetur simplicitèr per Judicem, si est præsens, ut hic. Secundò, quòd provisio istius legis est juris beneficium futuro actori concessum; & in ejus favorem age-

UVA. BHSC. SC 05749

Ley XV. Qué plazos debe haber el que es rescebido à la prueba de su intencion.

LA Parte que hubiere ha aducir algunas testimonias sobre su Pleyto, dé el Alcalde tres plazos (*a*) de tercer en tercer

agere volenti, non agenti; ut antequàm agat propter causas legitimas hic contentas, possit hoc petere; & usque ad annum agere; cui quidem hoc beneficium non aufertur *per c. indultum cum ibi notatis, de reg. jur. lib. 6. nec per l. fori novi*, quæ loquitur in agente, vel de proximo agere volenti; & in veri contumacis absentia ista lex aboletur. Diversa est ergo provisio illius legis ad istam; quia ista lex est præambula, & præparatoria litis, quæ usque ad annum, vel sorte ultra speratur moveri, illa autem providet liti, quæ statim contra contumacem movetur. Item, & divisa est causa, ut hic vides. Ultimo nota mirabilem practicam secundum *Bart. in l. si quis, C. de suffra.* quòd in loco ubi patitur quis aliquem casum, facit examinari testes de causa, & illæ probationes facient postea fidem coram Judice competenti. Et adverte mirabile, quòd in tali examinatione non est necessariò citari partem; quæ fortè est in longinquo. Et sic potest intelligi: *ff. de excus. tuto. l. scire oportet, §. susceperit*, ubi dicit, quòd sufficit probari casum ex nobili instantia, non accepta solemnitate civili: & vide quòd ibi notant *Bart. & Guil. in l. 2. §. quòd dicimus, ff. si quis cauti. & in alleg. l. si quis.* Nota incidentèr casum mirabilem pro his qui dant suam pecuniam mercatoribus ad partem lucri, & damni; quòd si mercatores dicant se sustinuisse damnum furti, vel rapinæ, incendij, aut similium, quòd mercator debet de hoc facere fidem infrà annum, aliàs non auditur, &c. De materia hujus legis *vide Flor. plenè in l. in lege Aquil. ff. ad l. Aquil.* Et circa hanc materiam nota, quòd licèt aliqui dicunt, quòd testes recepti, parte non citata, licèt non faciant plenam probationem, faciunt præsumptionem: *ut l. res hæreditarias, C. de crimi. expi. hære.* tamen veritas est, quòd etiam ad sententiam interlocutoriam ferendam non requiritur partis citatio, nisi habeat vim diffinitivè; vel contineat aliquid dari, vel fieri, vel nisi ex ea pars lædatur: ut concludit *Bar. in l. nec quicquam, ff. de offic. proconsu. & Ant. & Abb. in cap. auditis, de procur. & Bart. in l. nam ita divus, ff. de adop. & in l. 1. §. denunciari, ff. de ven. inspi.* Item not. quòd licèt testis non debeat admitti, si tamen admittatur, & pars adversa consentit tacitè, vel expræssè; quia nihil protestatur contra testem; valet dictum ejus: *ut Bald. in l. certi conditio, ff. si cer. pe.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 33. de la 3. Partida, tit. 16. que dispone mas copiosamente que esta, la Ley 2. è 3. de las Ordenanzas Reales, lib. 3. tit. 11. pone el tercero que se ha de dar al que tiene las probanzas fuera del Reyno, è para probar las condiciones. Vey la Ley 8. de las Leyes nuevas de Madrid, que pone el termino para probar la declinatoria, que es 9. dias, y el mismo termino da para probar el caso de Corte: è vey la dicha Ley, que pone otros.

(*a*) LA PARTE, TRES PLAZOS. Lex tres productiones sub una dilatione litis præparatoria ad probandum: *ut hoc not. Innoc. in cap. in causis, extra eo. tit. circa fi. & Spec. eo. tit. §. qualitèr, ver. volens ergo*, cujus practicam lex ista approbat, & judicij usus consuetus, licèt lex partitæ dicat, quòd non simul, sed successivè isti termini debeant dari: *ut 3. part. eo. tit. l. 34. & vide cle. probat. 7. & 8. quæst. per totum.* Et circa hoc est notanda doctrina *Bal. in l. 1. ff. si quis cauti.* quòd quando alicui assignatur dilatio ad probandum secundum practicam advocatorum, debet moveri pars, quòd singulis diebus, & horis assistat ad videndum testes jurare, aliàs si non fit ista monitio, non possunt testes produci nisi in fine dilationis: *ut l. petendæ, C. de tempor. in inte. resti. facit C. de testi. l. si quando, & extra de appel. c. sæpè.*

UVA. BHSC. SC 05749

dia, (*a*) si las testimonias fueren en el Lugar: è si mas testimonias quisiere dar, è pidiere mas plazo, jure que no puede (*b*) haber aquellas que quiere aducir en aquellos plazos: ni à priso lo que dixeron los que aduxo primero, è que por otra rebuelta no lo face, el Alcalde dele el quarto plazo, (*c*) è no mas: è si las testimonias no fueren en la tierra, diga el Lugar ò son, segun que él cree: è si las quisiere aducir, el Alcalde dele plazo guisado, segun el Lugar, ò fuere aquello aduga: (*d*) è si dixiere que las no quiere, ò no las

---

(*a*) De tercer en tercer dia. Simul intelligo, ut supradixi. Et nota, quòd cum iste juris terminus assignatus sit, cum hominis ministerio, poterit ex causa breviari, vel prolongari: *ut plenè not. per Di. in c. indultum, extra de regu. jur. lib.* 6. licèt legis terminus ad probandum, nisi ex magna, & evidenti causa, non licet transcendi: *ut in auct. de testi.* §. *quia vero*, *& ff. de eden. l. si quis.* Et notat *Innoc. in dict. c. in causis*, *circa fi.* sed hoc relinquitur Judicis ministerio: *ut in c. de causis*, *extra de offic. dele. & in* §. *spatium* 3. *q.* 3. *ubi plenè per Archid. in rosa. & per Di. ubi suprà.*

(*b*) Jure que no puede. Hæc est solemnitas legalis, quæ in jure invenitur expræssa ad quartam dilationem concedendam, *ut in auct. de testi.* §. *quia vero*, *ut extra eo. tit. c. ultra tertiam*, quæ quidem non debet concedi, si sufficiens testium productio sit facta: *ut in c. signifi. extra eo. tit. & glos. fi. in alleg. c. ultra tertiam*, nec etiam post testium publicationem, ubi est conclusum, & renunciatum in causa, etiam si pars non didicit testificata: *ut in c. venissent, eo. tit. l. cea. Azo. tenet contrarium*, *& DD. alij in alleg. auc. de testi.* §. *quia vero*, *&* §. *illud*, *quòd dic ut not. Spec. eo. tit.* §. *satis utiliter*, *vers. quid si publicate*, *&* §. *fi. ver. quid si renuncians*, *&c. & vide quòd not. infrà eod. tit. l. despues.*

(*c*) Quarto plazo. Et nota, quòd quarta dilatio potest, & debet dari, si petatur cum juris solemnitate, ut hic, etiam usque ad publicationem attestationum: *ut lib. stylli*, *l.* 181. Circa quòd nota, quòd etiam post quartam dilationem; & etiam post terminum ad examinandum testes assignatum; possunt testes examinari: si non plenè eos Judex examinavit: *ut l. si quis ex argentarijs*, §. *fi. ff. de eden.* Nam minus plenè factum, non videtur factum. Undè dicunt DD. ut ibi reffert Bal. quòd si per interrogatorium rationabile Judex non plenè examinavit testes, vel eos non interrogavit de causis scientiæ; quòd iteratò sunt examinandi. Ad hoc facit quòd notatur *in auct. de testi.* §. *quia vero*, *suprà alleg. & de testi. l. producti*, *& de quæst. l. repeti. secundum Guil.* Et ex hoc nota secundum *Bal. ubi suprà in d. l. si quis ex argentarijs*, §. *fi. quòd si testis probat maleficium*, & non fuit interrogatus de crimine, aliàs de tempore debet iteratò examinari; cum sit de substantia probationis. Et maximè hoc potest fieri ex officio Judicis: *ar. notariorum per Innoc. in c. cum clamor*, *extra de testi.* Item nota, quòd ex *text. dict. l. si quis ex argentarijs*, §. *fi. secundum Bal.* quòd si in quadam causa sunt testes recepti, & attestationes perditæ, quòd præsumitur, si habita diligenti rimatione, non inveniuntur: *de acqui. pos. l. peregrè*, quòd iteratò sunt recipiendi: *non iteratò*, aliàs non obstante lapsu termini per illam legem: *ar. ff. de verb. oblig. l. omninò*, *& quòd not. Spec. eo. tit.* §. *satis utiliter*, *ver. pe. quòd tene menti.*

(*d*) A que las aduga. Est tamen notandum, quòd si pars nominat habere testes ultra mare, vel in longinquis partibus malitiosa causa litem differendo; quòd Judex potest eum cogere, ut deponat pecuniam pro testibus inveniendo, stando, & redeundo. Item, quòd obligetur ad pœnam extraordinariam, si inventum fuerit malitiosè dilationem petisse, quòd est notandum: ut notat *gl. in c. statutum*, *extra de rescrip. lib.* 6. *glos. pe.* &

UVA. BHSC. SC 05749

puede aducir, el Alcalde embie su carta al otro Alcalde (*a*) del Lugar, ò son las que las resciba, asi como manda la Ley. (*b*)

Ley XVI. Quándo puede alguno decir contra los Testigos, è qué plazos debe haber para ello.

Si alguno quisiere contradecir las testimonias, que aducen contra él en algun Pleyto, luego (*c*) que las testimonias se abrieren, (*d*) digalo; è si el Alcalde del plazo, el que viniere guisado para decir lo que quisiere contra

---

& not. in l. 1. *C. de dila. & in Spec. tit. de excep.* §. *nunc videndum, in fi. & in* §. *se. ver.* & nota, quòd si contra excipientem, *& in tit. de instru. edi.* §. *videndum restat*, qualiter instrumenta exhibeantur? *vers. veruntamen.* Item nota, quòd ante hoc debet pars dilationem petens probare, an testes, quos ultra mare nominat, erant in loco tempore quo factum dicitur contigisse: *ut foro novo, l.* 16. *quæ incipit: qualquier de las Partes.* Nec debet talis quarta dilatio excedere terminos legis 15. *eo foro novo, quæ incipit: quando el demandador.* Gratia cujus nota incidentèr, quòd is qui petit sibi dilationem dari, non potest ea sibi data, renunciare dilationi in præjudicium adversarij, quia cum propter æqualitatem servandam dilatio sit data, est communis beneficio legis. Jam istud beneficium non est in adversarij potestate, quia in jure pari unus alteri non potest præjudicare: *l. si post mortem*, §. *fi. ff. de contra tabu.* secus in jure quòd venit in consequentiam, & non paritèr: *ut ff. de mino. l. si Judex circumventi.* De hoc not. *per Cy. C. de tempo. in inte. resti. l. petendæ.* Concludo ergo, secundum *Bal. in l. si arrogator, ff. adoptio.* quòd ex quo jus dilationis est adversario meo quæsitum, ei renunciare non possum in ejus præjudicium: *ar. ff. quòd quisque juris, l.* 3. *in princ. non obstat de excus. tu. l. amicissimos*, quia ibi erat quæsitum jus in privilegium renunciantis; non ratione æqualitatis servandæ: *ut not. Bal. ubi suprà.*

(*a*) Al otro Alcalde. *Vide quòd scripsi suprà eo. tit. l.* 10.

(*b*) La Ley. *Suprà eo. tit. l.* 11.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 16. *de las Leyes nuevas que los Reyes nuestros Señores ficieron en Madrid, la qual manda, que la Parte que quisiere tachar los testigos, que sea obligado à los tachar despues de seis dias de la publicacion, y notificada à la Parte; y pasado el dicho termino, que no pueda; y que para probar las tachas, se dé la meytad del termino que se dió para el negocio principal, y mas no se pueda dar; y que para este termino no haya restitucion.*

(*c*) Si alguno, luego. Mox, vel incontinenti usque ad quem terminum intelligatur, vide quòd *not. glos. & Doct. in c. potuit, extra de loca. & in l. hæc adjectio, ff. de verb. sig.* sed hic non est ille terminus, sed statim cum sit publicatio, debet pars protestari dicere contra personas, & dicta testium, & petere copiam attestationum. Hoc tamen non est necessarium, imò Judex debet partibus terminum assignare octo dierum dumtaxat, si partes velint dicere in personas, vel dicta testium: *ut in ordinatione Regis Joan. in Briviesca, l. por quanto por malicia.* Et per illam legem, & per istam non servatur in foro civili: quòd asserit *text. in c. præsentium, extra eo. tit.* scilicèt, quòd ante publicationem sit necessarium præmitti protestationem volentis testes contradicere. Nec etiam est necessarium juramentum post publicationem, de quo ibi: Judex tamen potest, cum suspicatur de malitia partis juramentum, de malitia ab ea quotienscumque viderit expedire, recipere, licèt ad hoc non tenetur de necessitate: *ut suprà de juramento calum. c. in appellationis causa in fi. lib.* 6. *de excep. c. pastoralis, de excep. ultra tertiam, C. de fide instrum. l. fi.* 30. *q.* 5. *c. judicantem*, in foro tamen Ecclesiastico servatur quòd dicitur *in dict. c. præsentium.*

(*d*) Se abrieren. Nota ad hoc, quòd dicta testium non publicata non valent,

quòd

UVA. BHSC. SC 05749

ellas; y despues que contradixere, dele el Alcalde tres plazos, de tercer en tercer dia, para probar lo que contradixere, si las testimonias fueren en la tierra; (*a*) è si mas plazo quisiere, dele el quarto. E si en la tierra no fueren las testimonias, el Alcalde embie las preguntas,asi como manda la Ley. E si el otra Parte quisiere contradecir estas pruebas que dixeron contra las suyas, puedalo hacer; y haya sus plazos para probar, asi como sobredicho es. E ninguna de las Partes no pueda aducir mas pruebas (*b*) sobre esta razon: è si el plazo que diere el Alcalde à qualquier de las Partes, en que contradiga, no contradigere, el Alcalde juzgue por aquellas testimonias, è no dé mas plazo para contradecir, si no mostráre escusa derecha por qué no vino contradecir el primero plazo.

Ley XVII. Como pueden ser rescebidos los Testigos, aunque la otra Parte esté absente.

SI aquel que ha à dar las testimonias en algun Pleyto, à plazo que puso el Alcalde (*c*), las aduxere, y aquel contra (*d*) quien las aduce no viniere, ni embiáre,

---

quòd verum est perempta instantia; secus si facerent transitum ad successorem, vel ad Judicem appellationis. De hoc notatur *in l.* 3. *ff. de his quæ in frau. credi.* Item *glos. l. prolatam*, *C. de sen. om. ju.* innuit expræssè, quòd omissa publicatione testium, sententia non valet ipso jure, sed certè testes sunt publici juris: ut notat *Innoc. in c. cum clamor*, *de testi.* & ideò cum ferat sententiam Judex causa cognita; valet secundum Butri. & si est appellatum, possunt publicari in causa appellationis, *C. de tempor. appel. l. per hanc*, *hoc not. Bal. in dict. l. prolatam*, *& vide circa hanc l. foro juz. lib.* 2. *tit.* 4. *l.* 8. *& l.* 23.

(*a*) Si en la tierra no fueren. Serva quòd dixi lege proxima.

(*b*) Mas pruebas. Et hoc negotium diutius protelari contingat: *ut in c. licèt* 2. *extra de testi. cujus glos. intellectus concor. cum hac l.* Idem etiam si fuit facta reprobatio per instrumentum quòd contra illud iterum producantur reprobatorij testes: *ut Jo. An. plenè in d. c. licèt.* An per duos testes possunt certum reprobari: *vide Jo. An. & Ant. in cap. cum in tua*, *extra de testi.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 23. *de la* 3. *Partida, tit.* 16. *de los testigos. E vey la Ley siguiente, que declara cómo han de jurar los testigos, ù cómo han de ser preguntados: y de este articulo final, vey cinco Leyes siguientes.*

(*c*) Si aquel, que puso el Alcalde. Nota, quòd licèt in termino juris, ille qui habet terminum ad probandum, debet producere testes; ita quòd jurent, deponant, & probent; nec sufficit quòd jurent, si non deponant; quia lex non suppletur per Judicem; & solùm juramentum non ostendit quidditatem testimonij: *ut notant Innoc. in cap. pia. de excep. lib.* 6. *ut reffert Bal. super rubrica*, *C. si ex falsis instru.* tamen quando terminus datur à Judice, ut hic; supplet Judex factum suum, undè depositum trahitur retro: *ut not. in cle. unica*, *de offi. dele.*

(*d*) Contra quien. Unum tamen nota, quòd quoties aliqua causa agitur cum aliquo, cujus eventus mihi præjudicare potest, possum ego probationes inducere, etiam invito eo cum quo principalitèr negotium agitur: *ut l. principalitèr*, *C. de libe. cau. & ibi Bald. & adde*, *quòd not. ff. de inoffi. testa. l. si suspecta in princ.* ex quo nota, quòd etiam invito aliquo prodest veritas ab alio indirectè demonstrata. Ex quo infertur, secundum Bal. ibi, quòd pater potest revocare confessionem quàm fecit filius super delicto probando contrarium:

UVA. BHSC. SC 05749

el Alcalde no dexe de rescebir (*a*) las pruebas, asi como si estuviese delante: è vala, si las testimonias no pudiere desechar por alguna razon, asi como manda la Ley.

Ley XVIII. Como despues de fecha publicacion de testigos, no se pueden otros traher.

DEspues de los dichos de las testimonias fueren abiertos (*b*) ante el Alcalde, è qualquier

---

rium: *ut not. in l.* 2. §. *si arbiter*, *ff. si ex noxa. cau. aga.* Idem potest dominus pro servo, & Abbas pro monacho: *ut l.* 2. *C. de accusa.*

(*a*) No dexe de rescebir. *Ut in c.in nomine Domini*, *extra eo. tit. & vide Bar. in auc. qui semel*, *C. quomodo*, *& quando ju. &* 3. *part. eo. tit. l.* 23. An producens instrumenta in termino ad probandum, debeat citare adversarium? & alia circa hoc: *vide per Bal. in l. fi. C. qui ad bo. posses. po.* Ultimo nota circa hanc legem, quòd valet dictum testis non citati; dum tamen sit aliàs idoneus: *ut not. ff. de his qui ut indig. l. post legatum*, §. *his vero*, & quòd verum est, dum tamen juret partibus præsentibus; vel altera absente solemniter inquisita, quia nullo jure cavetur, quòd citatio testis sit de substantia, & eo ipso quòd Judex defert ei juramentum; videtur eum monere super veritate dicenda; quæ monitio vim citationis habet: *ut not. C. quomodo*, *& quando judex*, *l. cessante*, *ut reffert Bal. in lib. feu. tit. quæ fuit prima causa bene amit.c. porro si domino*, & dic de hoc: *ut ipse Bald. plenè not. in l. Præsbyteri*, *C. de Episc. & Cler. & adde quòd scripsi suprà eo. tit. l. la Parte.*

ADDICION.

Concuerda la Ley 34. *de la* 3. *Partida*, *tit.* 16. *que dice*, *que si los testigos ni son publicados*, *ni el termino de la probanza es pasado*, *puede la Parte traher mas testigos*, *caso que diga que quier traher mas testigos*; *pero si la publicacion está fecha*, *no puede traher mas testigos de los tenidos*: *y la Ley* 29. *del dicho tit. pone*, *que en grado de apelacion ante el superior*, *se pueden traher testigos*, *fecha la publicacion*, *faciendo cierta solemnidad. Concuerda con esta Ley*, *la Ley* 4. *tit.* 11. *lib.* 3. *de las Ordenanzas Reales. Vey la Ley* 1. *tit. de los juicios de las Ordenanzas Reales*, *libro* 3.

(*b*) Despues, fueren abiertos. Hoc intelligo verum, si ritè, & rectè testes fuerunt recepti; & eorum attestationes fuerunt publicatæ coram Judice competente, & parte sciente; vel citata, & contumacitèr absente: & hæc practica traditur per *Spec. eo. tit.* §. *satis utiliter*, *ver.* 1. *& ff. de mino. l. in causæ*, §. 1. *& ff. ad l. Julia. de adul. l. si postulaverit*, §. *de. q. & in cle. de testi. eod. tit. & plenè per Joan. & Ant. in c. fraternitatis*, *eo. tit. & foro novo l.* 17. *quæ incipit*: *Por tirar.* Quia si testes non publicantur tempore debito, vel per non Judicem, vel parte non citata non didici: tamen testificatis, hoc non impedit productionem testium. Idem si aliqui testes deposuissent super articulo non incluso: *ut not. in c. cum causam*, *extra eo. tit. in fi. ulti. glos. per Joan. & per eum in dict. c. fraternitatis*, *& in alleg. cle. testibus*, *& Joan. in c. constitutis* 2. *extra eo. tit.* ubi tenet, quòd si invita parte, vel ignorante, fiat publicatio; poterit pars, si abstineat à lectione testificatorum, testes producere, non enim dicitur percunctatus dicta testium qui incipit legere, sed non potuit usque in finem legere; quia fortè notarius abstulit scripturam de manibus ejus: ut notat *Bal. in l. in civile*, *ff. de legibus.* Item, quòd hic dicitur est verum super ejusdem articulis, vel directo contrarijs: *ut in dict. c. fraternitatis*, *& in dict. cle. testibus*, quòd dic, *ut ibi per glos.* 3. *& per Joan. de Imola plenius not.* Item, hoc verum secundum *Jacob. de Bel. in lib.* 2. *feu. tit. quid sit investitura*, *cap. si enim domino.* Si testes aliquid deposuerunt; secus si nihil: ut quia dixerunt se nescire, vel se non recordari: & hoc per illum textum, *dict. c. si enim domino*, quòd si est verum, est notæ dignum: non placet *Bal. ibi dict. Jaco. de Bel. de jure canonico*, quia æquè potest timeri subornatio: *ut in*

UVA. BHSC. SC 05749

Pleyto, quier aquel que las aduxiere, no puedan mas testimonias aducir sobre aquella razon: ca pues que supiese, que dicen las testimonias, è no cumpliesen à lo que él quisiese, podria apercebir otras testimonias, que dixesen lo que las otras menguaban.

---

in alleg. ✠*le.* nisi testes producti scientes veritatem se subtraxerunt precibus, odio, vel timore, vel pretio; quia tunc putat Bald. in causa appellationis eos posse produci; si alij in prima causa producti nihil deposuerunt, vel se dixerunt nescire, vel non recordari: *ar. dictæ litteræ prædict. c. si enim domino*, sed si aliquid deposuerunt, non putat Bal. alios recipiendos, nisi beneficio restitutionis in integrum: *ar. ff. ad Trebel. l. servo invito*, *§. si Prætor.* & idem ubicumque testes fuerunt malè examinati, quia ibi est dolus verus malè examinantis, maximè si est jurisperitus, quoniam dolus præponderat dolo præsumpto subornationis: ut not. *Guil. ff. de eden. veluti*, *& ibi per Cy. Ray. & per alios DD. ut reffert Bal. in d. c. si enim domino.* Item, quòd ista lex dicit: fallit quando Judex procedit per viam inquisitionis, quia tunc etiam publicatis attestationibus potest Judex respicere novos testes ad offensam, vel defensam, quia testium publicatio impedit testium productionem, quæ fit à parte, non quæ fit ab inquisitore: ut notat *Innoc. in c. cum clamor*, *extra desti. ut reffert Bal. in l. fi. ff. de ferijs*, quòd tene menti. Item, fallit in minore, qui potest restitui ad probandum per testes post didicita testificata, cum restituitur post adversus dolum præsumptum de futuro: *ut ff. de mino. l. auxilium*, & hoc quia beneficium restitutionis excludit doli præsumptionem: *secundum Guil. ut reffert Bal. in l. ubi exigitur*, *& ibi glos. de eden. ad hoc facit*, *ff. de mino. l. minor. 20. an. & Innoc. in c. auditis de Procu. & Spec. tit. de rest. in inte.* *§. fi. vers. quòd si in causa minoris*, *de not. ope. nunci*, *l. 1.* *§. adversus*, *& ibi Doct.* Item, fallit quando pars consentit alios testes produci: *ut not. Host. Jo. An. Hen. & Ant. in d. c. fraternitatis*, & adde quòd notant *Pau. & Pe. & Dominicus in alleg. cle. testibus*, quòd etiam si dicta testium non sunt publicata, pars tamen habuit copiam depositionum, & testificata didicit, non admittetur ultra, cum sit eadem ratio quoad periculum subornationis: *ut not. in c. constitutus*, *extra eo. tit.* Item, fallit in causa criminali, in qua possunt testes interrogari, etiam publicatis attestationibus, si non reddunt causam sui dicti: *ut 3. part. eo. tit.* *§. satis utiliter*, *vers. item not. cum seq.* Est tamen notandum, quòd *Bal. in l. ampliorem*, *C. de appe. dicit*, quòd licèt clem. testibus, servetur in foro canonico, tamen remedium est, quòd ille, qui non potest producere testes supra didicitis testificatis, nomina testium det judici, & absentet se, & tunc Judex in quo non timetur subornatio, recipiat dictos testes ex officio suo, ac juramenta, & depositiones, & valebit eorum testimonium, quòd est mirabile dictum. Sed in causa principali Judex non posset ex suo mero officio non intentato facere hujusmodi interrogationes: *ut not. ff. de pac. l. si unus*, *§. pactus*, *& ibi glos. ut Bal. in d. l. ampliorem.* Adde, quòd si times de teste, quòd in judicio productus variabit; ostende ei interrogatorium coram testibus; & si extra judicium unum dicat, in judicio vero aliud, subjicit se periculo falsi *per l. eos. ff. de falsis ubi not. Bar. & Pe. de Anch. in alleg. cle. testibus.* Item not. quòd cum testes jam recepti iterum ex casu omisso per Judicem interrogantur, debent petere primas attestationes, ut illas legant ad removendam veritatem: *ut in l. cum exhibuissem*, *C. de publica. & not. in cum causam*, *extra eo. tit. & est consilium Ant. in c. cum in tua*, *extra eo. tit.* Item not. quòd si pars non renunciavit, nec conclusit, nec testificata didicit; etiam publicatis attestationibus; potest testes producere: ut supradixi, & tenet *Spec. eo. tit.* *§ satis utiliter*, *vers. quid si publicatæ sunt.* An autem si perdantur attestationes, possit testes iterum produci: *not. Spec. in d. §. vers. fi. & vide circa hanc l. dist. notabilem Hen. in alleg. c. fraternitatis*, *1. dist.* Item, an si sit solum conclusum in causa, & non re-

UVA. BHSC. SC 05749

Ley XIX. Que despues de la publicacion de testigos, fasta la conclusion, se puede presentar Escripturas.

MAguer que manda la Ley, (*a*) que ninguno no pueda aducir testimonias ningunas despues que los dichos fueren abiertos, (*b*) de las que ante dieren: pero bien mandamos, que si cartas (*c*) algunas tuvieren que fagan pro à su Pleyto, que las puede aducir, è probar por ellas fasta que sean las razones (*d*) acabadas; y si despues que las razo-

---

renunciatum, vel è contra, possunt testes produci: *vide ibi Ant. q. fi.* Quæ dicantur nova capitula, vel novi articuli, *nota Spec. in d. §. satis utiliter, ver. illud autem notandum, & Ant. in d. c. fraternitatis.* Et circa hanc publicationem not. quòd si post testium publicationem opponatur de novo aliqua defensio, vel exceptio de novo proveniens, non poterit probari, nisi per instrumentum, vel per partis confessionem: *ut foro novo, tit. 9. l. 1. & styllo l.* 110. An autem est credendum testi examinato, qui dicit se nunquàm dixisse quòd notarius scripsit? *vide Jac. de Are. in l. tabullarum, ff. de testa. & Spec. tit. de teste, §. 1. ver. sed pone ecce, & Cy. C. de fal. l. si quis decurio, & est quæst. dominicalis Bartholomæi Brixien. quæ incipit: cum tabellio*, & post multa argumenta ipse concludit, quòd stabitur dicto tabellionis, si sit bonæ famæ: *ut c. ad audientiam, de præscrip.* nisi testes probarent se dixisse contrarium, *ut c. per tuas, de condi. appo.* Nam contra quodlibet instrumentum admittitur probatio in contrarium: *ut c. 3. de proba. & l. cum precibus, C. de proba.* nisi in inventario publicè confecto; *ut C. arbi. tu. l. veteris*, vel in casu tutelæ veteris, vel in alio casu speciali: ut ibi. Ultimo not. quòd sententia lata, omissa testium publicatione, non est ipso jure nulla, nec propter hoc judicium reddit nullum, licèt glos. sentiat contrarium in lege prolatam. Nam etiam sine ullis testibus sententia lata est aliqua, & maximè absolutoria: *ff. fami. hærcis. l. cum putarem, ff. de condi. indeb. l. si non sortem, §. hæredum in 2. glos. & est conclusio Bald. in lib. feu. c. si de investitura jura dominium, & vasa. &c. §. 1. circa medium, & dixi suprà eo. tit. l.* 16.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 6. tit. de las pruebas, è testigos, lib. 3. de las Ordenanzas Reales. Concuerda la Ley 1. tit. de los juicios, de las dichas Ordenanzas Reales, lib. 3. que pone toda la orden de los juicios que han de tener los Alcaldes è Jueces: estas Leyes ahí no han lugar, por una Ley que los Reyes nuestros Señores ficieron en la Villa de Madrid, que es la Ley 22. que manda, que al tiempo que el actor pusiere su manda, sea obligado de presentar sus Escripturas; y que despues no las pueda presentar, ni les sean rescebidas, salvo jurando que de nuevo vinieron à su noticia: è concuerda la Ley 1. de la dicha copilacion. E la misma regla está en el reo que se ha de defender por Escripturas, que las han de presentar al tiempo que pone las excepciones; y en quanto al reo, concuerda la Ley 8. de la dicha copilacion.

(*a*) MAGUER, LA LEY. Scilicèt, suprà proxima, & jura ibidem *in concor. alleg.*

(*b*) ABIERTOS. Et fuerunt didicita testificata, vel renunciatum in causa: *ut dixi suprà l. proxima, & not. in c. intimavit, extra eo. tit.*

(*c*) QUE SI CARTAS. Et hoc ideo, quia in instrumentis non timetur sobornatio, sicut in testibus: *de hoc est text. cum glos. in c. cum dilectus, extra de fi. instru.* licèt alio respectu faciliùs corrumpitur, & falsatur instrumentum, quam testes, quia faciliùs est corrumpere unum notarium, quam duos testes. Pro hoc facit *c. 1. extra de cler. peregri.* Intelligunt ergo DD. quòd instrumentum faciat plenam fidem, cum est confectum à publica persona legali, & bonæ famæ: ut tenent DD. signantèr *Ant. in dict. c. cum dilectus*, quia tunc tale instrumentum etiam post publicationem præsentatum facit plenam fidem.

(*d*) LAS RAZONES ACABADAS. Et sic usque ad calculum sententiæ, ut hic: *ut alleg. c. cùm dilectus*, & hoc verum, nisi sit terminus per Judicem assignatus ad

UVA. BHSC. SC 05749

nes fueren acabadas, (*a*) cartas algunas quisiere aducir, no pueda.

Ley XX. Como el Juez debe compeler los testigos, que parezcan ante él à decir sus dichos.

QUien algunas testimonias hobiere para probar su Pleyto, quier sea de acusacion, (*b*) quier sea de otra demanda qualquier, digan gelo que vayan decir (*c*) lo que saben sobre aquel Pleyto, al plazo que le puso el Alcalde, è fagalos ir ante sí: maguer que no quieran, (*d*) por quanto les falláre, (*e*) sino por los cuerpos, è juren que digan la verdad (*f*) que supieren sobre aquel Pleyto.

---

ad producenda instrumenta, & fuerit lapsus: *ut ordinatio de Brivi. Regis Jo. I. quæ incipit: por quanto por malicia, & Spec. tit. de la dila.* §. 1. *ver. quid si datus, & cle. sæpè, de verb. sig. vers. eo salvo, in glos. patet ergo, cum glos. se. & glos. ubi ergo, & 3. part. tit. 22. l. 9. & tit. 11. l. sabida cosa es.* Et hoc etiam est verum, nisi in casibus in quibus sententia retractur per instrumenta de novo reperta: qui not. *in l. sub specie, C. de re jud. & not. infrà eo. lib. 2. tit. 14. l. 1. & not. glos. & Bar. in l. Imperatores, ff. de re jud.*

(*a*) Acabadas. Idem, donec sit renunciatum, & conclusum allegationibus, & omnibus probationibus: *ut in c. pastoralis, extra de causa pos. & proprie, & de Procu. c. auditis.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 7. tit. de las pruebas, y testigos, lib. 3. que pone las palabras desta Ley. Concuerda con esta Ley, la Ley 35. de la 3. Partida, tit. 16. que declara esta Ley, y pone ciertos casos en los quales el Alcalde es obligado à ir à casa del testigo.

(*b*) QUien, de acusacion. Notanda est ista lex, quòd sive in causa criminali, sive in civili indistinctè compelluntur testes ferre testimonium coram Judice, per quam legem solvuntur dubia, & opiniones: *Innoc. & Jo. An. & Hen. & Ant. in c. 1. & c. delictorum, de testi. cogen.* & hoc in foro sæculari, in foro vero Ecclesiastico servatur distinctio, quæ ibi ponitur per *text. & glos. & DD. jam dictos.*

(*c*) Que vayan decir. Et nisi testis citetur si spontè testificetur se ingerendo, an sit indignus, & suspectus: *vide Bal. in l. alia causa, circa fi. C. de his qui ut indig.*

(*d*) Que no quieran. Maximè Judex debet hoc facere, si gratia, odio, vel favore testes se subtrahant à testimonio perhibendo: *ut in dict. c. dilectorum.*

(*e*) Les fallare. Per mulctæ scilicèt, inditionem: *ar. ff. si quis jus di. non ob. l. unica, & captis pignoribus, ut l. curent, ff. de testi. & l. Judices, C. de fide instru.* ad instar tutorum, vel curatorum satisdare volentium, quorum officium publicum est, sicut & testium: *ar. insti. de satis. tu.* §. *ul. & de excu. tu. in princ. & Host. in sum. isto tit.* §. *de testium compulsione, ver. sed qualitèr cogamur, & Spec. tit. de teste,* §. *qualiter autem, ver. potest hoc committere, cum seq.* Item, quæ personæ non possunt cogi testificari, & an cogantur testificari si jurent: vide eumdem *Spec.* §. *de compulsione, per totum.* Et not. quòd Judex, non cogens testem, tenetur resarcire damna parti: *ut not. Spec. eo.* §. *qualiter, ver. quid si quis.*

(*f*) Que digan la verdad. Et quòd non immiscent aliquid falsitatis 2. *q. 4. c. nullam 3. q. 9. c. pura,* & quòd nec aliquid de suo adjicient: quòd dic, *ut not. Spec. eo. tit.* §. *sequitur de juramento, ver.* 1. imò si testis non juratus deponit; etiam si postea juret, non valet ejus dictum: *ut Spec. in dicto* §. *sequitur, ver. fi.* & vide quòd dixi, *suprà ea. l. padres, circa fi.* Juxta quòd est notandum, quòd si in actis reperitur talis testis juratus, &c. Nec dicit qualitèr præsumitur factum juramentum; quia præsumo ejus qualitatem, & modum debitum, & quòd omnia fuerunt solemniter acta: *ut l. Theopompus, de dote præle. & not. Bal. prima constitutione, ff. veteris,* §. *quia.* Item, qualiter testis debeat ratione rede-

UVA. BHSC. SC 05749

Ley XXI. Como el Juez no debe rescebir à la Parte à la prueba de aquello que probado le no aprovechará.

SI alguno razonáre alguna cosa en su Pleyto, è dixere que la quiere probar, si la razon tal fuere, que aunque la pruebe no le preste (*a*) à su Pleyto, ni empezca al otro contra quien lo aduce, el Alcalde no resciba tal prueba: si por aventura la rescibiere, no le vala.

TITULO IX.

DE LAS CARTAS, Y TRASLADOS.

Ley primera.

TOdas las Cartas que fueren fechas de compra, ò de he-

---

dere in singulis prædicamentis, & de singularitate testium: tractat plenè *Bald. in l. de quibus*, *ff. de legi. & in l. diuturna*, *eo. tit.* Quot autem modis, & per quas differentias appareat testimonij singularitas, plenissimè per *Bal. C. de testi. l. testimonium.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 8. tit. 13. de la 3. Partida. Vey la Ley 41. de las Leyes nuevas fechas en Madrid, que manda que los Escribanos escriban por su mano los dichos de los testigos, so cierta pena.

(*a*) Defender. Quòd si in vim dilatoriæ exceptio excommunicationis opponitur, potest in qualibet parte litis opponi: *ut c. pia, de excep. lib.* 6. & hoc etiam si sit terminus peremptorius statutus per Judicem ad omnes dilatorias, & etiam ad exceptionem opponendam: *ut not. glos. in cle. unica, de excep.* quòd non habet locum, si in vim peremptorij exceptio opponatur, ut ibi. Facit ad quæstionem disputatam per *Jo. An. in mercurialibus, in c. dolo, facit de regu. jur. lib.* 6. quo quæritur an compromissum factum in arbitratorem publicè excommunicatum valet, & an teneat arbitramentum per eum latum, & post multa argumenta pro, & contra tenet, quòd arbitramentum quòd fit per modum laudis, vel sententiæ, non valet, si per publicè excommunicatum factum est, nec etiam valet tale compromissum: *ut ipse Jo. An. notat in c. in causis, de elec. & Archi. in c. à Judicibus* 2. *q.* 6. Qui dicatur publicè excommunicatus, vide notata *de sepul. c.* 1. *& ibi glos. in cle.* Si autem arbitrator esset simplex mediator, vel personeta, ex cujus ordinatione partes ad invicem componunt, tenet ex contractu, qui confirmatur ex ipsarum partium compositione, non ex arbitramento, vel pronunciatione illius: *ut ipse Jo. An. plenè notavit in c. decernimus, de sent. excom. lib.* 6. ubi probat, quòd excommunicatus potest testari.

(*a*) Defender. Quòd potest agere per se, vel per Procuratorem: *ut dict. c. intelleximus, de sent. excom. c. si verè, & de hæreti. c. excommunicamus*, §. *credentes, de excep. c. cum inter, & c. significavit*, & hoc sive excipiat de facto, sive de jure, sive veniat ut reus necessarius, sive voluntarius, quòd prosequere: *ut notat Hen. plenè in dict. c. intelleximus, de judi.* An excommunicatus possit contrahere, testari, vel testificari, vel suum officium exercere: *vide quod not. in c. veritatis, de dolo, & contu. & c. decernimus, de sen. ex. lib.* 6.

(*b*) Galardon. *Ut c. intelleximus supra alleg.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 42. *de la* 3. *Partida, tit.* 2. *que pone, como en quatro maneras puede uno pedir mas de lo que le deben: la una, quando pide mas quantía: la segunda, quando pide de otra manera que se le debe: la tercera, quando pide en el termino que no debe: la quarta, quando pide en otro lugar donde el adversario no está obligado: e vey la Ley siguiente del dicho titulo, que pone la forma que el Juez ha de tener quando el demandador pide mas de lo que se le debe: e vey la Ley* 45. *de la dicha Partida, que pone la pena del que pide mas de lo que se le debe.*

(*c*) QUando. Cum hac lege concord. *l. unica, C. de plus pe. & extra de plus pe. cap.* 1. *& instit. de excep.* §. *hodie, &* 3. *part. tit.* 3. *l.* 9. Fallit tamen de jure in casibus. Primus, quando vir vergit ad inopiam, quia tunc mulier etiam ante solutum matrimonium potest agere: *ut l. si constante, in prin. ff. solu. matri. & l. ubi, C. de jure do.* Secundus, in debitore fugiente, qui ante tempus potest capi, & ab eo debitum peti: *ut l. ait prætor.* §. *si debitorem, ff. de his qui in frau. credi.* Tertius, si timetur de inopia debitoris, ut cautio interponatur: *ut l. in omnibus, ff. de judi. & l. si fidejuss.* §. *fi. ff. si quis* ca.

UVA. BHSC. SC 05749

aquel aqui es tenudo, ante del plazo le demandáre, no sea tenudo de le responder; y el Alcalde déle otro tanto plazo adelante, quantos dias (*a*) demandó ante del plazo que habia con él.

Ley VI. Como no es obligado de responder, aquel que no es llamado ante su Juez competente.

Quien su contendor aplazáre ante el Alcalde que no debiere, el aplazado no sea tenudo de responder, (*b*) si no quisiere; è aquel que lo aplazó, peche las costas (*c*) que fizo por razon del emplazamiento, porque lo aplazó por quien nó debia.

---

ca. Et not. quòd si antequam constet de debito in judicio, plus tempore petatur, defertur condemnatio, & executio, donec finiatur duplicatio judiciorum. Si autem constat de debito, tunc defertur executio tantum donec tempus sit duplicatum: ut hoc tenet *Ant. de Bu.* concordando Doctorum opiniones contrarias *in alleg. cap. unico, de plus pe.* Et not. quòd ista lex procedit sivè sint induciæ hominis, sivè Judicis: *ut dict.* §. *sed hodie, insti. de excep. ut exemplificat Ant. ubi suprà.*

(*a*) Quantos dias. In foro ergo civili reprobatur opinio Doctorum posita *in d. c. unico, de plus peti. & Jo. Fa. in d.* §. *hodie insti. de exce.* qui tenebant, quòd totum tempus integrum duplicabatur in pœnam plus temporis petentis, quia ut hic vides, solum residuum duplicatur, *& vide* 3. *part. tit.* 3. *l.* 45.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 4. de la 3. Partida, tit. de los Demandados, la qual pone, que el citado no es obligado à responder, salvo ante su Juez, excepto en ciertos casos.

(*b*) Quien, de responder. Hoc quòd dicitur hic habet locum de jure, si Judex in citatorio nullam causam assignet, quare habet jurisdictionem super citatum, nec tenorem commissionis inserat, nec aliàs est Judex ordinarius, etiam si in veritate jurisdictionem habeat ex aliqua causa occulta, non tenetur se Judici præsentare, nec respondere: *ut hic, & l. quotiens servus, ff. si quis cau. & l. pe. C. de sta. defun. & l.* 2. *ff. de in jus vo.* Idem si citat hominem suæ jurisdictionis super causa, de qua notoriè constat, Judicem non esse, ut si citet super spiritualibus, causa expræssa nulla est citatio: *ut c. tuam, de ordi. cogn.* Idem si exprimat, quòd veniat responsurus servo, vel excommunicato, vel suo spoliatori, vel aliæ personæ, quæ non habet personam standi in judicio: *ff. de Procu. l. fœminas, extra de judi. intelleximus.* Idem si citat ad diem feriatam: *ut c. conquæstus, de feri.* vel super causa impossibili, ut super sole, vel luna, &c. *ut ff. de judi. l. nonnunquam, & l. ad peremptorium*, & regulariter si exprimatur in citatione aliquid injustum, vel inhonestum, vel impossibile de jure, vel de facto, vel turpe, & secundum regulam traditam per Innoc. *in c. præterea, extra de dila.* Idem si non constat, citantem habere jurisdictionem quoad habitum, nec quoad exercitium, nec hoc constat parti, nec arctatur citatus, nec in contumaciam potest constitui: *ut c. prudentia, de offi. dele. & c. super litteris, de rescrip.* Idem si citatur quis ad locum notoriè non tutum: *ut cle. pastoralis, de re judi. & l. Celsus, ff. de arbi.* Si autem quæ dicta sunt, non obstant contra citationem, & citans est aliàs Judex, & dubitatur de sua jurisdictione, tenetur citatus comparere, saltem ad allegandum privilegium suum: *ut l. si quis ex aliena. ff. de judi. & vide quòd not. Hen. in l.* 1. *de judi. in fi. & in cap. veniens, de accusa. &* 3. *part. tit.* 3. *l.* 3. *& l.* 2. *tit.* 2. *l.* 32.

(*c*) Peche las costas. *Ut l. eum quem temerè, ff. de judi.* Sed quis condemnabit eum in expensis? Dico quòd potest eum in expensis condemnare Judex coram quo vocatur, & hic est unus casus, in quo non Judex principalis causæ potest condemnationem facere expensarum: *& est casus in cle. Abb. de* res-

UVA. BHSC. SC 05749

Ley VII. Como la excepcion peremptoria se puede poner ante del plazo acabado, è no despues.

Qualquier que haya defension sobre la demanda que le face su contendor, si la defension remata todo el Pleyto, (*a*)

---

rescrip. in fi. Et est ratio, quia Judex potest cognoscere, & pronunciare, an sua sit jurisdictio: *ut in c. significantibus, de offi. dele. & in d. l. si quas ex aliena. & in c. super litteris, de rescrip. & in l. 2. C. si quis in jus vo. non je. Hoc tamen fallit in casibus.* Primus, si Judex se constituat adversarium, contendendo suam jurisdictionem: *ut in c. statutum, de rescrip. lib. 6. glos. super parte copiam, & ibi Dominicus.* Secundus, quando opponitur contra Judicem exceptio, ex qua de facili provocatus obesset: *ut quia suspectus, de offi. deleg. c. suspitionis.* Tertius, si opponitur aliqua exceptio, quæ personam Judicis sigillat, vel ejus famam diminuit, & statum, ut quia furiosus, mutus, surdus, vel mulier, quia tunc arbitri debent cognoscere, vel alius Judex: *de quibus in c. si contra unum, de offi. dele. lib. 6.* Idem si opponitur quòd est servus, vel infamis: *ut c. si sciscitatus, de rescri. licèt ibi dicat Innoc.* quòd debeat de hac exceptione cognoscere, non tamen pronunciare: quòd non placet *Bar. in l. quidam consulebant, ff. de re judi. nec placet Hen. nec Ant. in c. cum super, de offi. dele.* Quartus, quando opponitur exceptio declinatoria per Clericum contra Judicem sæcularem: *ut c. si Judex laicus de sent. excom. lib. 6. & not. Bart. in alleg. l. quidam consu.* Quintus, quando opponitur contra Judicem, quòd est impubes; quia tunc nec cognoscere, nec judicare valet: *ut alleg. c. cum super, & c. sciscitatus*, secus si dicatur quòd est minor vigintiquinque annis, dum tamen non negetur minor quatuordecim annorum, quia tunc ipse cognoscet, cum discretione non careat: *ut notat Bart. in alleg. l. quidam consulebant.* Sextus, quando ex pronunciatione Judex est habiturus commodum pecuniarum: *ut not. glos. in l. de jure, ff. ad munici. & Bar. ubi suprà.* An autem Judex impetratus per objectionem, vel falsum rescriptum poterit cognoscere, an sua sit jurisdictio, & si verè non sit Judex, an pronunciatio constituat eum Judicem, & si ab ea non appelletur: *not. Innoc. in c. super litteris, de rescrip. & Bart. in l. præscriptione, C. si contra jus, vel utili pu. & Pet. de Ancha. & Ant. in alleg. l. præterea, de dilati.*

ADDICION.

Para declaracion desta Ley, vey la Ley 8. de las Leyes que los Reyes nuestros Señores ficieron en Madrid, que manda, que la excepcion de incompetencia del Juez se ponga, è pruebe dentro de nueve dias, despues de pasado el termino de la Carta de emplazamiento, que es el termino de la contestacion; y el mismo termino sea para el caso de Corte: è que él no tenga 20. dias para alegar las excepciones peremptorias; è que pasado el dicho termino no se puedan poner, aunque jure que de nuevo vinieron à su noticia. Item, en quanto à la excepcion de la declinatoria del Juez, concuerda la Ley 2. tit. de las Dilaciones, lib. 3. y en quanto à las excepciones peremptorias, concuerda la Ley 1. tit. de las Excepciones, y Defensiones, lib. 3. de las Ordenanzas Reales: è la Ley 2. del dicho tit. extende la dicha Ley en grado de apelacion. Vey la Ley 9. de la 3. Partida, tit. 3. que pone, en qué termino se han de poner las excepciones dilatorias, è peremptorias. Vey la Ley 1. de las Ordenanzas Reales, tit. de los Juicios, lib. 3. Vey la Ley 236. del estilo, que singularmente declara esta Ley, è pone quatro especies de excepciones, è quando se pueden oponer.

(*a*) QUALQUIER, REMATA TODO EL PLEYTO. Secus si sit instantia tantum peremptoria, ut excommunicatio, quæ aliquando dicitur anomala exceptio partim peremptoria, partim verò dilatoria, quæ in qualibet parte litis potest opponi: *ut c. exceptionem, extra de excep. & de re judi. c. ad probandum, & c. pia. de excep. lib. 6. de qua anomala exceptione vide quòd notat Spec. tit. de excep. §. 1. vers. anomalæ verò, & not. quòd hic dicitur*, quòd peremptoria exceptio potest opponi usque ad

UVA. BHSC. SC 05749

asi como es de Pleyto que haya fecho su contendor, que nunca le demande (*a*) aquello que le demanda, ò de paga (*b*) que haya fecha de aquel haber que viene demandado en juicio, ò de tiempo, (*c*) porque ha ganado la cosa quel demanda, ò otra cosa semejable; (*d*) tal defension puedala poner ante quel juicio final sea

---

ad finem litis, & non negat, quòd etiam ante litis contestationem possit peremptoria opponi. Est tamen notandum, quòd si peremptoria exceptio ante litem contestatam opponatur, est propriæ intentionis exclusio, post litem verò contestatam est actionis exclusio: *ut not. Spec. tit. de lite contest.* §. 1. *ver. sed nunquid per excessionem*, differt tamen ipsius peremptoriæ probatio in causa principali post litem contestatam: *ut C. de præscript. lon. tempo. l. emptor*, *C. sen. rescin. non posse*, *l. peremptorias*, *C. de proba. except. C. de excep. præscript. extra de in inte. resti. c. auditis*, 3. *q.* 6. §. *exceptio*. nec impedit litis contestatio, nisi de re judicata semel transacta, seu finita: quòd dic, *ut plenè not. in c.* 1. *&* 2. *de lit. contes. lib.* 6. *& Spec. tit. excep.* §. *dicto*, *ver. rursus*, *& ibi plenè per eum*. Hodie tamen de jure Regni omnes exceptiones, tàm peremptoriæ, quàm præjudiciales debent infra viginti dies à litis contestatione numerandos opponi, postea verò non, nisi juraverit, opponens de novo ad noticiam pervenisse: *ut foro novo*, *tit.* 8. *l.* 1. Et quòd dixi, usque ad viginti dies, intelligo continuos: *ut eod. foro novo*, *l.* 10. *concord. quòd not. in c. pastoralis*, *extra de excep. & ibi per Doc. & Jo. Fa. & Bar. in auct. qui semel*, *C. de proba.*

(*a*) Que nunca le demande. Quid enim operatur pactum de non petendo: *not. ff. de pac. l. si unus*, §. *petens*, *in glos. & not. Ci. in l. pacta novissima*, *C. eo. tit. & ibi plenè per eum*, *& per Bar. & not. insti. de excep.* §. 1. *glos. unica*, *& ibi per Jo. Fa.* Idem intelligo de exceptione renunciationis seu quitationis: *ff. de cond. inde. l. eleganter*, §. *si quis post*, *& de edil. edic. l. quæritur*, §. *si venditionis*, *extra de renunci. super hoc.* Item, an pactum de non petendo, & jusjurandum, tollant naturalem, & civilem obligationem, vel elidunt, *vide Spec. tit. de excep.* §. 1. *circa princ.* & not. quòd bene dicitur hic textus, que nunca le demandase, quia isto casu est peremptoria exceptio. Secus si sit pactum de non petendo temporaliter; quia tunc esset dilatoria: *ut not. Azo. in sum. de excep.* §. *dividuntur*, *cum ibi notatis*, *&* 3. *part. tit.* 4. *l.* 9.

(*b*) O de paga. Hæc exceptio nullam perimit actionem civilem, nec naturalem, quia jam perempta est, quia solutione ejus quòd debetur, tollitur omnis obligatio: *ut dixi suprà eo. l.* 1. *notat Spec. tit. de excep.* §. *dict. ver. est & alia.*

(*c*) O de tiempo. Not. ergo, quòd exceptio præscriptionis, vel usucapionis est peremptoria: *ut hic*, *& ff. de pub. præ. l. fi.* An autem exceptio præscriptionis impediat litis contestationem: *not. Ci. C. de præscrip. lon. tempo. l. emptor. q.* 2. *& Bar. ff. pro suo*, *l. fi. & Spec. eo. tit.* §. *dict. ver. an autem.* Item, adde ad materiam hujus legis, quòd licèt statutum possit tollere actionem, non tamen potest tollere defensionem: *ut not. ff. de pac. l. pactum*, *& in cle. pastoralis*. Item, licèt defensio voluntaria alterius possit tolli per statutum, non tamen possunt tolli necessaria: *ut not. Innoc. in c. cum inter*, *de excep. secundum Bar. sed hoc non placet Ant. in c. dilecti*, *de excep.* quia jus defendendi inductum à statuto, potest tolli à statuto: *ar. ejus quòd not. Innoc. in cap. in nostra*, *de injurijs*, *& quòd not. in cap. quæ in Ecclesiarum*, *de consti.* sed potest dici, quòd licèt ibi tollatur exceptio positiva, non tamen tollitur naturalis æquitas defensionis. *De hoc in Spec. tit. de excep.* §. *fi. ver. sed nunquid*, *hoc not. Ant. in alleg. c. dilecti*, *de excep.*

(*d*) O otra cosa semejable. Ut exceptio doli mali, vel quòd metus causa, vel si promissum est per errorem: *insti. de exce.* §. 1. Item, exceptio non numeratæ pecuniæ, vel dotis: *ut insti. de excep.* §. 2. *extra de fi. instru. c. si cautio.* licèt istæ duæ non sunt perpetuæ: *de quibus ff. de excep. l. exceptiones*, §. *rei.*

Item,

UVA. BHSC. SC 05749

dado, (*a*) mas deſpues del juicio finado, ninguno no pueda (*b*) poner ante sí ninguna defenſion, ſalvo ſi moſtráre que aquel Alcalde que dió el juicio no era Alcalde, (*c*) ni habia poder de Alcalde; ò moſtráre que aquel que traxo el Pleyto en ſu nombre no fue ſu Perſonero, mas que tuvo la voz falſamente; (*d*) ò moſ-

Item, exceptio Vellejani, & Macedoniani, & in factum, & generaliter de omni eo competit exceptio peremptoria, quæ dicitur fieri, vel factum eſſe contra legem, vel contra Senatus Conſul: *ff. de excep. l.* 3.

(*a*) Juicio final sea dado. Perpetuo enim poteſt exceptio peremptoria opponi, quandocumque agatur, quia quæ temporalia ſunt ad agendum, &c. *C. de excep. l. licèt*, *in princ. ff. eo. tit. l.* 3. *& l. purè*, *§. fi. & l. ſi pactum*, *C. eo. tit.* hodie tamen in foro civili aliter obſervatur: *ut dixi ſuprà*, & not. quòd ſi exceptio opponatur poſt teſtium publicationem, non tamen poteſt niſi per inſtrumentum probari, vel partis confeſſionem: *ut foro novo*, *tit.* 13. *l.* 1. poſt concluſionem verò non poterit etiam per inſtrumentum probari: *ut dixi ſuprà tit.* 8. *l.* 19. *eo. lib.* 2. & vide quòd notatur *in c. de teſti. extra de teſti.*

(*b*) No pueda. Poſt ſententiam verò diffinitivam intelligo, ſi in rem judicatam tranſivit, non poteſt aliqua peremptoria allegari exceptio regulariter: *ut hic*, *& C. ſen. reſcin. non po. l.* 1. *&* 2. *de privil. c. cum olim*, *ff. de re judi. poſt rem niſi per in integrum reſt. ut quia eſt minor*, *vel Eccleſ. ut in jur. ſuprà alleg. & in l. ſi maritus §. præſcription. ff. de adul. & c. ſuſcitata*, *de in inte. reſti. ff. de minori*, *l. minor* 25. *annis.* Unum tamen not. quòd ſententia lata contra exceptionem rei judicatæ omiſſam, vel non probatam, valet, ut hic. Sed contra oppoſitam, vel probatam ipſo jure non tenet: *ut l.* 1. *C. quando provo. non eſt neceſſe*, quòd commendat *ibi Bal.* An autem ſi eſt condemnatus venditor ad rem tradendam, poſſit opponere exceptionem pretij non ſoluti: *vide per Bal. in l.* 2. *C. ſent. reſcin. non po. & per Bar. in l. ſi duo patroni*, *§. ſi quis de jurejuran.*

(*c*) No era Alcalde. Hoc eſt, ſi opponatur, quòd ipſo jure nullam habuit juriſdictionem, quia tunc ſententia à ſuo Judice lata non tenet, cum funditus nullam habet juriſdictionem: *ut c. at ſi Cleri. extra de judi.* 2. *q.* 1. *c. in primis*, *extra de conſue. cap. ad audientiam*, *C. ſi à non compe. judi. l. fi.* 11. *q.* 1. *de re judi. c. ad probandum*, & hoc etiam verum, ſi talis Judicis juriſdictio ſit improrogabilis: *ut l. privatorum*, *de juris. om. jud.* Si autem aliàs præeſt juriſdictioni, & pars ſponte, & ſcienter litigat coram eo, ſecus eſt: *ut in d. l. privatorum*, *& in c.* 1. *extra de judi. & in c. ſi diligenti*, *de foro comp. & in l. actor. de juris*, *& fac. igno. de quo vide quòd not. Spec. tit. de excep. §. nunc videndum*, *verſ. ſed quæro*, *cum verſ. ſe.* & hoc quòd dictum eſt, habet verum, quando ponitur incompetentia juriſdictionis contra perſonam, ut quia non eſt capax propter defectum judicij naturæ, ſicut fœmina, vel incompos mentis, poteſt poſt ſententiam opponi. Si autem non deficit judicium naturæ, ſed dicitur infamis, vel opponitur alia exceptio ſigillans ejus perſonam, non poteſt poſt ſententiam opponi, niſi ſit notoria vel publica exceptio: *ut not. Doc. in c. ſi ſciſcitatus*, *de reſcrip. & de offi. del. cum ſuper*, *& Jo. Fa. inſti. de excep. ſuper glos.*

(*d*) Falsamente. Hæc enim exceptio procuratoria, ſi non haberet mandatum, vel illud eſſe remotum, retro reddit judicium nullum, ideo etiam poſt ſententiam poteſt opponi: *ut hic*, *& C. de Procu. l. licèt*, *extra de reſcri. c. ex parte*, *& c. in noſtra*, *de Procu.* Secus enim dicerem de alia exceptione procuratoria, quæ retro non reddit judicium nullum, ut tu non potes eſſe Procurator, quia miles vel ſimiles, quia hæc inter dilatorias proponitur: *ff. de Procu. l. filius*, *§. veterani*, *de qua vide Spec. tit. de Procu. §. ratione autem formæ*, *verſ. pe. & fi.* Notandum eſt, quòd ſi opponatur contra aliquem, tu non potuiſti intervenire, ut Procurator in cauſa, quia nec pro te, nec pro alio, po-

UVA. BHSC. SC 05749

tráre que el juicio fue dado por falsas Cartas, (*a*) ò por falsas testimonias, (*b*) las otras defensiones que no rematan la deman-

potuisti in judicio stare; quia servus minor, vel monachus, vel constitutus à pupillo, cum dicta constitutio est nulla, retrogestum est nullum, & per consequens post sententiam talis exceptio potest opponi: *ut notat Archid. in c. qui ad agendum*, *de Procu. lib.* 6. *& Pe. de Ancha. & Ant. in dict. c. in nostra*, quòd est notandum, ubi vide per eos circa hunc passum multa notabilia, quæ causa brevitatis omitto.

(*a*) Por falsas Cartas. Interim tamen sententia valet, donec sit probata falsitas: *ut in cap. accepimus*, *extra de fi. instr. & in c. cum venerabilis*, *de excep. & ff. de re judi. l. divus*, & sententia lata prætextu falsorum instrumentorum, potest usque ad viginti annos retractari: *ut in d. cum venerabilis*, *& C. de fal. l. quærela*, *& not. in c. licèt*, *extra de proba.* Item not. quòd sententia lata ex falsa causa probatoria, retractatur per restitutionem in integrum, si autem ex falsa causa petitoria, & assertoria, standum est sententiæ nisi sit appellatum: *ff. fami. hercis. l. cum putarem*, vel nisi sit error expræssus: *ff. de excu. tu. l. qui testamento*, *& dic*, *ut not. ff. de acquiren. hæredi. l. is ad quem not. Bal. in l.* 1. *C. si ex fal. instrum.* Item not. quòd talis restitutio in integrum non incipit cursum suum nisi à die scientiæ falsorum instrumentorum, quia tempus restitutionis est utile quantum ad unum instans, id est, quantum ad principium. Undè si quis staret per centum annos, quòd probabiliter ignoraret, potest petere restitutionem in integrum contra hujusmodi falsitatem, quòd tene menti, & ita debet intelligi: *l. divus*, *ff. de re judi. & ff. de exce. l. qui agnitis*, *& not. Bal. in l. falsam*, *C. si ex fal. instru.* Item not. quòd pendente causa restitutionis, in qua allegatur crimen falsi, cum sit præjudicialis sententia, non potest executioni mandari: *ut l. judicati*, *C. si ex fal. instru. ubi not. Bal.* quòd licèt quæstio nullitatis non impediat executionem sententiæ, *per l. fi. C. de ordi. cogni.* causa tamen restitutionis eam impedit, & est ratio, quia magis est præjudicialis executioni restitutio pendens, quam nullitas prætensa, & occulta: *ut not. Innoc. extra de offi. dele. c. cum in jure*, *& Dy. ff. nil. Innoc. appe. pen. l.* 1. Item not. quòd confesslo erronea facta prætextu falsorum instrumentorum unà cum sententia subsecuta per restitutionem in integrum retractatur. *Item*, *not. consilium Bal. in d. l. judicati*, pro eo qui non vult uti falso instrumento, vel falso teste, quòd si interrogatur, an velit uti, respondeat hoc modo, quia non reputo mihi hunc testem, vel istud instrumentum necessarium; ideo de hoc instrumento, vel teste non curans, usui cedo. Consulit etiam Bal. quòd talia potius faciat per Procuratorem generalem, quam per se, dico de generali cum libera, quia alias Procurator generalis non potest cedere testibus, vel instrumento, sicut nec toti liti: *ut hæc not. Bal. in d. l. judicati.*

(*b*) Falsos testigos. *Ut suprà eo. lib.* 2. *tit.* 8. *l.* 3. & vide quòd ibi dixi, istæ enim exceptiones nullitatis impediunt executionem sententiæ, & aliæ quæ connumerantur *per Spec. tit. de excep.* §. *dict. vers. hoc tamen fallit*, & regulariter ubicumque retro dicitur judicium nullum, vel per jurisdictionis defectum, vel quia contra jus expræssum sententia est lata: *ut C. quando provo. non est necesse*, *l.* 2. *&* 3. *C. si à non compet. judi. l. ad probandum*, *& c. cum inter*, *extra de re judi.* Est tamen notandum, quòd si exceptio nullitatis est alia *quæ ubi suprà not.* non impedit executionem sententiæ, nisi in casu quando aliquid non est probandum per exceptionem in causa nullitatis, ut quia dicit, non fuit citatus, vel non erat Procurator qui egit, quia hoc habet constare ex actis processus, & ista impedit executionem sententiæ: *ut in l.* 4. §. *condemnatum*, *ff. de re judi. & d. l. licèt*, *C. de Procu. & l.* 2. *C. de sen. quæ sine cer. quanti. pro. & sic intelligitur quòd notat Innoc. in c. cum in jure*, *de offi. dele.* Si autem aliquid est probandum, & potest in continenti probari, tunc etiam impedit executionem sententiæ: *ut in alleg. l. judicati*, *& ff. de jud. l. si prætor.* §. *Marcellus*, *& C. quando provo. non*

UVA. BHSC. SC 05749

da, (*a*) mas proluengan el juicio: asi como dice el que es forzado, (*b*) ò que ha el Juez sospechoso, (*c*) ò otras cosas semejables, deben ser puestas ante que el Pleyto sea comenzado, por sí, ò por no, (*d*) asi como manda la Ley. (*e*) Ca quien despues que el Pleyto fuere comenzado, por tal defension se quisiere defender, no lo pueda facer; salvo si acaesciere despues de la respuesta, (*f*) ca estonce bien la pueda poner ante sí.

---

non est necesse, *l.* 1. *Spec. tit. de judi.* §. *nunc dicendum*, *in fi.* Si autem requirit nullitas altiorem indaginem: tunc non impedit executionem sententiæ: *ut in l. fi. in fi. C. ad l. Corne. de fal.* nisi sit de illis exceptionibus: de quibus suprà notat plenè Bar. *in alleg.* §. *condemnatum*, *& glos. fi. in cle. ad compescendas, de sequæstra. po. & Spec. tit. de execu. sentent.* §. *fi. ver.* 16. *& ibi Jo. An. in addi.* Hodie tamen potest usque ad quadraginta dies à tempore latæ sententiæ nullitas opponi coram Judice denunciante: *ut not. Doct. in l. ab executore, C. quorum appe. non rescin. & alleg. l.* 4. §. *condemnatum*, *ff. de re judi. & Bart. in l. si expræssum*, *ff. de appe. & vide C. quando provo. non est necesse*, *l.* 1. *& foro novo*, *l. si alguno*, *& Bar. in l. ex diverso*, §. *fi. ff. solu. matri. & in l. Paul. ff. de doli exce.* Item nota, quòd exceptio quæ opponitur ad processum, non debet admitti salvo jure impertinentium, & non admittendorum, sed debet ante omnia discuti, an sit admittenda, secus in exceptione quæ opponitur ad meritum causæ: *ut not. Ant. de Butr. in cap. cum contingat, de offic. dele. in fi.*

(*a*) Las otras que no rematan la demanda. Quæ dicuntur dilatoriæ: de quibus *not. plenè glos. in c. exception. de exce. & Spec. eo. tit.* §. *nunc videndum*, *circa princ.* Inter quas declinatoria judicij primo proponitur: *ut C. quoniam de proba. ut est in di. c. reprobati, ut hic*, *& Spec. tit. de recu. in princ.* De alijs autem vide in locis *suprà tractis*, *&* 3. *part. tit.* 3. *l.* 9. Præjudiciales autem dicuntur quæ impediunt processum, in quibus reus admittitur ad probandum antequam actor: *ut C. ad l. Falci. l. præses*, *& not. in l.* 2. *C. sent. rescin. non po. & in c.* 1. *extra de ordi. cogni.*

(*b*) Forzado. *Vide quòd not. suprà eod. tit. l.* 3.

(*c*) Sospechoso. An reus potest se defendere Judicem recusando: 3. *q.* 5. *quia suspecti*, *de re judi. inter monasterium*, *not. glos. in c. quoniam de proba. de appe. cum speciali*, 3. *q.* 3. *offeratur.*

(*d*) Por si, ò por no. Scilicèt in ipsa litis contestatione, vel parum post antequam ad alios actus judicij procedatur: *ut not. Innoc. in c. pastoralis*, *eo. tit. in princ.*

(*e*) La Ley. *Suprà eo. tit. de las respuestas*, *l.* 2. & debet ista dilatoria exceptio infrà octo dies probari: *ut foro novo*, *tit.* 4. *l.* 1. *& facit* 3. *part. tit.* 3. *l.* 9. *& l. ita demum*, *C. de Procu. & l.* 1. *C. de excep. secundum Episc. hic.*

(*f*) Despues de la respuesta. Quia quæ de novo emergunt, &c. *ff. de interroga. acti. l. de ætate*, §. *ex causa*, *de offi. dele. c. insinuante*, *ff. ut in posse. le. l. planè*, idem de jure si de novo pervenit ad ejus notitiam: *ut plenè not. in c. pastoralis*, *de excep.* An autem exceptiones omissæ possunt opponi cum variatur modus agendi: *not. extra de spon. impube. c. ad dissolvendum.* Facit materia hujus tituli ad quæstionem disputatam per *Jo. An. in mercurialibus*, *in c. nullus pluribus*, *de reg. jur. lib.* 6. de homicida, qui negavit se homicidium commisisse, qui contra eum probato dicit id se fecisse ad sui defensionem, quærebatur an debeat audiri. Et concludit, quòd si accusatio, vel inquisitio fuit formata de illo qui agressus fuit Titium, & occidit, & ipse negavit quòd potuit: *ut* 10. *dist. si ad sacras*, *ff. de rebus du. sus. qui ducenta* §. utrum poterit postea licèt dicere ad sui defensionem occidisse, cum tunc cesset contrarietas, caveat tamen quòd ante publicationem testium hoc proponat, & probet, si id intendit probare per testes. Nam post pu-

UVA. BHSC. SC 05749

Ley VIII. Como el heredero tiene las mismas defensiones que tenia aquel à quien heredó.

Todo (*a*) heredero que entra en lugar, ò en heredad de otro, ò en otra cosa, quier por

---

publicationem non audiretur: *ut cle. testibus*, *de testi.* Si verò simpliciter negavit homicidium, & tunc aut fecit hoc litem contestando, vel respondendo accusationi, vel inquisitioni, aut id negavit excipiendo: primò casu non videtur audiendus, postea quòd ad sui defensionem hoc fecerit, per jura per eum all. & per *decr. ultimo, de jur. jur. l.6.* In secundo casu, putà quia forum declinando negavit se in judicis territorio occidisse, quòd fieri potest: *ut ipse Jo. An. not. post Innoc. in cap. super litteris de rescrip. & notat glos. in c. Romana*, §. *contrahentes*, *de foro compet. lib.6. & Spec. de competen. judi. addi.* §.1. *ver. sed pone aliquis.* Tunc dico, quòd licèt ad fundandam jurisdictionem sit probatum eum occidisse: ibi audietur, etiam excipiens quòd ad sui defensionem hoc fecit per regulam, exceptionem *de re. ju. lib.* 6. *& per not. per Jo. An. ubi suprà.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley del Estilo, que es la tercera.

(*a*) Todo heredero. Ista lex in principio sui si loquitur in universalibus, non habet dubium, quia succedunt, tàm in jure agendi actione, vel passione, quàm in jure excipiendi: *ut textus in l. invitus*, §. *plerumque*, *ff. de excep. & instit. de perpe. & tempora præscrip. circa princ.* quia isti dicuntur jure successores, *ff. de hæredi. insti. l. quotiens*, §. *hæredes*, & colligitur, *ff. de verb. sign. l. nihil*, & hoc sive sit jus reale, sive personale, sive mixtum, sive in rem scriptum: *ut in juri suprà alleg.* Si verò loquitur in successore singulari, quòd patet per ejus verba, dum dicitur: Quier por compra, &c. & tunc jus excipiendi cohærens rei transit ipso jure in eum, non tamen transit si cohæreat personæ: *ut ff. de contrahen. emp. l. Dolia*, §. *eum*, & de jurejurando, & si in rem, & hoc verum quòd jus excipiendi cohærens personæ transit in singularem successorem, si habeat titulum non lucrativum, nisi utatur accessoriè ex persona actoris: *ut ff. de excep. l. si rem legatam*, si autem habeat titulum lucrativum, tunc transit *secundum Di. in c. si quis in jus, extra de regu. jur. lib.6.* Item nota, quòd qui adminiculo alterius utitur, debet uti cum sui causa, suisque vitijs: *ff. de re judi. l. quòd ipsis*, *ff. de acquiren. do. l. traditio. ff. de acquiren. posse. l. Pompejus*, §. *cum quis*, *ff. de actio. emp. l. vend.* §. *de manumissis*, *l. Gajus*, *& lib. feu. tit. de votis feu. c.* 1. §. *item eadem.* Est tamen notandum circa hanc legem, quòd ficta contumacia defuncti non afficit hæredem: *ut not. Bart. in l. ejus qui delatorem*, *ff. de jure fis.* quòd est verum in casu illius legis, sed non est verum in casibus in quibus factum defuncti præjudicat hæredi, quia in judicijs quasi contrahitur. Et ideo contra hæredem ex facto defuncti potest jurari in litem ubi talis est natura causæ, cujus hæres non potest defuncti moram purgare, aliàs de dolo defuncti hæres non tenetur, nisi jus dicat teneri, non enim est dubium, quòd judicium defuncti transit ad hæredem cum sua causa, taliter qualiter interdum cum majori efficacia: *ut ff. de infa. l. secundum*, *& adde quòd not. in l.* 1. §. *denunciari*, *de ven. inspi. per Jaco. de Are.* qui dicit, quòd istæ contumaciæ habent inducere præjudicium tacitæ confessionis in præparatorijs litis, & in probatorijs, sed non super libello; oportet enim litem substantiari per interrogationem, & responsionem expræssam: *ut C. de litis contes. l.* 1. *hoc notat Bal. in lib. feu. tit. si de feu. fue. controv. inter dominum*, *& agna. c. vasal.* Item nota, quòd actio accessoria, & succedanea regulatur à principali, & ejus est naturæ, & efficaciæ: *ut l. si eum*, §. *qui injuriarum*, *ff. si quis cau.* hinc est, quòd actio injuriarum ante litem contestatam, non transmittitur ad hæredes, & est ratio, quia competit ad vindictam, & non commensuratur rei familiari, nec est in bonis ante litem contestatam: *ut ff. de col-*

UVA. BHSC. SC 05749

compra, quier por cambio, quier por otra guisa qualquier, haya estas mismas (*a*) defensiones que habrie, ò que podrie haber aquel de quien heredó aquella cosa, ò de quien la hubo; y esto mismo decimos de los fiadores (*b*) que entran en fiadura por otro, que hayan aquellas defensiones que habian aquellos à quien fiaron.

---

colla. bo. l. cum emancipati, §. *emancipatus filius*, *& ff. de injurijs*, *l. quòd Senatus*, *ubi Di.* Et sic not. quòd licèt regulariter judicia, & contractus transeant ad hæredes, ut hic, tamen ante litem contestatam ideo non transit actio injuriarum, quia non est proprie judicium : *ut alleg.* §. *injuriarum*, *& in auct. de litigijs*, §. *omnem*, *& not. Bal. in alleg.* §. *injuriarum*, ubi ipse etiam notat, quòd longa mora commissa in litem contestandam, habet vim litis contestatæ, & pari modo facit actionem transmissibilem, quòd alibi non reperitur secundum eum. *Facit quòd not. ff. de acti. & obli. l. constitutionibus.* An autem exceptio excommunicationis obstet cessionario excommunicati tractat. *Jo. An. in c. unico*, *de jure patro. lib.* 6. *super glos. pe.* Item, an hæres, vel successor actoris, vel rei conveniri possit per rescriptum delegationis re integra, vel re non integra : *disputat Jo. An. in c. is qui in jus. de regu. jur. lib.* 6. *in mercu.* An privilegiatus succedens non privilegiato, utatur privilegio suo : *vide Bar. in l. cum filius*, §. *in hac stipulatione*, *ff. de verb. obli. & per Doc. in auct. quas actiones.* Item, an hæres succedens in re emphiteotecaria non solvens pensionem, cadat à jure suo, vel restituatur propter ignorantiam : *vide Bar. in d.* §. *in hac stipulatione*, *& de hoc idem Bart. in l. ad diem*, *ff. de verb. obli.*

(*a*) Estas mismas. Et sic nota, quòd potest quis excipere, vel se defendere de jure tertij, vel tertio competenti : *de quo vide quòd latè not. Hen. & alij moderni*, *in c. cum delatus*, *extra de jure patro.* 2. *dist.*

(*b*) De los fiadores. Exceptio enim quæ competit reo, & competit fidejussori, *ff. manda. l. quia de mutua.* §. *generaliter*, & si scienter exceptionem fidejussor omittat imputatur ei : *ff. de exce. l. omnes exceptiones*, *& ff. de fidejus. l. ex persona*, *not. in c. fi. extra de dila.* Et not. quòd hoc quòd dicitur de fidejussore in hac lege habet verum quando reus mutavit statum : *ut in l. defensiones*, *& ibi Ci. C. de excep. & in l.* 1. *C. de fidejus. ubi idem Ci. plenè & notabiliter. Et habet etiam verum ista l. in* 3. *part.* si est exceptio realis non personalis : *ut in l. exceptiones*, *ff. de excep. & Ci. in d. l. defensiones*, *& dixi suprà ea. l. in princ.* An autem si exceptio competens omittatur per fidejussorem, vel emptorem, an potest agi contra principalem, vel vendentem : *not. ff. manda. l. si fidejus.* §. *quædam*, *glos. mag.* An exceptio ex persona venditoris opponatur emptori : *not. ff. de empti. l. sed* & si utriusque, *& ff. de excep. rei judi. l. si à te.* §. *Julian. & ibi glos. & Bar. concord. cum fi. hujus l. infrà lib.* 3. *tit.* 18. *l.* 13. *& styllo l.* 236.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 1. *y* 2. *tit.* 13. *lib.* 3. *de las Ordenanzas Reales, è la Ley* 3. *del dicho lib.* 4. *è ponen, como se prescriben las deudas personales, è contractos públicos. Vey la Ley del estilo, que es la* 42. *que dispone lo que esta Ley dice; è declara esta Ley, que ha lugar en quanto à la posesion, pero la propiedad de la tal heredad, caso que el año sea pasado, se puede pedir. E vey la dicha Ley, que declara singularmente esta Ley.*

UVA. BHSC. SC 05749

TITULO XI.

DE LAS COSAS QUE SE GANAN, O SE PIERDEN por tiempo.

Ley primera.

TOdo (*a*) home que demandare heredad à otro, ò otra cosa qualquier, si el tenedor de la heredad, ò de aquella cosa que le demandan, quisiere ampa-

---

(*a*) TOdo. Ista lex duas habet limitationes. Prima, si possidens habeat titulum bonæ fidei in re quam possidet; quia tunc poterit præscribere, non tamen sine titulo hoc tempore præscribitur: *ut foro novo, tit.* 17. *l.* 1. Secunda, quòd possidens cum tali titulo bonæ fidei per annum, & diem efficitur verus possessor, & solum præscribit possessionem, & salva remanet quæstio proprietatis: *ut styllo, l.* 243. *& l.* 192. *hoc idem tenet Jo. An. in mercurialibus, in regula posses. de regu. jur. lib.* 6. 4. *q. in princ.* dicens, quòd per talem præscriptionem non acquiritur dominium sed sola possessio, cum non solum est inducta in casu istius legis in odium negligentis, sed etiam in favorem male fidei possidentis: *ut* 16. *q.* 3. §. *potest, & Spec. eo. tit.* §. 1. *vers.* 1. *& concord. cum hac l. forus municipalis de Sepulv. tit.* quòd post annum, & diem nemo pro radice respondeat in rubro, & in nigro. Item, si hæc lex simpliciter, ut jacet intelligeretur, domini immaturè suis rebus defraudarentur, quòd esse non debet: *ut instit. de usucapio.* §. 1. & illud jura nolunt: *ut ibi glos. & C. de usufru. l. corruptionem*, & cum omnes præscriptiones sunt odiosæ: *ut C. de anna. excep. l. fi.* maximè si immaturè dominia tollantur, ut hic, sunt per consequens restringendæ: *ut in c. odia, de regu. jur. lib.* 6. *cum suis concord.* maximè quia præscriptio tam modici temporis non posset causari sine iniqua intentione præscribentis rem alienam usurpare volentis, nec induceretur ad duplicem finem, imò debet induci ut concordet, & non discordet à naturali æquitate, ut scilicèt, negligentes puniat, & finem litibus imponat: de quo plenè, & notabiliter *per Jo. An. in mercurialibus, in alleg. cap. posses. in* 2. *&* 3. *quæst.* Item, esset contra forum conscientiæ, qui forus est boni, & æqui conjunctim, & est tribunal veritatis, & non fictionis. Nam quando æquum bono opponitur in contradictionem, divina justitia potius amplectitur æquum, quàm id quòd jus civile vocat bonum: *ut ff. de justi. & jur. l.* 1. *in prin.* Perfecta enim justitia requirit hæc duo simul, ut ibi patet, *& not. Bal. in l. unica, C. de confessis.* Et in eo quòd dixi quòd ad præscriptionem anni, & diei de foro requiritur titulus, & sic requiritur causa vera, licèt non sit legitima, quia si legitima foret, locum præscriptio non haberet, cum non posset eadem res ex duabus causis acquiri: *ut c. inter dilectos, extra de fi. instru.* nec possit titulus duplicari: *ut C. de contrahen. emp. l. cum res. ff. de acquir. pos. l. possideri*, §. *ex pluribus.* Nam minus justus titulus dat causam præscribendi: *ut in c. si diligenti, & ibi glos. extra eo. tit.* *de quo vide exempla per Gau. in sum. eo. tit.* §. 1. *circa fi.* Est tamen notandum, quòd licèt ille qui præscribit, semper præsumatur præscribere bona fide, & in hoc statur suæ assertioni: *ut not. in l. quemadmodum, C. de agrico. & censi.* Tamen hoc est verum quando præscribens non habet titulum reprobatum à lege, quia si possidet cum titulo reprobato, semper præsumitur male fidei. Facit quòd not. *C. de fi. instru. l.* 1. *& not. glos. in l. ubi lex de fideicom. not. Bal. in alleg. l. quemadmodum.* Hinc est quòd ex simulato titulo non procedit præscriptio, sed ex vero: *ff. de dona. l. fi.* Et circa hanc materiam nota præscriptiones non in pœnam fuisse inductas, sed propter

UVA. BHSC. SC 05749

ter libertatem subditorum, ne de jure suo semper dubitarent: *ut eleganter notant glos. & Bal. de tempore*, non solum pecuniæ, §. 1. *in usibus feu. tit. si de feu. fue. controv. inter dominum, & agna.* §. *si quis per* 30. Et ideo tutus auctoritate canonis inducentis præscriptionem non debet de conscientia dubitare: *ut not. Inno. in c. cura. de jure patro. & Bal. in dict.* §. *si quis.* Item, ille præscribens habet veritatem juris pro se, licèt non habeat primordium veritatis: *ut not. glos. notabilis, ff. de eden. l.* 1. *in prin. in glos. mag.* ibi quia pater esse, &c. Et scias quòd præscriptio non supponit consensum adversarij: *ut not. ff. de dolo. l.* 1. *in fi. ibi in glos. multum notabili*, tamen in præscriptione bene est ibi consensus, & in quibuslibet patientijs: *ut C. de peti. hæredi. l. si filius, & not. in l. pe. C. commun. divi. & not.* quòd jus appellat quandocumque præscriptionem consuetudinem, & talis consuetudo quandocumque æquivalet veritati: *ut not. C. de servi. & aqua. l.* 1. *in mag. glos. in ver. item quòd dicit.* Item, not. quòd licèt simplicitas canonistarum de legum subtilitate circa præscriptionem cum mala fide non curet, quia ille qui scit se debere, semper peccat non solvendo, præsertim si dies, vel creditor interpellavit: *ut ff. manda. l. dolus*, merito non debet in suo delicto foveri: *ut c. cum tanto, extra de consue.* Tamen in foro Justiniani, & Regni Castellæ æqua est opinio *Bar. in l. sequitur*, §. *si via. ff. de usuca.* quia jus commune, statutum & consuetudo possunt statuere, quòd malefidei possessor præscribat non favore præscribentis, sed odio negligentis: *C. de edic. divi Adria. tollen. l. editum*, §. *fi.* & est ista potius pœna legalis, quam præscriptio: *ar. ff. qui ex cau. ma. l. sed & si per prætorem*, §. *sed si decreto.* An autem cogitur quis ostendere titulum suæ possessionis: *vide Hen. in c. si diligenti, eo. tit.* 4. *di. & l. cum notissimi, in prin. C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annorum, & Spec. eo. tit. ver. sed nunquid.* Et an præscriptio procedat sine titulo & sit necesse titulum probari: *not. ff. si serv. vendi. l. si quis diuturno, glos.* 1. *C. de omni agro deser. l. qui agros, glos.* 2. *& ibi Bart. lib.* 12. *notat de præscrip. c. Episcopum, glos. tit. lib.* 6. *& glos. in c. dudum, extra de decimis.* Et circa hanc materiam nota quòd licèt solum tempus non est modus amittendæ possessionis etiam centum annorum, inducit tamen oblivionem, & per oblivionem amittitur possessio. Et sic intelliguntur jura alleg. per *glos. in l. licèt, C. de acqui. posses. & ibi glos. circa fi.*

(*a*) Año, e dia. Per tempora, scilicèt, continua: *ut not. Bar. super rubrica, ff. de diver. & tempora. præscrip. & not. Azo. tit. de præscrip. lon. temp. ver. item ex lugenda, & ver. ubi aut possessio.* Sed an Ecclesia potest præscribere rem laici spacio hujus temporis, vel decim annorum: *disputat Jo. An. in c. qui ad agendum, de regu. jur. lib.* 6. *in mercurialibus, & Host. in sum. tit. de excep.* §. *quæ requirat, ver. nunquid ergo Eccles. & concludunt cum Accur. in auct. quas actiones, C. de Sacrosanct. Eccles. & in auct. de Eccles. tit.* §. *pro temporalibus*, quòd potest Ecclesia rem laici præscribere sicut privatus: *per l. quòd favore, ff. de legi.* Item, est notandum circa hoc, quòd possessionem suam quis perdit negligendo eam per decennium, quando nescit eam ab alijs possideri. Si autem scit ab alio possideri tunc perdit eam anno elapso, & etiam ante, & suspicatur se posse repelli, tamen non perdit jus recuperandi propria auctoritate contra violentum, si tale est negotium, quòd non possit in brevi expediri, ut si quis expellatur de castro suo, nam licitum est sibi recuperare quandocumque potest facultas se offerre etiam post decennium: *not. Bal. C. de his qui à non domino manu. l. fi.* Item, nota ad istam legem, quòd testes qui deponit quòd vidit Titium per decem annos continuos possidere sustinetur, quia non requiritur quòd quolibet momento vidit eum in possessione, sed sufficit quòd vidit eum recolligere fructus: *not. Dy. C. sol. matri. l.* 1. *& Bart. in l. si quis ita, ff. de condi. & demon.* Idem in alijs exemplis ibi positis. Et circa hanc materiam nota quòd licèt cum agitur de præjudicio

UVA. BHSC. SC 05749

vo en paz, (*a*) y en

cio alterius, non sufficit præsumptio, sed debet fieri plena probatio: *ut not. per Doc. signanter per Abb. in c. licèt, de offi. dele.* ut quando dominium deducitur principaliter in judicio, non sufficit sola possessionis probatio: *per l. cum res. C. de proba. & c. fi. de causa posses. & propri. not. glos. & Bart. in l. quidam in suo, ff. de condi. insti. Inno. in c. illud, in fi. de præsump. domini de Rota, decis.* 330. *Ab. de Cecilia in c. cum ad sedem, de resti. spoli.* tamen præsumendum est pro eo qui probat antiquiorem possessionem: *not. Inno. in c. licèt de proba. Bar. in l. cum quærebatur, C. unde vi. & Ab. in c. cum etiam, de elec.* & dominis olim, hodie præsumitur dominis. Et sic præsumptione juris sufficit concludere probationem: *not. Inno. in c. novit, de judi. circa fi.* & ubi probatur possessio diuturna, & longa, tollitur præsumptio injustitiæ, & offuscatur etiam notorietas in contrarium deducta: *not. Inno. in c. 2. de in inte. resti. & Ab. in c. cum Eccles. sub trina, de causa pos. & pro.* præsumitur enim dominus qui olim, & hodie possidet, vel ejus hæres: *ut l. 2. & l. cum res. C. de proba. & l. sive possidetis, eo. tit.* & ideo transfertur onus probandi in non possidentem, quo non probante, absolvitur possidens: ut ibi notatur. Qui enim apparentèr est in possessione, præsumitur etiam realitèr, & existentèr possidere: *not. Bal. in l. post sentent. C. de sen. & inter. om. ju. Idem Bal. tit. de pace consti. §. possessiones.* Item, præsumitur dominus ille, qui utitur re, ut dominus ex judicijs patrocinantibus ipsam possessionem, ex quibus ordinatur dominium: *not. Bal. in l. si de proprietate, C. si à non comp. judi.* Item, ex longa possessione, seu usu, præsumitur titulus, maximè quando nulla est resistentia ex parte patientis: *not. Ant. in c. pervenit, de censi. & Bar. in l. cum de in rem versum, ff. de usuris*: præsumitur etiam pro antiqua possessione, etiam in beneficialibus: *in c. illud, de præsump.* Et ista est præsumptio probabilis: *not. Bal. in alleg. l. sive possidetis.* Item, præsumitur pro hærede, ex vi transmissiva, ex qua jus transcendit in posteros successores: *ff. de liber. & pos. l. in suis, ff. de acquiren. pos. l. cum hæredes.*

(*a*) En paz. Et sic nota, quòd tunc possessio inducit præscriptionem quando fuit pacificè tenta, sciente domino, & non contradicente per annum: *ut hic, & est text. singularis, lib. feu. tit. si de investitura inter dominum, & vasallis oriatur, c. si quis feudum.* Ex quo textus notat ex patientia præsumi titulum, quòd raro accidit, licèt aliquando præsumatur ex patientia præstationis longo tempore consueta: *ut not. insti. de acti. §. præjudiciales, in fi. magnæ glos. ff. de usuris, l. cum de in rem vers. cum sua materia.* Et sic nota, quòd patientia sine contradictione habetur pro consensu: *ut not. glos. nimis magistralis, in alleg. c. si quis feud. quòd est intelligendum secundum Bal. ibi pro consensu*: non tamen expræsso, nisi sit juncta actui indicanti consensum, quòd quandoque est ratione recompensandi servitium: *ut ff. manda. l. sive ratio, §. inde Pomponius*, quandoque propter paternam affectionem: *ut C. de nup. l. si ut proponis*: quandoque propter litterarum susceptionem: *ut ff. de Macedo. l. si filius*, quandoque propter servitij præstiti impensionem: *ut ff. de exerci. l.* 1. *§. magistrum*, quandoque quia patitur aliquid in suo fieri: *ut ff. si servi vendi. l. si à te, vel in domo sua induci. ff. de jure doti. l. si ego, §. dotis planè, & ff. loca. l. cum in plures, §. locator*, quandoque ratione præsentis debiti: *ut C. de acquir. pos. l.* 2. quandoque ratione intervenientis delicti, & dissimulationis: *ut C. qui mali. non pos. l. pe. & in auct. de san. Episco. l. si servus, & C. ad Vel. l. si sine.* Quandoque quia quis patitur se abstrahi: *ut ff. de fide tuto. l. cum osten. §. fi.* quandoque propter conjunctionem personarum: *ut not. ff. de dona. l. Proculus, & ff. solu. matri. l. dotem, & ff. de donat. inter vir, & uxor, l. si servus communis, & not. Bal. in d. c. si quis feu.* Item, intelligo textum hic, quòd debet esse pacifica talis possessio, non violenta, ad hoc ut procedat præscriptio, & sine interruptione: *ut c. dilecto, extra de offi. archidi. & ibi glos. & Doc.* justa tamen ig-

UVA. BHSC. SC 05749

faz, (*a*) entrando y saliendo en la tierra, ò en la Villa (*b*) el demandador, no le responda el tenedor de la cosa: è si el tenedor de la cosa no pudiere esto probar asi como manda el fuero; mandamos, que responda al demandador. E si tuvo la heredad, ò la cosa en peños, (*c*) ò encomienda, (*d*) ò arrendada, (*e*) ò alogada, ò for-

---

ignorantia, vel pauci temporis negligentia nocere non debet: *ut alleg. c. si quis feudum. Facit ff. de acquir. pos. l. peregrè, in princ.* Unum est notandum circa hanc partem, quòd si unus tenet Ecclesiam, & alter tenet campanile, quòd est fortissimum, quòd ille qui ingressus est Ecclesiam, cum de facili possit expelli, non dicitur adhuc adeptus corporalem possessionem; nec potest dici in possessione pacifica. Si tamen ille est ita incastellatus, quòd evadere non potest tunc cum ipse non dicitur tenere, sed teneri: ut patet ex notatis de vi, & vi arma: *l.* 1. §. *penult.* dicam ipsum possessione privatum, & sic est in possessione, tamen non possidet, quòd est notabile, *ut reffert Bal. ff. de rerum divi. super rubrica.*

(*a*) Y EN FAZ. Quando enim quis dicatur præsens, vel absens? *not. C. de præscrip. lon. tempo. l. fi. & 3. part. tit.* 19. *l.* 19. & si nullum habet domicilium, vel si habet domicilium in pluribus locis: *vide Spec. eo. tit.* §. *unico, ver. quando aliquis, circa princ.* Ex quo nota, quòd qui præsens est, videtur consentire, & qui consentit, jura sua perdit, & aliena fortificat: *ut lib. feu. tit. quibus modis feu. amit. c.* 1. §. *præterea*, absens autem præsumitur ignorans *per c. ignorantia, extra de reg. jur. lib.* 6. *c. præsumi. eo. tit.* ignorans autem, non dicitur consentire: *C. de donat. l. ignorans, ff. de acti. & obli. l. ex malè*, §. *long. ff. de pactis, l. tres fratres, ff. de condi. indeb. l. fi.* §. *idemque petij, ff. de transac. l. eum qui not. Bal. in alleg.* §. *præterea.*

(*b*) EN LA VILLA. Scilicèt, ubi est res de qua contenditur: *ut styl. l.* 243.

(*c*) EN PEÑOS. *Ut ff. de usuca. l. non solum*, §. *qui pignori, C. de pigno. actio. l. nec creditores, & vide glos. & Cy. in l. cum notissimi, C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annorum.*

(*d*) ENCOMIENDA. Et est ratio, quia per depositarium possidemus, *ut l. qui universas*, §. *si ego, ff. de acquir. pos.* & depositarius non possidet civiliter, nec naturaliter; sed detentat, ideo non præscribit: *ut c. sine possessione, de reg. jur. lib.* 6. idem si naturalitèr tantum possideat, nisi naturalis possessio habeat aliquid civilitatis: de quo vide notabilem distinctionem *Hen. in c. causam quæ, extra de præscrip. & Bar. in l.* 1. *& l. possideri, ff. de acquir. pos.*

(*e*) O ARRENDADA. Et est ratio, quia & per colonos & inquilinos possidemus, & possessionem retinemus: *ut est text. in l. si id quòd*, §. *per colonos, ff. de acquir. pos. & ibi Bart.* & quia colonus non possidet, ideo non præscribit: *ut hic, &* 16. *q. c. Cleric. & ibi glos. not. & c. sequen. & C. de præscrip.* 30. *annorum, l. malè agitur*, 10. *q.* 3. *quia cognovimus, de postulan. c. bonè*, & per solutionem mercedis coloni probatur possessio: *ut notat Bar. in alleg. l. qui universas*, §. *per colonum.* Regularitèr enim qui habet à me causam, non potest præscribere contra me: *ut alleg. l. malè agitur. Et notat Cy. in l. quotiens, C. de precibus Imperato. offeren. q.* 4. ubi vide notabilem distinctionem quando quis non potest venire propter impedimentum juris vel facti. Et vide circa hanc materiam quæstiones notabiles de colono *in Spec. eo. tit.* §. *unico, ver. quid si colonus, cum tribus ver. sequentibus.* Idem quòd hic *not.* 16. *q.* 3. *in sum. & in c. cum non liceat, de præscrip. in glos. mag. circa fi. & not. secundum Episcop. in hac l.* quòd licèt de jure communi res mobiles usucapiantur triennio; immobiles verò inter præsentes decennio; inter absentes vigesimo: *ut insti. de usucap.* §. 2. *&* 3. *part. eod. tit. l. por tiempo, & l. las cosas, & C. de præscrip. lon. tempo. l. fi. de foro tamen juz.* Requiruntur triginta anni: *ut foro juz. l.* 10. *tit.* 2. *lib.* 3. & hoc idem de jure hujus fori: *ut infrà eo. tit. l. quando.* An autem cre-

UVA. BHSC. SC 05749

zada, (*a*) no se pueda desfacer por tiempo, asi como dicho es en esta Ley. Ca estos à tales no son tenedores por sí, mas por aquellos de quien tienen la cosa.

Ley II. Como un heredero no puede prescribir contra otro, y en la cosa furtada no se puede prescribir.

SI herederos, ò otros homes hubieren de consuna cosa que no sea partida, (*b*) maguer que el uno dellos sea tenedor de la cosa, no se pueda defender por tiempo, que no dé su derecho à cada uno de los otros, quando quier que gelo demanden. Otrosí,

---

credatur testi rustico deponenti, quòd quis possedit rem, cum ignorat quid sit possessio, & de qua possessione videtur deponere; an de possessione facti, vel de possessione juris: *not. glos. & Bar. in l. stipulatio ista*, §. *hæc stipulatio quoque*, *ff. de verb. oblig.* Est etiam notandum, quòd licèt colonus non possit sibi possidere, & sic nec præscribit; sed si dominum venientem non admittit, vel possessionem alij tradat, vel à possessione repellatur, vel interpellatus pensionem non solvat; tunc videtur dominus à possessione privatus; & contra eum potest præscribi: *ut not. glos. & DD. in alleg. l. malè agitur*, *C. de præscrip.* 30. *annorum.* Idem si fuit mutata causa possessionis de injusta, in justam, ex causa extrinseca accedente, quia tunc colonus non mutat sibi possessionem, sed sibi mutatur: *ut l.* 1. *C. communia de usuca. & l. cum nemo*, *C. de acquir. pos. & ibi glos. notabilis*, *Spec. tit. de præscrip.* §. 1. *ver. pone colonus*, *& Bar. in l. cum solus*, *ff. de usuca. & Ab. de Cecilia in c. cum non liceat*, *de præscrip. pen. columna.*

(*a*) O FORZADA. *Ut insti. de usuca.* §. *furtivè.* Et hoc verum, nisi purgato vitio: *ut ibi notat glos.* Quis autem dicatur violentus possessor? *vide Innoc. & Henr. in cap. quærelam*, *extra de elec.* quòd notant contra dominos temporales, qui violentèr consueverunt occupare loca talias, & exactiones, arma, & servitia extorquere; qui nullo temporis spacio juvantur: *ut plenè notat Host. in c. quòd latenter*, *extra de regu. jur.* Ultimo nota, quòd tanta est vis præscriptionis, quòd in ea nulla conditio potest apponi. Nam si testator jussit solvi nulla præscriptione temporis obstante, non potest talis conditio, vel lex apponi; quia huic exceptioni, cum sit merè odiosa, non potest renunciari. *Ita not. Bal. ff. de usuca. l.* 1. *& dele.* 1. *nemo potest*, *ut ipse Bald. reffert in lib. feu. in rubrica de capitulis corradi. c.* 1. §. *præterea*, *in fi.* Item, & factum usurpatum nullam præscriptionem inducit: 93. *di. illud not. glos. in c.* 2. *de testa.* An autem limites vel liminibus adhærentia præscribant: *vide per Ant. in c. quia judicante*, *de præscrip.* qui concludit, quòd si limites liminibusve adhærentia habent fines, qui reperiri possunt, tunc non præscribuntur; quia tales termini non sunt confusi: 16. *q.* 3. *licèt*, *& c. se. de parrochi. c. super eo.* ubi autem termini non apparent, vel sunt confusi, tunc quilibet de territorio alterius potest præscribere: *ut ibi not. glos. & DD.* Et vide ibi plenè *Ant. vide infrà de las vendidas*, *l.* 11. *& vide quòd notavi in ordinationibus Regni inquisitio.*

(*b*) SI HEREDEROS: QUE NO SEA PARTIDA. Et sic est commune ut singulis, non ut universis. Et hoc casu quòd commune est, meum est: *ut l. in tantum*, §. *universitatis*, *& ibi Bart. ff. de rerum divi. & ff. delegat.* 1. *l. servi electione*, §. 1. *&* 2. *& Innoc. in c. cum omnes*, *extra de constit. not. per DD. in l. in hoc judicio*, §. *si convenerit*, *ff. communi divi. concord. quòd not. Jo. Fa. instit. de action.* §. *quædam actiones super glos. & not. ff. de in jus vo. l. sed si*, §. *qui manumittitur*, *& ff. de verb. sign. l. pupillus*, *& glos. fi.* & in hoc casu duo, vel plures possident eandem rem communem tanquàm suam pro indiviso: *not. in l.* 1. *ff. si pars hæred. pet.* & res communis etiam si ab uno dominorum possideatur, ab omnibus possideri videtur: *ut l. communis*, *& l. quòd meo*, *in princ.*

UVA. BHSC. SC 05749

mandamos, que si alguna cosa fuere furtada, (*a*) è alguno la tuviere ascondida, no se pueda defender por tiempo, que no responda à su dueño, quando quier que gelo demandáre.

Ley III. Como la prescripcion no corre contra menor, ò contra loco, mientra que no fuere de edad, ò estuviere el otro en locura.

Mientra que alguno no fuere de edad, (*b*) ò fue-

princ. ff. de acquir. pos. & l. si maritus, ff. de adult. & ibi Bart. Idem dico de cohæredibus habentibus rem communem pro indiviso: *ut in hac l. & l. qui jure, ff. de acquir. pos.* ut de eo, qui jure familiaritatis, vel amicitiæ ingreditur possessionem, & de viro, & uxore; & de filio, & patre: *ut ibi not. Bar.* non ergo id quòd commune est, potest præscribi, nec usibus proprijs detinentis potest applicari: *ut c. ratio nulla, extra de præben.* & possidens non est negligens, ut hic in fine, ideo contra eum præscriptio non currit.

(*a*) Furtada. *Ut §. furtivæ, insti. de usucap.* An res furtivæ clandestinæ, vel vi possessæ, sint vitia realia, vel personalia? Et an ista vitia transeant ad successorem universalem, vel singularem? *vide glos. & Bart. in l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acqui. pos.* Contra istam legem est 3. *part. eo. tit. l.* 21. *& quòd notat Azo. in sum. C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annor. in princ.* Ubi habetur, quòd præscriptio triginta annorum non respicit vitia rerum, vel personarum. Et hoc tempore possidens, præscribit rem furtivam clandestinam, vel vi possessam; licèt hic pondero hunc textum, quòd ad hoc quòd res furtiva non possit præscribi aliquo tempore, ut hic. Requiritur utrumque simul, scilicèt, quòd sit furtiva, & quòd sit clandestina: ut vides in littera. Si ergo sit furtiva, solum starem legi partitæ.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 8. tit. 19. de la 3. Partida, en quanto à la prescripcion de los menores de 25. años. E la dicha Ley dice, que lo mismo ha lugar contra la muger casada, durante el matrimonio, en los bienes dotales. Concuerda la Ley 11. del dicho tit. en los menores, è locos, y desmemoriados: è la dicha Ley añade otro caso, del que compra de Procurador corrumpido: è la Ley 2. del dicho tit. dice, que asi como con el loco no corre prescripcion, asi él no puede prescribir contra otro; salvo si ante de la locura encomienza à prescribir, que en tal caso corre la prescripcion despues de loco.

(*b*) Mientra, de edad. Qualiter infans debeat citari, & qualiter detur sibi, vel bonis curator, ad hoc ut ipse contra majorem non præscribat; & quid debet facere creditor, ut suum consequatur? *vide quòd scripsi suprà eo. lib. 2. tit. de los emplazamientos, l. 3. & ex hac l. not.* quòd præscriptio, vel usucapio non currit pupillo in re propria; quia sua res est inalienabilis, & impræscriptibilis ætate durante minori: *ff. de acqui. re. do. l. bona fides*, quòd habet etiam locum in re mobili, ut ibi notant DD. licèt contra ignorantem currit præscriptio: Infans enim, vel minor ignorans reputatur; sed ad commodum ignorantis benè currit: sic intelligitur *l. genero, de infami. not. Bar. in l. si quis, C. de castrensium omnium palaciorum peculio, lib.* 12. *concord. l. fi. C. qui in inte. resti.* non est *neces.*

(*b*) De edad. Scilicèt, vigintiquinque annorum: *ut ff. de acqui. re. do. l. bonæ fidei, de quo vide quòd not. Azo. in sum. tit. in quibus causis cessat lon. tempo. præscrip. circa princ. & 3. part. eo. tit. l.* 8. Et hoc verum, nisi in alterius persona incœpit præscriptio; quia tunc continuatur in persona minoris, restituitur tamen ad tempus; quòd contra eum currit præscriptio: *ut notat Cy. in l. fi. C. de tempo. in inte. resti. pec. not. glos. & Pet. de Ancha. in cle. ab Ecclesia, de in inte. resti. & 6. part. tit. 19. l. 9. & vide Azo. in sum. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, vers. ubi autem, & ff. de minori, l. etiam*, probare tamen tenetur minor petendo se res-

UVA. BHSC. SC 05749

re loco sendio, (*a*) ò en priſion, (*b*) no pierda su heredad, ni otra co-

restitui damnum, vel læſionem ſibi factam ſui facilitate, vel defenſionis culpa; aut alterius dolo, & minorem ætatem: *ut not. in c. auditis, extra de in inte. reſti. & 6. part. tit. 11. l. 2. not. plenè Sali. in l. fi. C. de in inte. reſti. mi.* Item, an reſtituatur minor adverſus curſum temporis, vel ipſo jure ſervetur illæſus? *not. ff. de mino. l. & ſi ſive, §. pe. glos. deſiderat, & l. auxilium in glos. & Bar. in l. etiam ei. eo. tit. & C. quibus non ob. lon. tempo. præs. l. non eſt incognitum.* Adde hic ſecundum Epiſcopum, quòd de jure minor, & furioſus ſunt tuti: *ut not. in l. non eſt ſuprà alleg.* tamen eſt differentia inter pupillum, & adultum in re mobili: *ut not. Bar. in l. 2. §. ſi à pupillo, ff. pro emptore.* Item nota, quòd reſtitutio in integrum non competit minori decepto in contractu, quando contractus firmatur per legem municipalem, vel conſuetudinariam: *eſt glos. notabilis in l. arbitraria actio. ff. de eo quòd cer. lo. dare promi. glos. ar. in fi.* Item nota, quòd contra minorem indefenſum ſententia diffinitiva lata, eſt ipſo jure nulla. Si verò contra defenſum, eſt aliqua; ſed per reſtitutionem in integrum reſcindenda: *ut l. cum & minores, C. ſi adver. rem ju. & l. ſi præſes, C. quomodo, & quando ju. & l. momentaneæ, C. qui legi. per. & qui dari tuto. po. l. in univerſis.* Item nota, quòd minor non debet reſtitui ex reciproca remiſſione æqualis ſpeciei: nam propter æqualitatem nullus dicitur lædi: *ut l. ſi pater puellæ, C. de inoffi. teſta. & l. ſi de fideicommiſſo, C. de tranſa. & ibi Sali.* Item nota, quòd non currit præſcriptio contra eum qui veriſimilitèr, & non malicioſè credidit actionem ſibi competere, ſi ſuccubuit, quin poſſit aliam proponere, notat elegantèr *Cy. in l. contra majores, ſuprà C. de inoffi. teſta.* Item nota, quòd filiusfamiliarum fidejubens pro patre, vel extraneo, poteſt reſtitui in integrum, niſi ei ſucceſſerit: *hoc dicit l. 1. C. de filiofa. mi.* Eſt tamen notandum, quòd ſi filiusfamilias minor fidejuſſit pro patre incarcerato, non datur ei reſtitutio, cum in tali caſu eſt uſus jure communi majoris: *ut in l. fi. C. de in inte. reſti. mi.* & niſi fidejuſſerat, poterat exhæredari: *ut in auct. de hæred. & falſi. §. cauſas, not. Salic. in alleg. l. 1. C. de filiofam. mi.* Item nota, quòd ſi minor adultus delinquit ex animo, & agitur criminalitèr contra eum, non juvatur: *ut l. 1. C. ſi adver. delic.* niſi quatenus Judex miſeratione ætatis pœnam ſuo officio minoretur: *ff. de mino. l. auxilium, & notatur ff. de his qui not. in fa. l. ſi ſeverior, & ff. eo. tit. l. quid ergo, §. pœna gravior. Vide Sali. in alleg. l. 1. C. ſi adver. delic.* Item eſt notandum, quòd minor, durante minori ætate, non poteſt renunciare cauſæ *in inte. reſti.* cum renunciando hoc ipſo ſit læſus: *ff. de in inte. reſti. mi. l. interdum, vers. hoc enim ipſo, & glos. notabilis in l. ſi intra, C. de in inte. reſti. mi. & ibi Salice.* Item nota, quòd ubi veriſimile non eſt, minorem læſum per ejus ſagacitatem, & induſtriam, in publicis actibus approbatam, reſtitutio non conceditur; niſi plenè de læſione probetur: *ut text. in l. 1. C. qui. & adverſus quos.*

(*a*) O SENDIO. Quis dicatur furioſus, vel non ſanæ mentis, ſtultus, vel fatuus, *vide quòd ſcripſi ſuprà eo. lib. 2. tit. de las teſtimonias, l. padres.* Quanto autem tempore præſcribatur contra Fiſcum, vel Civitatem, ſeu contra Rempublicam? *vide glos. & Doc. C. de Sacroſanct. Eccles. l. fi.* An autem jus piſcandi in flumine publico præſcribatur? *vide Bald. notabilitèr, ff. de rerum divi. ſuper rubrica, & in alleg. l. fi. C. de Sacroſanct. Eccles.* Item nota, quòd juri competenti per viam facultatis non præſcribitur: *ut ff. de via publica, l. viam.* Item nota, quòd auctoritas rei judicatæ operatur quando habens poſſeſſionem ab aliquo, licèt ſit malefidei poſſeſſor, poſſit præſcribere: *ut l. Pomponius, §. ſi juſſu. ff. de acquir. poſ. & ibi Bar. per l. generalitèr, ff. de noxa.* Et vide eum *in l. ſi finita, ff. de dam. infec.*

(*b*) EN PRISION. Nota ergo, quòd non valenti agere, non currit præſcriptio: *ut not. Cy. C. de preti. impe. offe. l. 2. q. 4. & idem Cy. in l. fi. §. ſin autem, C. communia dele. & l. fi. C. ad l. Jul. de adult. & Bar. in l. ſi u[illegible]s, §. fi.*

UVA. BHSC. SC 05749

sa por tiempo. Ca la pena de perder por tiempo, no es dada sino contra aquellos que pueden demandar (*a*) su derecho, y no lo demandan.

Ley IV. Como ante el absente corre la prescripcion de treinta años.

QUando alguno moráre, ò estuviere fuera de la tierra, (*b*) y pudo venir à la tierra demandar su derecho, si por treinta años (*c*) estuvo que no vino, ni embió demandar, y aquella cosa tuvieren por treinta años,

---

fi. ff. de servi. rusti. prædi. & Jo. An. in addi. Spec. tit. de rebus Eccles. non alie. vers. cæterum, de incarcerato verò ista lex est contra 3. *part. eo. tit. l. en esto*, *& l. ab hostibus*, *C. quibus non ob. lon. tempo. præscri.* quia hic ipso jure; ibi verò per restitutionem juvatur, sed certè imò concordant cum dicitur: No pierda su derecho, scilicèt, in effectu: *ut exponit glos. in d. l. non est, & not. in l. 1. C. de anna. excep. nec currit præscriptio contra impeditum, ut not. Bar. ff. de iti. actuque pri. l. 1. §. si quis propter inundationem, & l. fi. C. qui nulli po. lib.* 12.

(*a*) PUEDEN DEMANDAR. Nota ergo, quòd non currit tempus; cui non potest desidia, vel negligentia imputari, etiam centum annorum: *ut not. Bar. in l. cum scimus, C. de agrico. & censi. lib.* 11.

ADDICION.

Entendiendo esta Ley en acciones personales, las quales se prescriben por espacio de 30. años, concuerda la Ley 22. de la 3. Partida, tit. 29. la qual Ley dice, que esta prescripcion no ha lugar en los arrendamientos de heredades, ò viñas, aunque los tenga por 30. años, que no ha lugar prescripcion, ni se pueden prescribir: esta Ley, y la de la dicha Partida, no ha lugar hoy, por una Ley 3. lib. 3. tit. 13. de las Ordenanzas, que dispone que las acciones personales se prescriban de Christiano à Christiano, por espacio de 10. años, è si son deudas de Judios, ò Moros, por 4. años; è si hay contractos públicos, prescribese la execucion de los tales contractos por los dichos 10. años, y queda la accion dellos para se pedir.

(*b*) QUANDO, FUERA DE LA TIERRA. Quis dicatur absens? *vid. quòd notatur suprà eo. tit. l.* 1.

(*c*) TREINTA AÑOS. Sed videtur contra, quòd propter absentiam non amittatur possessio: *ut ff. de acquir. pos. l. clam possidere*, §. *quæ ad numdinas.* Sed hoc dicitur propter oblivionem; quia longo tempore affuit, præsumitur quòd pro derelicto habuit. Tempus enim inducit oblivionem, & per oblivionem, amittitur dominium: *ut ff. de dam. infec. l. si finita*, §. *non autem.* Et nota circa leges hujus tituli, quòd non corrigunt leges partitæ, circa tempora præscriptionis, nisi in duobus casibus, in uno casu, scilicèt, *in l. 1. suprà eo. tit.* Item, in casu istius legis, istud enim tempus triginta annorum in absentia erat per legem partitæ viginti annorum dumtaxat, cum titulo tamen & bona fide: *ut 3. part. eo. tit. l.* 18. exceptis his in omnibus alijs standum est legibus partitæ per legem fori novi. Est tamen notandum in hac longi temporis præscriptione, quòd si in parte temporis is contra quem præscribitur, est præsens, & in parte absens, tempus quo affuit, computabitur in præscriptione duplicatum: *ut 3. part. eo. tit. l. 20. & C. de præscrip. lon. tempo. §. quid autem.* Et nota, quòd lex ista cum præcedentibus, & sequentibus loquuntur in præscriptione rei corporalis; ut in eis patet, debitum tamen hodie decennio præscribitur: *ut foro novo, tit. 11. l. fi.* Item, possessor malefidei aliena præscribit triginta annis: *3. part. eo. tit. l. treinta años, & in auct. malefidei, C. de præscrip. lon. tempo.* de jure tamen canonico secus: *ut in regu. possessor, de regu. jur. lib. 6. cum suis concord. & vide Bar. in l. Pomponius, in fi. ff. de acqui. pos.* De præscriptione autem decennij, vide quòd plenè scripsi super *d. l. fori. novi*, *Angel. in l. acquiritur, ff. de acquir. do.* inquit, quòd ibi est textus, quòd sola possessio civilis parit, & inducit præscriptionem. De hoc est glossa notabilis in

UVA. BHSC. SC 05749

no le respondan despues à la demanda, si no quisieren.

in l. furtum, *ff. de usuca. non autem sola naturalis. Idem Cy. l. malè agitur, C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annorum.* Ex quo patet etiam quòd contra possidentem civilitèr non currit præscriptio; aliàs si pareret præscriptionem, sequæretur quòd duo essent in solidum domini unius & ejusdem rei; & quòd una & eadem causa pareret duos diversos effectus, quòd esse non debet; nec etiam spacio triginta annorum. Ratio, quia sine possessione præscriptio non currit, ut regula sine possessione. Ille ergo qui possidet naturalitèr tantum; non potest præscribere rem quam naturalitèr possidet contra civilitèr possidentem; quia non possidet sibi; sed possidet pro domino, cujus est illa res. Ille verò qui possidet civilitèr, præscribit rem, quam civilitèr possidet: *ut l. acquiritur*, *ff. de acqui. re. do.* Juxta quòd quæritur, quis est ille qui cum possidet, possideat civilitèr? Et ad hoc cognoscendum dic, quòd ille qui aliquam rem possidet pleno jure, possidet civilitèr. Et dicitur habere possessionem civilem, & etiam naturalem effectualitèr. Tantum enim operatur civilis possessio in uno possidente pleno jure; quantum naturalis & civilis in diversis. Sicut cum aliquis non potest esse proprietarius, & usufructuarius formaliter: *ut ff. si usufruc. peta*, *l. uti frui. in princ.* Ita nec potest possessionem civilem, & naturalem formalitèr habere. Habet ergo possessionem civilem formalitèr, ille qui pleno jure possidet, & possessionem naturalem effectualitèr. Et ista possessio civilis habet tantum effectum in eo tunc, quantum civilis & naturalis in diversis: *ut ff. de usufruct. l. quòd nostrum.* Ideo plus potest virtus unita, quam possit seipsa dispersa: *pro quo ff. de verb. obli. l. si ita stipulatus fuero*, §. 1. *& de acti. empti. l. si fundum*, *in princ. ff. de in jus vo. l. quæsitum*, *& ff. de his qui ut indi. l. tutorum*, *& in auct. ut judi. sine quo su.* §. *illud.* Nec potest dici, quòd ille qui pleno jure possidet, habeat utramque possessionem formalitèr; quia duo opposita non possunt esse nec se compati in eodem subjecto: *de condi. & demon. l. Titiæ.* Sed possessio civilis, & naturalis sunt opposita, quia ille qui civilitèr possidet, pro suo possidet, & possidet tanquam dominus. Sed qui possidet naturalitèr non possidet pro suo; nec tanquam dominus: *ff. de vi & vi ar. l.* 1. §. *dejicitur.* Est ergo conclusio, quòd pleno jure possidens habet possessionem civilem formalitèr; & naturalem effectualitèr. Et ille qui non possidet pleno jure, habet possessionem naturalem. Et sic potest intelligi *l. non ambijt*, *& l. licèt*, *C. de acqui. pos.* ut sic possidens pleno jure habeat possessionem civilem civilitèr, quando est extra fundum, & quando est in ipso fundo naturalitèr. Et qui naturalem possessionem habet; eam civilitèr quando est extra fundum, sed naturalitèr quando est in fundo: *ff. de vi & vi ar. l.* 3. §. *unde vi. & l.* 1. §. *dejicitur eo. tit.* Nota ergo, quòd naturalis possessio quam fructuarius habet pro non possessione habetur: *ut alleg. l. acquiritur*, *& ff. de acqui. pos. l.* 1. §. *per eum*, *& ad exhi. l. celsus*, §. *Julian.* Sed dic, quòd naturalis possessio, quam habet fructuarius, pro non possessione habetur, quatenus ad usucapionem, vel præscriptionem inducendam, sed quatenus ad interdicta quæ possessoribus dantur, habendus est pro possessione: ut patet in interdicto uti possidetis: *ff. uti possi. l. fi.* Et per hoc dicitur, quòd usufructuarius habet naturalem possessionem: *ut ff. de acqui. pos. l. naturalitèr*, *in princ. & l. possessionum quoque. Hæc Ray. in alleg. l. acquiritur.* Pone ergo quòd Titius possidet domum quam emit à Gajo, absentat se, vel es præsens, illam postea incipit possidere, & tenuit per decem annos inter præsentes, vel viginti inter absentes, allegat nunc contra Titium præscriptionem, & cum titulo, nunquid potest? & videtur quòd non; quia Titius possidebat civilitèr, & sola diuturnitas temporis non facit perdere possessionem civilem, quam animo retinetur: *ff. de acqui. pos. l. si mulier*, *& qui. mo. usufruct. amit.* licèt ergo detentatio naturalis fit penes alium, non potest præscribi, contra civilitèr possidentem: *habes glos. notabilem in l.*

UVA. BHSC. SC 05749

l. furtum, §. *fundi. ff. de usuca.* ubi sola civilis possessio est apta ad inducendum præscriptionem, & hæc est veritas: *& est glos. notabilis in l.* 1. *in fi. magnæ glos. C. de servis fugi. & vide Bar. in l. possideri*, §. *è contrario ibi quæro*, posito quòd sit triplex, &c. *& in l. de eo.* §. *si fortè de acqui. re. do. ibi.* Item dicitur hic, quamdiu ergo durabit ista civilis possessio penes illum, non potest contra eum præscribi, ergo dices tu nunquam erit dare præscriptionem. Falsum est, quia licèt sola diuturnitas temporis non facit perdere possessionem civilem, quæ est penes absentem; oblivio tamen, quæ provenit, & præsumitur ex diuturnitate temporis facit perdere illam: eo quia ex longinquitate & diuturnitate temporis inducitur oblivio: *ff. de usuca. l. furtum*, §. *fi. cum ibi notatis.* Et ex oblivione præsumitur illum civilitèr possidentem habere animum à se abdicandi possessionem, & desinere civilitèr possidere. Quæ quidem oblivio, & depositio animi præsumitur per lapsum decem annorum; quibus lapsis, incipit currere præscriptio ab illo tempore quo præsumitur illum civilitèr desinere possidere, debet præscriptionem computare ille qui allegat præscriptionem, & non à termino quo incepit possidere contra absentem, quòd est notæ dignum. Si igitur tu incipis hodie possidere rem absentis, & ignorantis, non incipit tua præscriptio, quamdiu ille contra quem vis allegare præscriptionem, retinet possessionem civilem. Oportet ergo quòd labatur longum tempus, ut sic ex illo longo tempore præsumatur oblivio: *ut l. qui posse. & ibi not.* Et ex tunc tu incipies præscribere. Ita dicit *Bar. in l.* 1. *glos. magn. circa fi. & ibi Doc. C. de servis fugi. & Di. in regula sine possessione, de regu. jur. lib.* 6. *Item Ray. & Ange. in dict. l. acquiritur, de acqui. re. do.* Dicunt ibi esse causam notabilem, quòd ad hoc quòd quis possit præscribere, vel usucapere, oportet quòd possideat civilitèr; quia illa est causa legitima inducendi præscriptionem: *ut ibi.* Ille ergo, qui solum possidet naturalitèr, & non civilitèr, non potest præscribere. Et ideo dicimus quòd emphiteuta non potest rem emphiteuticam præscribere, cum civilis possessio remanet semper penes dominum directum: *ut alleg. l. malè agitur*, *& l. cum notissimi, in fi. de præscrip.* 30. *annorum.* Et quòd civilis possessio remaneat penes dominum directum: probatur, *ff. de acqui. pos. in l. sive in vacuam*, *& l.* 4. §. *è contrario*, *& not. ff. commo. l. si ut certo*, §. *si duobus vehiculum.* Et ideo si vis repellere allegantem præscriptionem, advertas, si poteris probare, quòd civilis possessio non fuit penes eum. Circa hoc vide quòd notat *Bar. C. de servis fugi. l.* 1. *& quòd not. de acqui. pos. l.* 3. §. *è contrario*, *l. si de eo.* §. *si fortè eo. tit.* Adverte tamen, quia quòd dixi quòd emphiteuta non possidet civilitèr, sed solum naturalitèr, *ut insti. loca.* §. *adeo & alleg.* §. *è contrario*, *&* §. *si duobus.* Est verum de ipsa re emphiteutica, quia illam solam naturalitèr possidet, jus tamen emphiteuticum possidet naturalitèr, & civilitèr; quòd patet; quia ipsum potest præscribere: *C. de fundis patri. l. jus emphiteuticum*, *& l. fi.* Si ergo illud potest præscribere, ergo illud possidet naturalitèr, & civilitèr, aliàs præscribere non posset: *ut alleg. l. acquiritur*, *& ff. de usuca. l. justo*, §. *non mutat.* Hoc videtur tenere *glos. ff. de vi, & vi ar. l.* 1. §. *dejicitur*, *pro quo. ff. ex qui. cau. ma. l. ait prætor*, §. *item ei qui in lib. feu. tit. si de feudo mili. contro. fue.* §. *si quis per* 30. *& si opponas de alleg. l. malè agitur.* Responde, quòd conductor colonus, vasallus, & emphiteuta, isti possident naturalitèr tantum uno respectu; & naturalitèr, & civilitèr alio respectu. Undè si nos habeamus respectum ad totam rem, isti ad totalem proprietatem rei conductæ, vel rei colonariæ, vel feudi, seu hypothecæ, isto respectu non possident civilitèr, sed solum naturalitèr. Et ideo non possunt contra dominum directum præscribere proprietatem rei. Et sic intelligitur dicta lex malè agitur, ut ibi textus dum dicit: *jus sibi proprietatis*, *&c.* Si verò habemus respectum ad jus illud quòd conductor in re conducta, vel vasallus in feudo, &c. Istud jus quilibet istorum possidet naturalitèr, & civilitèr, & possidet pro suo, & dominij cogitatione, & ideo possidet naturalitèr, & civilitèr, sed qui naturalitèr possidet tantum, non possidet pro suo, nec tanquam dominus: *ut alleg.* §. *dejicitur.* Et ideo quia

UVA. BHSC. SC 05749

Ley V. Como contra el Rey, ni su Señorío, ni contra la Iglesia, no puede correr prescripcion por menor tiempo de lo que mandaron los Santos Padres.

Ninguna cosa que sea de Señorío de Rey (*a*) no se pueda perder en ningun tiempo; mas quando quier que el Rey,

quia istud jus isti possident naturalitèr, & civilitèr, præscribunt istud jus per triginta annos. Et iste casus *in d.* §. *si quis per* 30. Et ideo pone, quòd ego conduxi à te domum pretio decem florinorum annuatim, in ista conductione ego steti per triginta annos solvendo tibi pensionem, tu vis nunc me dejicere, & alij rem locare. Ego dico quòd non potes, quia jam præscripsi istud jus conductionis spatio decem annorum, non poteris me repellere à dicta possessione præscripta illius juris per dictum §. *si quis per* 30. Et per hoc possunt determinari aliæ plures quæstiones. Pone, quòd ego ut emphiteuta solvi Titio pro quadam vinea, quam dico me tenere ab eo in emphiteusim decem solidis, per triginta annos, nunc Titio domino vineæ, & dicit rem illam mihi nunquam dedisse in emphiteusim, petit à me titulum, aliàs vult illam auferre à me: ego allego, & probo quòd per triginta annos ei solvi annuatim canonem possum repellere directum dominium exceptione præscriptionis per allegata jura: *& notatur in Spec. tit. de feu.* §. *quoniam, vers.* 4. *& Host. in sum. tit. de feu. circa princ. & not. in l. si plures apochis, C. de fide instru. & notant Ray. & Ange. in dicta l. acquiritur.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 6. lib. 3. tit. 13. de las Ordenanzas Reales, que pone si las Ciudades, ò Villas del Señorío Real, si se pueden prescribir, è si de los bienes del Señorío Real puede el Rey facer donaciones, ò fasta que suma. Vey en las dichas Ordenanzas Reales, en el tit. 9. lib. 5. desde la Ley 3. fasta el fin del dicho tit. Vey la Ley 7. de la 3. Partida, tit. 19. si las plazas, y caminos, y dehesas, y cosas públicas si se prescriben, ò por quanto tiempo. Concuerda la Ley 6. del dicho tit. para las cosas de la Iglesia. Vey la Ley 26. del dicho tit. que pone termino de 40. años para se prescribir, è si son de la Iglesia Romana, por cient años, è si son bienes muebles por tres años.

(*a*) Ninguna: de Señorío de Rey. Nota ergo quòd res dominica Principis nullo temporis spatio potest præscribi, nec Reipublicæ, vel Templorum, *ut l.* 1. *C. ne rei dominicæ vel Templo. & ibi Bar.* Idem de jure publico constituto, ut sunt theatra, viæ publicæ, & campi, quæ sunt communi usui deputata, quæ etiam mille annis non præscribuntur: *ut ff. de via publi. l. viam publicam, de usuca. l. usucapionem, & de operi. publi. l. præscrip.* 3. *part. eo. tit. l.* 7. Idem de rebus in patrimonio publico inclusis, & incorporatis, quas Princeps possidet, ut Princeps, ut sunt jura superioritatis, & similia, quæ sine titulo, vel sine Principis concessione præscribitur aliquo tempore: *ut C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annorum, l. comperit.* Et hoc dum tamen ex parte præscribentis sit favor, quia tunc triginta annis possidetur: *C. de decurio. l. eum qui. C. de fun. Reipublicæ, l. eum qui. lib.* 11. *& not. in dict. l. comperit, notant Doc. signantèr Hen. in c. si diligenti, extra eo. tit. di. fi.* Dicuntur etiam regalia, quæ sunt impræscriptibilia, facere almirantum in mari, vel in terra ducem exercitus, vel aliud, quòd à solo Rege consuevit concedi: *ut ff. de his qui not. in fa. l. athletæ.* §. *designa.* Item, viæ publicæ dicuntur regalia, & quæ dicuntur viæ publicæ, & quæ privatæ: habetur *in l.* 2. §. *prætor, ff. ne quid in lo. pu.* Item, omnis portus ad Regem pertinet, & qui dicant portus habetur: *ff. de verb. signi. l. portus.* Item, omnia flumina navigabilia, & quæ & qualia sunt, habetur: *ff. de flumi. l. quo minus.* Item, ripæ fluminum publicorum; & idem de alveis fluminum publicorum, licèt aqua est communis: *ut not. per Bald. plenè ff. de re. divi. super rubrica, & l. quædam.* Item, est jus regale moneta ista auctoritas faciendi monetam publicam. Sed

UVA. BHSC. SC 05749

ò su voz la demandáre, cobrela. Otrosí, mandamos, que las cosas

Sed in alchimista est dicendum, quòd si ponitur tantum pro tanto, tale pro tali, sine aliqua falsificatione formæ, vel materiæ, non punitur alchimista, quia est ars perspicaci ingenio adinventa tanquam à philosopho. Item, pœnæ maleficiorum sunt fiscales: *ut C. de modo mul. l. multarum.* Item, bona vacantia: *ut C. de bo. vacan. l.* 1. *lib.* 10. Item, turpia lucra quæ ab indignis extorquentur: *ut ff. de inoffi. testa. l. Papinianus*, §. *meminisse.* Item, bona contrahentium incestas nuptias: *ut C. de incest. nup. in princ.* Et idem si contrahit incestum, quia magis delinquit: *ut in aut. de testi. & ea quæ parit*, §. *fi.* Item, bona omnia confiscata: *ut C. si ad l. Julian. de vi. l. si tutor*, *ff. de capi. dimi. l. tutelas*, §. *si liber.* Item, omnis reditus plaustrorum, & navigiorum, qui rediguntur in publicum, & quicumque propter talem causam incidit in commissum: *ut ff. de publi. l. commissa*, *& not. ff. pro socio, l. cum duobus*, §. *idem rescribit.* Item collectæ, sive sint ordinariæ sive repentinæ: & licèt *glos. in lib. feu. tit. quæ sunt regalia*, *c.* 1. *dicat*, quòd collecta est munus, & imponitur personis pro rebus: *ut ff. de muneri. & ho. l. rescripto*, §. *fi. tamen Andre. de Iser.* dicit, quòd in dicto titulo quæ sunt regalia, quòd sunt ordinariæ collectæ. Quòd idem est dictum, quòd in dictiones quòd sunt munus patrimoniale. Et istud prodest scire propter id quòd notat ibi Dy. quòd ad collectas solvendas tenentur non subditi; qui ibi habent possessiones. Nam ad munera patrimonialia omnes tenentur: *C. de immu. nemi. conce. l. fi. & vide quòd not. in c. pervenit*, *extra de immun. Eccles. per Host. & Jo. An.* sicut ad solvendum passagium pro rebus, tenentur quicumque transeuntes, imò maximè colliguntur à non subditis: *ut ff. loca. l. penul.* §. *navem.* Item, ad Regem pertinet potestas creandorum magistratuum: *ut in aut. de defen. civil. per totum.* Item, omnes Insulæ Principis sunt: *ut ff. de judicijs*, *lege insulæ*, *ff. de publi. l. Cesar.* Item, omnia palatia deputata in Civitate pro justitia exhibenda, & omnia bona committentium crimen læsæ majestatis: & reliqua contenta in usibus *feu. tit. quæ sunt rega. per totum*, *ut hoc not. ibi Bal.* Item, omnis jurisdictio, & districtus apud Principem est. Et omnes Judices à Principe administrationem suscipere dicuntur, & juramentum præstare debent, quale à lege constitutum est: *ut* §. *Judices*, *de pace jura fir. in glos. & foro novo*, *tit.* 35. *l. fi.* Hodie tamen de jure Regni præscribitur jurisdictio civilis, & merum Imperium contra Regem spatio centum annorum. Et quòd hic dicitur, intelligitur de majoritate justitiæ, quæ nullo temporis spatio potest præscribi, & de juribus & tributis Regis: *ut foro novo*, *l. Ansi es nuestra voluntad.* Justitia verò civilis præscribitur spatio quadraginta annorum: *ut ibi prædicta auct.* quæ sunt impræscriptibilia morte, & vita, semper sunt regno annexa, quia regnum semper vivit: *ut notat Bar. in dicta l. comperit*, *& in auct. quomodo oportet Episcopos*, §. *fi. coll.* 1. An autem jus colligendi pedagia possit præscribi? *Et Bal. in lib. feu. tit. quæ sunt rega.* Distinguit, quòd quidam habent jus colligendi pedagia ex privilegio; & tunc possunt uti, sed non abuti privilegio. Quidam habent ex præscriptione, seu proprius loquendo ex consuetudine; & tunc aut est præscripta tanto tempore, quòd ejus contrarij memoria non existit, & idem quia talis consuetudo æquiparatur privilegio concesso à Principe ex certa scientia: *ut extra de verb. signifi. super quibusdam*, §. *præterea*, *& not. in Spec. de caus. pos. & proprie.* §. *qui verò*, *vers. quid de colligentibus pedagium.* Aut est consuetudo minoris temporis; & non sufficit; tum quia via publica non præscribitur, tum quia talis consuetudo à lege damnatur: *ut lib. feu. tit. de pace jura fir.* §. *illicitas exactiones*, tum quia non habet causam continuam, non enim semper homines transeunt qui pedagium solvant: *ar. ff. de servi. urb. præ. l. foramen.* Sed Bar. dicit, quòd aut præscribitur contra aliquem qui habet jus colligendi, & tunc præscribitur longissimo tempore, tunc requiritur ejus scientia, sicut in servitutibus: *ut C. de servi. & aqua*, *l.* 2. Consuetudo enim non præscribitur nisi contra scientes, quia ex tacito consensu

UVA. BHSC. SC 05749

de Sancta Iglesia (*a*) no se pierdan por menos tiempo de lo que mandaron los Sanctos Padres.

Ley VI. Como la libertad puede ganar el siervo por espacio de treinta años.

SI algunos (*b*) siervos anduvie-

---

su provenit: *ut extra de verb. signific. Abbat. & ibi Jo. An. in novella*, aut præscribitur solummodo contra transeuntes, & tunc requiritur tempus, cujus contrarij memoria non existat. Et etiam ut sciat Imperator, vel ipse locum tenens, quòd ipse amittat: *ff. de Publicia, l. Publicanus*, §. *fi.* quòd non placet, quia constat per dictum §. *illicitas*, Imperatorem scire istos abusus, & non præscribitur contra Cæsaream potestatem: *ut C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annorum, l. competit suprà alleg.* Sed contra privatam potestatem præscribitur. Et ideo cum non tangit Principem ejus specialis scientia, non requiritur per ea quæ notat *Innoc. de offi. ordi. conquærente de hoc per Ci. & Ja. Bu. C. ut nova vecti. l.* 1. & 2. Sed quæro, utrum per istam præscriptionem, vel consuetudinem acquiratur ipsi solo seu territorio, an solum personæ? putà præscribenti tale passagium, vel pedagium? Et videtur, quòd talis præscriptio sit personalis: *ff. de servi. rusti. prædi. l. proceris.* Sed dic, quòd est realis, & transit cum solo, & hoc apparet, quia non est reperire aliquam personam cum qua finiatur. Et nota, quòd distinctio *Bar.* benè est vera *secundum Bal.* in quantum distinguit, quia aut volo præscribere jus formatum in personam alterius, & præscribo longissimo tempore; quòd intellige sine titulo: Sed cum titulo sufficeret præscriptio longi temporis: *ut C. de præscrip. lon. temp. l. fi.* Nam ista præscriptio non est juri contraria, quia jus jam formatum est in esse deductum (ut ita dixerim) de publico factum est privatum, nec requiritur scientia alterius, quam illius qui præscripserat, scientia enim transeuntium ideo non requiritur, quia non debetur propriè contra eos præscribi, cum non interfuit eorum cui solvant. Facit quòd notat *Innoc. de majo. & obe. c. inter quatuor, de resti. spo. c. cum olim* 3. *& d. c. conquærente.* Tum etiam quia si præscriberetur contra eos, præscriberetur contra incertas personas, quarum certa scientia impossibilis est. Aut volo jus de novo formare, & præscribere contra libertatem transeuntium, & tunc requiritur tantum tempus, cujus contrarij memoria non existat, non tamen oportet probare de certa scientia Principis, quia tunc certum est ipsum scire, licèt inconfuse, & in genere: *ut supra dixi.* Et nota, quòd in primo casu præscribitur quasi confessoria contra negantem: *ff. de usuca. l. sequitur*, §. *si viam, & vide de negativa quæ à transeun. interpretatur de condi. & demon. l. quibus diebus, in princ. per Acur. hæc notat Bal. in lib. feu. tit. quæ sunt regalia ca.*

(*a*) De Sancta Iglesia. Hoc verum, cum persona Ecclesiastica est capax ad possidendum nomine alterius Ecclesiæ, quæ præscribit hoc spatio quadraginta annorum alterius Ecclesiæ jura: *ut c. auditis, & c. de quarta, de præscrip. & C. de Sacrosanct. Eccles. l. fi. & aut. ibi signata*, quas actiones 16. *q.* 4. *c. fi.* Contra Ecclesiam verò Romanam præscribitur spatio centum annorum: *ut in auct. ut Roman. Eccles. præscrip. centum ann. Gau. in princ. collater.* 2. *& c. si diligenti, & c. cum nobis, & cap. ad audientiam, extra eod. tit.* Si verò persona possidens rem Ecclesiæ sit incapax, ut laicus, tunc nullo temporis spatio præscribit: *ut c. causam quæ, extra eo. tit. & not. in d. c. si diligenti.*

ADDICION.

La Ley 33. de la 3. Partida, tit. 19. dispone, que si el señor es presente por 10. años se prescribe el siervo, è si es absente por 20. años, è con mala fé se prescribe el siervo por 30. años. E si el siervo que anda en posesion de libre, muriere, puede el señor mover Pleyto à sus hijos dentro en cinco años, è pasados no puede: y el mismo tiempo está para el que es libre, si está en posesion de siervo, si sus parientes del siervo defuncto lo quisiesen pedir: es de esta Ley 25. tit. 19. de la 3. Partida.

(*b*) SI ALGUNOS. Secundum distinctionem hujus *l. intelligo l.* 2. & 3. *foro juz. lib.* 10. *tit.* 2. *de jure tamen est con-*

UVA. BHSC. SC 05749

ren por libres por treinta años en faz de aquellos que los demandan por siervos, no los puedan demandar despues, ni tornar en su servidumbre: è si anduvieren fuidos por cinquenta años, y anduvieren por libres, no los pueda ninguno demandar despues de los cinquenta años por siervos.

Ley VII. Cómo y en qué manera se puede interrumpir la prescripcion.

PORque es establescido en las Leyes, que por tiempos señalados (*a*) pierde home su dere-

contra 3. part. eo. tit. l. andando, *& C. de servis fugi. l. 1. glos. ma. in fi.* Et istud tempus incipit currere à tempore posito in dicta *glos. de quo per Bar. in l. 1. §. per servum*, *ff. de acqui. & 3. part. eo. tit. l. si del tiempo. Et quòd not. in c. licèt*, *extra de conjugio servo*, ut hic reffert Episcopus.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 30. de la 3. Partida, tit. 29. la qual dice, que para interrumpir la prescripcion, que pida la cosa ante el Juez del Lugar, ò delante el Obispo; è no pudiendo haber Juez, ni Obispo, que lo pida, ante dos homes de la vecindad donde mora el que tiene la cosa: è si el que tiene la cosa es poderoso, basta denunciarlo à los vecinos, è basta para interrumpir la prescripcion. Vey la Ley 29. del dicho tit.

(*a*) PORQUE ES: POR TIEMPOS SEÑALADOS. *Ut suprà eo. tit. l. 1. & l. 4. & l. 5. in fi. & l. supra proxima.* Item, circa materiam tituli est notandum, quòd quando quis fundat intentionem suam ex cursu longi temporis cum legitimo titulo sufficit, quia ex patientia diuturna præsumitur verum, quòd continetur in titulo: *not. Bar. in l. cum de in rem vers. ff. de usuris*, pro quo facit *glos. in l. si patri. C. commu. divi.* ubi ex patientia longi temporis præsumitur possessio vera. Idem *not. Bal. in l. si certis annis*, *C. de pac.* Collegi tamen de jure Regni præscriptiones, quæ infra sequuntur. Est enim unius diei præscriptio, postquam Judex protulit sententiam, si in eadem die non pronunciavit super fructibus, & expensis, post non poterit sententiare, corrigere, nec emendare: 3. *part. tit. 22. l. 3. & l. 8. not. in l. Judex*, *& l. quòd jussit*, *ff. de re judi. & l. terminato*, *C. de fruc. & lib. ex. & in c. in litteris*, *extra de offi. dele.* Est præscriptio trium dierum ad appellandum, & ad petendum Apostolos, non numerato die, latæ sententiæ: *ut infra eo. lib. 2. tit. de las alzadas, l. 1.* an iste terminus potest abreviari, vel prolongari: *vide Di. in regula indultum*, *extra de reg. jur. lib. 6.* Est & alia trium dierum. Que si el coto echado al de la Villa no prendan fasta tres dias, y al del termino, à nueve dias. Non potest amplius, nec tenetur solvere: *ut foro novo*, *l. quæ incipit*: *Tenemos por bien que en las Ciudades*, *&c.* Est & alia octo dierum, contra eum qui non probat exceptionem excommunicationis, non numerando diem in qua proponitur: *ut in c. pia*, *de excep. lib. 6.* & contra non probantem declinatoriam exceptionem quam proposuit: *ut foro novo*, *l. quæ incipit*: *Si el demandado dixere.* Et ad respondendum positionibus, & ad contradicendum testibus: *ut in Ordinatione Regis Joan. I. Briviesca*, *l. por quanto por malicia.* Et contra lusores ad taxillos, quòd si infra octo dies pecunias non petierit, amplius non poterit, & alius quilibet poterit petere: *ut Ordin. Joan. I. Briviesca*, *l. ordenamos*, *è mandamos*, *que ningunos de nuestros Reynos no sean osados de jugar dados.* Est & alia præscriptio decem dierum contra illum qui intra illos non supplicavit, amplius non poterit: 3. *part. tit. 24. l. 6.* Est & alia novem dierum, si reus non contestatur litem, manet confessus: *ut foro novo*, *l. porque se aluengan los Pleytos.* Est & alia decem dierum contra appellantem, vel supplicantem à Judice appellationis, quòd si infra decem dies cum toto processu coram Judice superiore non se præsentaverit, sententia manet rata: *ut Ordin. de Briviesca*, *l. Suplican*, *è agravian.* Est etiam decem dierum præscriptio, si pars non contra-

di-

UVA. BHSC. SC 05749

cho, por ende queremos dar conſejo à aquellos que quiſieren de-

dicat, arbitri ſententia manet emologata: *ut* 3. *part. tit.* 4. *l.* 23. Eſt & alia quindecim dierum, ſi aliquis excipit contra aliquem quòd ſpoliavit illum omnibus bonis ſuis, vel majori parte, &c. *ut ſuprà eo. lib. tit. de las defenſiones, l.* 3. *& c. frequens, extra de reſti. ſpo. lib.* 6. Eſt & alia viginti dierum, nam ſi infra illos Judex poſt concluſionem cauſæ non protulit diffinitivam ſententiam, vel infra ſex dies interlocutoriam, condemnatur in expenſis: *ut foro novo, l. deſque fueren las razones, &c.* Eſt etiam viginti dierum præſcriptio à die litis conteſtatæ, ut reus opponat exceptiones peremptorias, vel præjudiciales: *ut foro novo, l. Alegan por ſí.* Eſt præſcriptio triginta dierum ad opponendum contra confeſſionem: *ut l. in contractibus, C. de non nu. pe.* Eſt & alia quadraginta dierum ad proſequendum appellationem, ſi non fuerit terminus à Judice aſſignatus. Si Rex fuerit ultra portus uſque ad quadraginta dies, ſi intra portus uſque quindecim dies, ſi in villa uſque ad tres dies, ſi in termino uſque ad novem dies, & niſi appellans infra dictos terminos conquæratur cum proceſſu, rata manet ſententia: *ut foro novo, l. ſeguir debe el alzada.* Eſt & alia quadraginta dierum, ſi aliquis fidejuſſit pro alio detradendo eum ad judicium ſine termini aſſignatione, poſt non poterit moleſtari, niſi ſint denarij Regis, vel communitatis, quia tunc durat fidejuſſio per tres annos: 4. *part. tit.* 12. *l.* 19. Eſt & alia ſexaginta dierum ad opponendum contra nullitatem ſententiæ: *ut foro novo, l. ſi alguno alegáre la ſentencia.* Eſt etiam alia quadraginta dierum, en las coſas moſtrencas. Quia nullus poteſt eas poſtea repetere, dum tamen præconicentur per tenentem, per foros, & plateas: *ut in Ordinatione de Tauro, à lo que vos dixeron que ſupieſe la nueſtra merced que los Alcaydes.* Eſt & alia trium menſium, ſi quis propter contumaciam fuit condemnatus criminalitèr, & in terminis citationis non comparuit; licèt poſt audiatur ſuper crimine, non tamen ſuper expenſis: *ut ſuprà eo. lib. tit.* 3. *l.* 4. *& Ordinat. de Brivieſca, l. Si alguno fuere condenado.* Eſt & alia quadrimeſtris, quæ datur ad ſolvendum, cum aliquis fuit condemnatus per ſententiam arbitrariam, in qua ad ſolutionem non fuit terminus aſſignatus, quia niſi ſolverit infra illos incidit in pœnam: 3. *part. tit.* 4. *l.* 33. Eſt & alia unius anni, ultra quam non debet lis durare ſuper inventarium, & in cauſis civilibus per triennium, & in criminalibus per biennium: 6. *part. tit.* 6. *l.* 9. *malicioſamente, &c.* Eſt & alia unius anni, quando pars impetravit reſcriptum, & adverſarius aliud impetravit ſuper eodem negotio, ſi primus ſuo reſcripto non utitur per annum amittit illud, & valet ſecundum *part.* 3. *tit.* 18. *l.* 5. Eſt & alia duorum annorum, ſi infra biennium non fuerit crimen probatum contra accuſatum, abſolvetur: 7. *part. tit.* 29. *l.* 7. Eſt & alia trium annorum, ſi in compromiſſo non fuit aſſignatus terminus ad terminandum arbitrium, ſpirat per tres annos: 3. *part. tit.* 4. *l.* 27. Eſt & alia decem annorum, quo tempore præſcribitur reſcriptum, vel cauſa Regis, vel ſi aliqua partium, vel Judex moriatur ante litem motam: 3. *part. tit.* 8. *l.* 35. Eſt & alia decem annorum contra creditorem qui debitum non petit, qui perdit actionem: *ut foro novo, tit.* 11. *lib.* 2. Eſt & alia ſi privilegiatus non utatur privilegio ſuo triginta annis, perdit illud: 3. *part. tit.* 18. *l.* 42. Eſt & alia quadraginta annorum, & alia centum annorum ad perdendum juriſdictionem civilem, vel criminalem: *ut dixi ſuprà eod. tit. l. Ninguna coſa.* Eſt & alia contra reum, quia publicatis atteſtationibus actoris in cauſa principali, amplius non poterit probare exceptionem, niſi per inſtrumentum, vel per adverſarij confeſſionem: *ut foro novo, l. Si deſpues del Pleyto conteſtado.* Eſt & alia contra contumacem, quòd non audiatur appellans: *ut foro novo, l. Coſtumbre es en la nueſtra Corte,* 3. *part. tit.* 23. *l. contra.* Eſt & alia contra Regis arrendatorem, quòd ſi aliquis potens aliquid de redditibus Regis accepit, & non notificaverit receptori infra terminum ſolutionis faciendæ, quòd amplius ipſe ſolvat: *ut l. de Brivieſca, Ordenamos, è mandamos, que los arrenda-*

do-

UVA. BHSC. SC 05749

mandar su derecho. Onde esta- blescemos, que si alguno fuere

dores. Et vide circa hoc l. quaterni de alcavalas, quæ de hoc loquitur. Est & alia contra respondentem contra litem contestatam interrogantibus, quia post litem contestatam non poterit responsionem revocare: 3. *part. tit.* 10. *l.* 2. Est & alia, quando quis allegat errorem quem debet probare ante sententiam, post non auditur: 3. *part. tit.* 6. *l.* 8. Est & alia, quòd post conclusionem non possunt instrumenta produci: 3. *part. tit.* 16. *l.* 35. Alia ad Judicem delegatum recusandum ante litem contestatam, & non post: 3. *part. tit.* 4. *l.* 22. Alia, quòd postquam Judex sententiam protulerit, illam non poterit revocare, corrigere, nec emendare, salvis certis casibus: 3. *part. tit.* 22. *l.* 4. Alias præscriptiones colligit *Archi. in rosario*, *in* §. *potest* 16. *q.* 3. Vide circa has diversas præscriptiones *foro juz. lib.* 10. *tit.* 2. *l. pe. & l. cum notissimi*, *C. de præscrip.* 30. *annorum*, *& per Bar. in l. naturalitèr*, *ff. de præscrip.* Sed quæro quanto tempore præscribatur consuetudo? Dico, quòd si est utilis Ecclesiæ, vel Reipublicæ, præscribitur spatio triginta annorum. Si autem expræsse est damnosa, requiritur spatium, cujus contrarij memoria non existat. Si verò est dubium, requiritur tempus quadraginta annorum. Et sic possunt reduci ad concordiam opiniones Doctorum tractantium de tempore ipsius præscriptionis secundum *Bal. in usibus feu. tit. de his qui feu. da. pos. c. non obstat*, *C. de Sacrosanct. Eccles. auct. quas actiones*, *& c. de quarta*, *de præscrip.* quia præscriptio quæ inest consuetudini, non est propriè præscriptio, sed quædam firmitas taciti consensus consuetudinis, ut ibi non requiritur possessio continuata, sed actus utentium, qui continui esse non possunt: *ut ff. de servi. ur. prædi. l. foramen*, *& Bal. ubi suprà ubi not.* quòd consuetudo cum violentia præscribi non potest: *ut not. Jo. An. in novella*, *in c. fi. de re. Eccles. non alie.* Gratia cujus nota quòd actus inducentes consuetudinem, habent dispositionem supra jure eliciendo ex actibus hominum. Undè quantum consuetudo habet de actu, tantum habet de potentia, & non plus, quta est præter legem. Sed si esset contra legem prohibentem, non valeret, nec posset præscribi: *ut not. Bal. in d. tit. de his qui feu. da. pos.* §. *abbatissa.* Consuetudo enim præsumitur irrationabilis, quæ non sit æqua, & bona: *in auct. fideic.* §. *fi. & C. de consti. pe. l.* 2. *in fi. Idem si sit æqua*, *sed non bona*, ut quòd nulla præscriptio currat in testamentis. Facit quòd *not. in alleg. auct. quas actiones*, *& l. quòd si nolit*, §. *si quidem*, *ff. de edil. edict.* Idem si sit bona, & non æqua, ut quòd debitum non possit peti post decennium, vel quòd de maleficijs post annum cognosci non possit: *C. de usu. transfor. l.* 1. *ff. de mino. l. auxilium.* Ista tamen toleratur de foro novo, *tit.* 9. *l.* 2. Interdum valet consuetudo, & præscribitur, licèt non sit bona, nec æqua, ut quòd filio delinquenti pater teneatur assignare legitimam, ut inde solvatur pœna fiscalis: *ut not. C. de decu. in rub. quamvis secus si sit de jure commun. ut l. si quæ pœna*, *ff. de his qui sunt sui vel alie. ju. per Gui.* Item, omnis consuetudo dicitur rationabilis, & potest præscribi, quæ visa est bona, & probabilis statuentibus: *ut l.* 1. §. *provinciam*, *ff. de postu. & C. de adul. l. publicè per Jac. & Cy.* nisi expressè lex eam reprobaret: *ut l.* 1. *in fi. ff. de excep. do. not. Bal. sup. Innoc. in c. ex parte de consue.* De materia consuetudinis vide notabilitèr *Jo. Fa. insti. de jure natu.* 15. *col.* Item nota, quòd ex actibus meræ facultatis non inducitur consuetudo, nec inducitur ex non usu non habente in se actum tacitum juris disputationi contrarium: *ut c. cum Joannes*, *de fi. instr. & not. in c. Joannes*, *de Cler. conju. & Cy. in l.* 1. §. *quæ sit lo. consue. not. Ab. in c. sua nobis*, *de confir. uti. vel inuti. in fi. & in c. fi. de condi. oppo.* Circa quòd est etiam notandum, quòd quatuor requiruntur in consuetudine inducenda, scilicèt, actuum publicè factorum pluralitas, temporis diuturna, & congrua prolixitas, utendi potestas, & consuetudinis rationabilitas. Item, uno actu quantumcumque vulgato non fit consuetudo. Speciale enim est in Papa, & Imperatore, quòd unica sententia habet vim constitutionis: *ut notat Innoc. super* ru-

UVA. BHSC. SC 05749

en la tierra, ò fuera de la tierra, è quisiere quitar el tiempo por-

rubrica de consue. Item, ex parvo tempore non firmatur consuetudo, sed longum tempus consuetudinem perficit. Consuetudo enim perficitur dum injiciatur, sed nascitur dum conservatur. Interim enim consuetudo est facti, non juris, sed dum tempore firmatur, tunc incipit esse jus, & sic facta consuetudo est jus, dum & est in fieri merum factum est in ultimo instanti temporis habet diffinitionem, & meram sententiam consuetudinis: *ut notant Innoc. & Bal. super dicta rub. de consuetudine.* Est etiam notandum, quòd qui non possunt statuere expræsse, eorum consuetudo non valet, quoniam consuetudinem inducere est jurisdictionis, sicut & statuere. Vide in eo, in quo non valet statutum Populi, & ubi exigitur superioris consensus in statuendo; exigitur & ejus conscientia, & scientia in consuetudine inducenda. Ex hoc sequitur, quòd si superior prohibet, quòd non valet consuetudo inferioris. Item, *not. secundum Innoc. in d. rub. de consuetudine, in fi. quòd ex justa causa valet statutum, & consuetudo contra l. Dei, & naturæ. Facit quòd not. C. quòd metus cau. l. actionis. Item, facit in ratione sui, ff. manda. l. si hominem. Et facit quòd not. per Cy. C. de accu. l. reos, & C. de natu. lib. l.* 1. His accedit, quòd tacitum, & expræssum procedunt ab eadem potentia causæ: *ut l. de quibus, ff. de legi.* nec potest consensus Populi plus inducere per unam viam quam per alteram, licèt velocitate differant. Nam idem facit statutum in instanti quòd facit consuetudo, & præscriptio in longo tempore: *ut not. C. de do. promis. l. 2. differunt*, ergo velocitate, non auctoritate, vel potestate: *ut not. Bal. ubi suprà.* Ad materiam istam consuetudinis facit quædam littera responsiva, quam ad quendam nobilem militem misi, cujusdam quæstionis, de qua per eum consultus fui, quæ sic incipit. Avidæ strenuitatis miles, virtute maxima bellicosè vidi casum atque facti relationem, quam cum præsenti latore ad me destinatis, super quo consilium à me requiritis circa quæstionem quam vertitur inter villam vestram de Montal. & aliam villam circunvicinam de Villano alterius dominij. Et videri meo debent ad hujusmodi quæstionis decisionem duo assumi fundamenta. Primum id quòd Rex Joannes II. bonæ memoriæ in Curijs de Madrid statuit per legem disponentem, quòd domicilia mutantes de locis dominij ad alia loca dominij petent, & contribuant pro bonis quæ dimiserunt in locis à quibus transeunt, dum tamen rationabilitèr sint bonis contributiones impositæ. Et hoc tàm in petitione Regis, quàm in concilij, vel mixtis: *cum qua l. Regni concord. l. 2. ibi glos. C. de mune. patri. lib.* 10. quæ dicit, quòd etiam alienigenis; qui possident aliquid in loco patrimoniale, munus gratia publicæ utilitatis indicitur: *concord. l. cum nec, juncta glos. ibi C. de incolis.* quæ dicit, quòd licèt ad personalia munera quis non vocetur propter solam possessionem patrimonialia tamen pro his possessionibus quas in loco possidet, subire tenetur facit: *l. fi. C. sine censu. vel reliquis*, quæ inquit, quòd cives pro his agris quos possident solitas pensiones agnoscant. Et est hoc expræssum *in l. rescripto. & l. fi. §. patrimoniorum, ff. de mune. & hono. vers. munus*, quòd possessioni tantum imponitur, omnes possessiones subire oportet, & si nec cives, nec incolæ sint, quæ quidem munera patrimonialia sunt super inditiones; & sunt hodie ordinaria, quæ omnes subire tenentur: *ut l. fi. C. de mune. patri.* nam est munus ordinarium, quòd à constitutionibus Principum disponitur: *ut C. de vaca. mu. pu. l. unica, lib.* 10. Facit ad hoc, quòd licèt regularitèr collecta non potest imponi nisi subditis: *ut notat glos. & Doc. l. rescripto. §. fi.* Est tamen notandum, quòd quemadmodum potest Civitas statutum facere, quòd omnes qui colunt, vel faciunt in suo districtu, solvant ex eo quòd ibi colunt, & ibi serunt, & ibi metunt, quasì contrahere videntur, quia statutum benè potest de novo inducere, quasi contractus jure communi incognitos: *ut ff. de judi. l. omnem*, & quia gaudent possessionibus conveniens est quòd solvant onera: *ut not. in l. 2. C. de mune. & in quo loco, lib.* 10. *not. Bal. in l. unica, C. de sen. quæ pro eo quòd inte.*

pro.

UVA. BHSC. SC 05749

pro. Item, generalis consuetudo servat, quòd ubi quis possidet, ibi collectam patiatur, non præcisè, sed causativè, quia si non solvit, non incarceratur, sed aufertur sibi res vel rei fructus: *ut ff. dele.* 1. *l. quòd Julian.* §. *sed hæres, & ff. de usufru. l. si pendentes*, §. *si quòd, & l. ediles. & ar. ff. de publicia, l. commissa, & in auct. de collato.* §. *si verò aliquando, colla.* 9. *& not. suprà tit. de las deudas, l. fi. Innoc. in c. postulasti, de foro comp. Bal. in tit. quæ sunt regalia, c. unico.* Facit ad hoc, quòd in præjudicium subditorum, nisi ibi expræsse consentiant, non potest dominus loci componere: *notat Innoc. in c. auditis, de præscrip. Host. & Ab. in c. dilecti, de majo. & obe. not. Bal. in lib. feu. tit. quo tempore miles inves. pe. de c. si quis, & in tit. si de feu. controv. fue. c. in generali.* Item, ad collectam quæ imponitur rebus ex ordinatione generali, vel ex lege municipali, seu consuetudine, tenentur omnes possessores: *vide Bal. notabilitèr in l. fi. C. sine cen. vel red. Spec. tit. de Cler. conjug.* maximè quia ista habent regularem præstationem: *ut not. in c. minus, de immu. Eccles. per Hen.* Ad munera ergo realia ratione possessionum tenentur possessores, etiam non domiciliarij. Et quæ sunt illa, habes exemplum *in l.* 1. *in fi.* §. 1. *ff. de mune. & ho. Calde. tit. de censi. consi.* 6. *in fi.* Secundum fundamentum est, quòd omnia bona hæreditaria quæ in districtu, & jurisdictione vestræ villæ de Montal. nunc possident cives alterius villæ del Villano olim possessa fuerant à civibus pectarijs de Montal. qui cum dictas hæreditates possidebant, transtulerunt domicilia sua ad aliam villam, & de uno in alium possidentur, nunc dictæ hæreditates per hæredes, & successores eorum qui primo eas possidebant, & domicilia sua, ut ita dixerim transtulerunt. Ex quo colligitur, quòd tales contributiones prædiorum, vel præstationes tributorum prædialium transeunt ad quoscumque possessores cum onere suo, qui ut permittitur, domicilia sua transtulerunt, & ad eorum hæredes, vel successores, & bona alia tributaria semper ut prius permanserunt, de quo sunt jura vulgaria: *ut c.* 1. *de cen.* 11. *q.* 1. *si tributum*, 23. *q.* 8. *tributum, & c. magnum*, 16. *q.* 1. *si quis de immu. Eccles. c.* 1. *lib.* 6. *ar. c. recollentes, de sta. mo. & quòd not. Innoc. in c.* 2. *de reli. do. & in c. cum olim, de consue. facit l.* 3. *C. de Episc. & Cler.* & potest esse horum ratio quia tales præstationes sunt bonis cohærentes, & rem afficientes: *ut alleg. l. omnes, C. sine cen. vel re. notat Bar. in alleg. l. rescripto.* non obstat quòd potest allegari ab altera villa in contrarium, quòd statu priorum personarum mutato, videtur etiam mutata & altera conditio bonorum *per l. unicam, C. de impo. lucra. descri. lib.* 10. à contrario sensu, quia de jure ex persona hæredum non mutatur conditio obligationis: *per l.* 2. §. 2. *ff. de verb. obl. & ff. de re jur. l. non debeo, & l. hæredem, & l. qui in jus, & ff. de verb. obli. l. ead.* §. *cato. & ff. ad Sylla. l. Pola. & ff. de jure fisci, l. fiscus, & l. non intelligitur*, §. *si posteriori*, imò & si privilegiatus succedit privato, debet uti jure privati: *ff. de insti. actio. l. sed & si. & alle. l.* 3. *C. de Episc. & Cler. & alleg. l. omnes, C. si sine cen. vel re.* fundat quidem nobilitas vestra intentum vestrum, etiam contra hæredes, & quoscumque possessores de jure communi, eo quòd dicta prædia in strictu, & jurisdictione vestra sunt sita *per c. constitutus, de reli. do. & per c. dilectus, de capel. mo. circa princ.* 16. *q.* 7. *omnes basilicæ.* Et est expræssum *in c. de zenodochijs, de reli. do. facit c.* 1. *de præsc. lib.* 6. *& c. ad decimas, de resti. spo. eo. lib.* Item, non obstat, quòd ab adversa parte allegatur scilicèt, de compromisso, & sententia arbitraria inter dominum patrem vestrum, cui vos in villa de Montal. jure primogenituræ successistis, & dictam villam olim lata super hoc, quia dominus loci non potest transigere, nec componere, nec pro rebus ablatis à suis subditis, vel colonis agere, quia domini non interest, nec est subditorum procurator: ut notabilitèr per *Innoc. in c. dilectis*, 2. *de appel.* & est conclusio Rotæ conclusio *n.* 131. *not. Bal. in l. venia, C. de in jus vocan.* maximè quia per secundum compromissum, & sententiam latam inter dicta concilia in vestro tempore fuit novata prima sententia, & per partes fuit visum ab ea recessisse, per ea quæ *not. in ar. in l. quis usufructus, de novatio, & Bar. plenè in l. ita stipulatus, ff. de ver. obli.* 17. *col. l. Valerianus, ff. de præto. stipu.* & quando duæ obligationes æquales circa idem

UVA. BHSC. SC 05749

idem fiunt, posterior valet, & non prior: *ut l. fi. C. de novat.* 5. *part. tit.* 14. *l.* 15. *not. Bal. in l.* 2. *C. de exe. rei judi.* Item, non obstat, quòd per concilium del Villarejo allegatur, scilicèt, quòd licèt aliqui cives ejusdem loci solvebant contributiones quæ eorum possessionibus inducebantur per concilium de Montalt. Multi tamen alij non solvebant; & concilium del Villarejo non consuevit dictas solvere contributiones, nec in hoc consensit, & consuetudo, etiam si sit contra legem, inducitur spatio decem annorum: per ea quæ *not. glos. & Bar. in l. de quibus*, *ff. de leg. & in l.* 2. *C. quæ sit lon. consue.* & in multis alijs locis, & consuetudo habet vim legis, maximè si in contradictorio judicio sit obtenta: *ut l. diuturna*, *de leg.* non enim prodest eis hoc allegare. Primò, quia consuetudo, vel præscriptio non potest creari solo tempore, vel sola negligentia, nec tacito consensu: *ut not. per DD. in c. duo simul*, *de of. ordi.* Secundò, quia cum consuetudo sit communis assuefactio, & actuum repetitio contra negativam scilicèt, non solvere, non est repetere actum, ergo nec ipsius assuefactionem, vel iterationem: *de ec. edifi. c. ad audientiam.* Tertiò, quia nisi consuetudo habeat in se voluntatem populi, & rationem naturalem, & bonum motivum, non valet, *ut not. in alleg. l. de quibus.* Ista enim hic deficiunt in casu præsenti. Quartò, quia consuetudo requirit frequentiam actuum: *ut l.* 1. *C. quæ sit lon. consue. quòd ad minus bis fuit* judicatum in convocato concilio de Montalt. cum concilium repræsentat populum, & habet vicem populi: *ut not. in rub. C. quæ sit lon. consue.* quòd hic etiam deficit. Quintò, quia quantocumque tempore stet quis quòd non utatur jure quòd habet in aliquo loco, vel consuetudine, vel statuto, non præscribitur contra eum, quia semper possidet, nam exercendo illud jus in una hæreditate, seu prædio, in omnibus retinere videtur: ut est conclusio *Innoc. Host. Jo. An. Hen. & Ant. in c. dilectus*, *de capel.* Montalt. nam illo jure uti est in facultate concilij de Montalt. quando voluerit, quia tunc non utendo, quia nolebat, dicitur uti: ideo non est præscriptibilis talis usus in contrarium maximè cum semper fuit intervallatus per *not. in c. cum Eccles. sub trina*, *de causa pos. & propriè*, præscriptio etiam longissimi temporis non currit contra actum meræ voluntatis, vel facultatis: *juxta not. in c. Joannes*, *de Cler. conjug. & c. ex parte asten. de conces. præben. & Cy. in l.* 2. *de servi. & aqua. nisi fuisset prohibitus*, & acquievisset prohibitionem: *not. Ab. de Cecil. in cap. fi. de resti. spo. in fi.* Sextò, quia non fuit obtenta talis consuetudo à populo sine contradictione: *ut insti. de jure natu.* §. *ex non scripto*, *& alleg. l. diuturna*, *not. Innoc. in c.* 1. *de consue.* Septimò, quia libelli quærimoniarum, qui consuetudini obstabant, non recipiebantur. Et si recipiebantur, nunquam fuit judicatum secundum consuetudinem: *ff. de legi. l. si de interprætatione*, *& Innoc. ubi suprà.* Item, requiritur quòd judicatum sit consuetudinem esse cum quæstio esset, an consuetudo esset, nec ne? *ff. de legi. l. cum de consue.* Item, cum concilium illud habuisset causam introducendi consuetudinem, intendendo uti jure suo: *not. Innoc. in c. bonæ*, 2. *de postu. præla. & in c.* 1. *de consue.* quòd non constat. Item, nec fuit talis consuetudo inducta de scientia ejus qui super eo ubi inducitur, habet ordinariam jurisdictionem, & potestatem contradicendi: *ut alleg. l. de quibus*, *&* 93. *di. illud*, & non sufficit toleratio: *ut c. cum non ignores*, *& c. cum jam dudum*, *de præben.* nam etiam si specialibus personis præjudicaret consuetudo, illorum consensus intervenire oportet, nec præsumitur intervenire, nisi manifesto judicio probetur: *not. Innoc. in alleg. c.* 1. Requiruntur etiam alia ibidem per eum notabilitèr posita, ad hoc ut per consuetudinem posset se concilium del Villarejo fundare, quæ non fuerunt observata. Item, oportet probare per expræssa verba utentis, quòd intendebat uti jure suo, & quòd alius non contradicebat facto, vel dicto: sed sic patiebatur eum uti, non quasi ex gratia, sed quasi ex debito: *ut Innoc. elegantèr in alleg. c. bonæ*, *de postu. præla.* Item, oportet quòd is, in cujus præjudicium fit actus, sciat quòd debet constare per probationes secundum exempla: *Innoc. ubi suprà.* Et si plures sunt quibus ex possessione fieret præjudicium, omnes scire debent, quòd alius intendit uti jure suo: *ut ibi Innoc.* nam si ego possideo aliquod jus, nemo potest illud præscri-

UVA. BHSC. SC 05749

cribere, me ignorante, quia quando nescivi, non amitto possessionem: *not. in c. conquærente, de offic. ordi. & in alleg. c. bonæ, per Innoc.* cum autem omnia ista deficiunt, nec unum solum de requisitis ad creandam consuetudinem potest probari concilium del Villarejo, non potest se consuetudine tueri, quin solvere dictas teneatur contributiones. Item, nec obstat, quòd in secunda transactione, seu compositione continetur, scilicèt, quòd non teneantur cives del Villarejo ad aliqua tributa domino præstanda, quia ibi loquitur de tributo domino debito, de quo non est quæstio, & in casu præsupposito loquimur de contributionibus concilio debitis, & ideo debemus stare propriæ significationi verborum: *ff. de exerci. l.* 1. §. *is qui navem, cum simi.* Nec obstat, quòd *not. Innoc. & Host. in c. quòd latentèr*, ubi si per dominum, vel potentem pignora capiantur, & redimantur, vel subditi probabilitèr timeant, seu vexationem suam redimant, per talem præstationem non acquiritur jus: ut patet *in c. quòd latentèr, de re. jur.* Non obstat, quia dictus dominus non fundat intentionem suam propter hoc, quia fundat concilium de Montalt. *ex l. Regni*, & ex consuetudine per concilium acquisita, non per dominium. Item nota, quòd collecta tunc dicitur munus patrimoniale merè, quando imponitur certa, & perpetua super æstimatione rei pro solido, & libra, & tunc res est hypothecata, & affecta ad solutionem talis muneris. Ideo ad quemcumque vadit, transit cum onere suo. Sed quando imponitur personæ pro rebus, est incerta, quæ secundum varietatem eminentium negotiorum mutatur, tunc appellatur munus mixtum, nec res est hypotheca-ta: *not. Bal. tit. de pa. constan. c. nos Romanorum*, 4. *col.* & licèt obligatio dirigitur in personam, tamen causa finalis est ipsa res: *ut not. in alleg. l.* 1. *C. de sen. quæ pro eo quòd iter. l. unica, & ibi Bal.* 8. *col.* Item nota, quòd statutum non potest facere prædia tributaria, nisi exprimat speciem, & qualitatem tributi. Nam ea quæ variantur, & non sunt uniformia, nec certa non possunt dici tributa: *not. Bal. in l. neminem, C. de Sacrosanct. Eccles.* Item nota, quòd licèt non possit de jure communi imponi collecta nisi personis subjectis ratione originis, vel domicilij: ut est conclusio *Bar. in libertus*, §. *sola. ff. ad municipa.* civitates tamen sibi usurpant hodie hoc privilegium: *ut ibi Bar. in fi. concord. l. forma.* §. *si quis verò, ff. de censi. & vide Bar. in* §. *illam æquitatem, ejusdem l.* Quæritur numquid consuetudine potest induci? ut unus nobilis, vel homines alicujus castri possint scindere ligna, vel pascere animalia in limites alterius castri, vel in fundo alterius? *Doc. in c. dilecti, extra de arbi. super glos. fi.* concludunt quòd sic, dum tamen consuetudo non sit inducta per violentiam, ad hoc facit *c. super quibusdam de verb. sig. & l. si quis diuturno, ff. si servi. vendi. quòd placet Ab. de Cecil. in alleg. c. dilecti*, nam quemadmodum posset præscribi, seu acquiri tota res, ita & usus rei. Ad idem *text. in l. venditor, ff. communia prædio*, ubi probatur quòd valet consuetudo, ut quis oblato pretio possit scindere ligna, vel quòd simile in fundo alterius. Dicunt tamen notabilitèr DD. *in alleg. c. dilecti*, quòd ubi ligna, seu pascua non possent sufficere domino, & alijs, etiam consuetudine præcedente, quòd tunc dominus est præferendus: *ar. in c. suggestum, de decimis, & in c. quòd per novale, de verb. sig. Hoc idem tenet Ludov. de Rom. in suis singularibus, in singul.*147. dicens, quòd præscribit unum castrum, vel communitas usum nemoris in territorio alterius communitatis modo accidit casus, quòd commoditas sylvæ, cujus usus præscriptus est, non sufficit ambobus scilicèt, castro cujus nemus præscriptus est, & illi qui præscripsit. Et concludit, quòd præfertur ille adversus quem est præscriptum: ut notant singularitèr *Host. & Jo. An. in alleg. c. dilecti, de arbi.* decidentes hoc ex duobus casibus: *ex alleg. c. suggestum, & c. quòd per novale*, qui textus licèt expræssè non faciat, probant tamen hoc ex ratione, & argumento. Hoc non facit ad quæstionem, de qua per antiquos DD. *in alleg. c. suggestum*, concessum fuit patrifamilias pro se & familia, quòd posset aquam ducere de puteo meo, ad rigandos agros suos, vel quòd possit molere in molendino meo pro se, & familia sua, agri illi in immensum sunt augmentati, in tantum quòd puteus non sufficeret, vel familia augmentata est in immensum, & quilibet de familia vult ducere aquam, vel mo-

UVA. BHSC. SC 05749

que no pierda su demanda, querellese (*a*) al Rey de aquel que tiene la su cosa, ò emplacele (*b*) por señal que él pare, ò por car-

molere in molendino, an possit, & per illum textum est dicendum, quòd non, quia secundum diversitatem temporum, & varietatem rerum, privilegia sunt attendenda, & causa nova superveniente mutatur privilegium, ad quòd facit, *ff. de contrahen. emp. l. in leg.* ubi Labeo inquit, lapidicinas quæ tempore venditionis non erant, nec apparebant, non esse emptas. Ex quo infertur in articulo quòd inspicitur tempus concessionis ductus aquæ, vel usus molendini secundum quantitatem familiæ, vel agrorum tempore concessionis privilegij. Ad hoc etiam facit, *ff. de contrahen. emp. l. fistulas*, §. *frumenta.* Ab eo namque quòd diu visum est æquum, receditur propter evidentem utilitatem: *ff. de consti. princ. l. pe.* Et eadem ratione propter enorme damnum receditur ab eo quòd diu obtentum est: *not. glos. fi. in alleg. c. quid per novalle*, optimè facit *text. in l. præses*, *C. de servit. & l. non modus eo. tit.*

(*a*) Querellese. Nota unum modum interrumpendi præscriptionem, scilicèt, per solam libelli oblationem Principi factam, ut hic, licèt de jure libelli oblatio quæ fit Judici, antequam pars citetur, non dicitur propriè de processu causæ; nec dicitur procedere in appellatione, ille qui offert libellum parte non citata: *ut not. in l.* 1. *ff. de in jus vo. & ibi Bald.* Per productionem tamen instrumenti factam contra præsentem in judicio, ita interrumpitur præscriptio, sicut per citationem, quòd est benè notandum: *ut ibi not. Bald.* interrumpitur, etiam, si proceditur contra præsentem; etiam eo non citato; quia præsentia æquiparatur citationi, secus si contra absentem: *ut ff. de re. judi. l. de unoquoque, & ff. de mino. l. etiam*, §. *fi. & Bal. ubi suprà.* Interpellatio etiam partis interrumpit præscriptionem; quòd credo verum, si sit judicialis, vel naturalis talis interpellatio. Non enim sufficit ad interrumpendam præscriptionem quælibet inquietatio: *ut C. de an. excep. l. ut perfectius, ff. de usuca. pro emp. l. alienam, & C. ne de sta. de. l.* 2. *ubi hoc notat Bal.*

(*b*) O emplacele. Nota alium modum interrumpendi præscriptionem per citationem, quòd intelligo comparente reo, aliàs non interrumpitur præscriptio: *ut not. Gui. de cu. in l. sicut, C. de præscrip.*30. *annorum, ut reffert Bal. in dicta l.* 1. *ff. de in jus vo.* per solam etiam citationem interrumpitur præscriptio de jure, si pars citata super causa certificatur, aliàs nihil prodesset: *ut dixi suprà eo. lib.* 2. *tit.* 3. *l.* 5. Alios modos interrumpendi præscriptionem vide *in eo. tit. l.* 9. Fit etiam de jure interruptio præscriptionis naturalitèr, ut quotiens amittit possessionem, quòd multis modis fit: *ut Azo. in sum. C. de acqui. pos. ff. de usuca. l. naturalitèr.* Item, fit interruptio civilitèr, *ut per litis contest. C. de præscrip. lon. temp. l. nec bona, & C. de præscrip.* 30. *annorum, l. cum notissimi, in princ. quæ quasi contestatio dicitur, ut ff. de acti. & obli. l. constitutionibus.* Item, per debiti agnitionem, vel secundam obligationem, vel partis debiti solutionem: *ut dicta l. cum notissimi*, §. *sed & si quis.* Item, fit per rei detentionem, quæ imitatur litis contestatione: *ut alleg. l. cum notissimi*, §. *immo. de quo not. Azo. in sum. C. de anna. excep.* Quot autem modis, & qualitèr interrumpat præscriptio ultra jura suprà allegata: *not. in l. si post, glos.* 1. *ff. de rei vendi. & in l. more litis, C. eo. tit. & ff. ad exhiben. l. Julianus*, §. *quanto, in glos. & C. de litis contestat. auct. offeratur, glos. fi. & ibi Ci. & C. de anna. excep. l. ut perfectius, glos. pe. & Ci. C. ubi in rem actio. l.* 2. *& Bar. in l.* 2. *in fi. ff. pro. & glos. in c. ut debitus, extra de appel. & Spec. de litis contest.* §. *fi. & ibi. Jo. An. in addi. & vide l. partitæ.* Peregrina præscriptio: 5. *q. & infra l. pe.* Item nota, quòd per exceptionem non fit interruptio præscriptionis. De quo vide *Spec. eo. tit.* §. 1. *vers. & not. quòd per exceptionem, cum se. & c. cum dilectus, glos. exceptionis, extra de ordi. cogni.* An autem interrumpatur præscriptio ubi quis de possessione ejicitur, & statim recuperat possessionem: *not. in l. possessionem, glos. pe. ff. de vi, & vi art. & ibi Bar. & C. ad l. Jul. de vi. pu. l. si quis ad se fund. gl. fi.*

UVA. BHSC. SC 05749

ta del Alcalde, ò por su home conoscido, asi como manda la Ley: (*a*) è si asi lo ficiere, el tiempo pasado, no le embargue su demanda, ni otro si el tiempo de mientra que corre la contienda con su contendor. Mas si despues (*b*) de aquesto no quisiere seguir su Pleyto, è le dexar, è tener la cosa en paz por año è dia, siendo en la tierra, si despues de aquel tiempo la viniere demandar, el tenedor se pueda defender por aquel tiempo.

Ley VIII. Como ninguno puede sin posesion prescribir.

MAndamos, que ninguno no pueda toller à otro sus cosas por tiempo, si él no las tuvo, (*c*)

(*a*) LA LEY. *Quæ est suprà tit. de los emplazamientos*, *l.* 6.

(*b*) MAS SI DESPUES. Hoc idem *not. in l.* 2. *C. de lon. temp. præscrip. & in l. neque bona*, *eo. tit.* Ultimo nota secundum *Bal. in l. litigator. C. de fruc. & litis expen.* quòd quædam sunt quæ non pereunt perempta instantia, ut interruptio præscriptionis, & perpetua actionis: & est ratio, quia non pendent ex gerendis, sed ex gestis: *ut l. fi. C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annorum.* Quædam alia sunt quæ pereunt, ut ea quæ pendent ex agendis, non ex gestis, ut juramenta testium non examinatorum, & reliquus ordo judicij: *ut l. properandum*, *de judi. & ff. judi. sol. l. cum lite mortua*, *& l.* 3. *quæ in frau. cre. & l. fiscus*, *de jure fisci*, & hoc quòd dictum est de perpetuatione, & interruptione, est speciale odio præscriptionis. Et ratio quia interrumpitur præscriptio est, quia cessat finalis causa præscribendi in odium præscribentis, cum in omni præscriptione complenda requiratur negligentia adversarij: *ut C. de anna. excep. l.* 1. *in fi.* ergo ille qui est diligens non lædit ex temporis cursu: ut legitur, & notatur *in auct. de appel. post princ. colla.* 8. Qui ergo fuit diligens interrumpendo peregit quantum ad hunc effectum suam intentionem, non obstante quòd postea pereat instantia. Et ista est ratio *dict. l. fi. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annorum*, illud tamen adde prædictis, quòd si quis absolvitur propter ineptam petitionem, etiam si lis erat contestata, omnia acta pereunt: *ut not. per Host. & Innoc. in c. causa. de testi.* nam judicium malè fundatum præscriptionem non interrumpit: ut elegantèr notatur *in auct. offeratur*, *C. de litis contest.*

(*b*) SI DESPUES. Hoc idem *not. in l.* 2. *C. de lon. temp. præscrip. & in l. neque bona*, *eo. tit.*

ADDICION.

En quanto à lo que esta Ley manda, que sin posesion no haya prescripcion, concuerda la Ley 2. de la 3. Partida, tit. 29. que dice, que los locos, como no posean, no pueden prescribir: en lo que esta Ley dice, que los bienes raíces se ganan por 30. años, concuerda la Ley 20. del dicho tit. è la Ley 19. è 21. del dicho tit. declara, que con mala fé se prescriben los bienes raíces por espacio de 30. años, caso que esto hoy no procede de derecho canonico por el capitulo vigilanti, è final de præscriptionibus. *Concuerda con esta Ley, en la continuacion de la posesion, la Ley 16. è 29. del dicho tit. Concuerda con esta Ley, la Ley 5. de las Ordenanzas Reales, lib. 3. tit. 13.*

(*c*) MANDAMOS: NO LAS TUVO. Et est hujus legis ratio secundum Episcopum, quia sine possessione præscriptio non procedit: *ut in c. sine possessione*, *de reg. jur. lib.* 6. *cum suis concord.* licèt fallit in capto ab hostibus, *ut not. Bar. in l. si is qui pro emptore*, *ff. de usuca.* Item, mortuo præscribente ante additionem hæreditatis, repletur præscriptio, etiam si jacente hæreditate nemo possideat: *ut l. cœptam*, *& l. justo*, §. *non dum*, *ff. de usuca.* fallit in alio casu, quem notat *Bar. in l. naturalitèr*, *ff. eo. tit. & in l. rerum mixtura*, §. *hæres. eo. tit.* Item, in debitore, qui licèt rem pignoratam non possideat, præscribit eam: *ut l. servi nomine*, *& l. non solum*, §. *qui pigno. eo. tit.* Et est ratio, quia creditor nomine debitoris possidet pignus: *ut in d. ll. not.*

(*c*) NO LAS TUVO. Vel alius ejus nomi-

UVA. BHSC. SC 05749

maguer que otro (*a*) las tuviese, si él las hubo de aquel que las tuviera: ò si por fuerza de aguas el señor de la cosa perdió la tenencia, (*b*) pero que dellas fuera fuese por año, è dia, (*c*) seyendo en la tierra, por treinta años seyendo fuera de la tierra.

Ley IX. Como debe ser metido en posesion de la cosa aquel que dice que es suya.

SI por (*d*) aventura el tenedor de la heredad, ò de otra cosa no fuere presente, y aquel que dice que la cosa es suya viniere ante el Alcalde à querellarse del tenedor de la cosa, y el tenedor no es en la tierra, entonce el Alcalde metalo en tenencia de la demanda ante testigos, è tenga la tenencia por ocho dias, è ninguna cosa no tome, ni enagene ende: y de los ocho dias adelante, dexe la cosa en paz para aquel que ante tenia: è todo aquel tiempo que es pasado no embargue su demanda; è si no pudiere haber el Alcalde, ò el que fincáre en su lugar, afruentelo (*e*) ante homes buenos, è vala.

---

mine: 3. *part. eo. tit. l. por tiempo*, & *l. comienza*, *in fi.* & *alleg. l. servi nomine*, *nec ob. eo. tit. l. non solum*, §. *si rem*, quia ibi vero domino fuit res pignorata.

(*a*) Que otro. Scilicèt, extraneus, & hujusmodi legis est ratio, quia defuncto possessore, si per alium quam per hæredem possessio apprehendatur, impeditur continuatio possessionis defuncti in personam hæredis: *ut ff. de acqui. pos. l. Pompejus*, §. *quæ sint*, & *ff. de usuca. l. possessorio testatoris.* Sed si apprehensa per alium apta sit immediatè continuari possessio, pro continuata debet haberi: *ar. ff. de testa. mi. l. filius.* Et est ratio, quia usucapio continuatur defuncto possessore: *ut dicta l. filius*, & *ff. qui ex cau. l. cum miles*, *circa princ.* & *ff. pro hærede*, *l.* 2. §. *filium.* Et est notandum, quòd patientia pro traditione habetur: *ut ff. de servitu. l. quotiens*, & *l. ubi autem*, §. *qui id quòd ff. de verb. obli.* Sed si novus possessor est hæres hæredis defuncti possessoris, cum eadem persona juris actione reputetur, continuat possessionem, & præscriptionem: *ut ff. de usuca. l. hæres*, & *in auct. de jurejur. à mo. in princ. colla.* 5.

(*b*) La tenencia. Nota quòd licèt prædij innundatione fluminis occupati perdatur possessio, non tamen perditur dominium: *ut hic*, & 3. *part. tit.* 24. *l.* 32. & 30. *lib.* 14.

(*c*) Año, e dia. Quanto tempore non utendo perdatur possessio: *vide Hen. in c. quærelam*, *extra de elec.* Item, si scio alium uti re mea, an eo ipso perdo possessionem: *Hen. in c. olim in* 3. *extra de resti. spol.*

ADDICION.

Vey la Ley 28. *è* 29. *è* 30. *de la* 3. *Partida, tit.* 29. *que pone, como la prescripcion se puede interrumpir.*

(*d*) Si por. Nota per hanc legem duos modos interrumpendi præscriptionem, cum possessor est absens. *Concord. foro juz. lib.* 10. *tit.* 2. *l.* 5. & *vide quòd scripsi suprà eod. tit. l. porque es, cum concord. ibi alleg.* & *vide* 3. *par. eo. tit. l.* 29. & *se.* & *l. fi.*

(*e*) Afruentelo. Sed cum ista lex loquatur de interruptione contra absentem, qualitèr potest possidentem afrontare, vel interpellare, cum est absens? Dico, quòd si est præsens, soluta est quæstio, & tunc etiam debet fieri talis interpellatio: *ut dixi suprà ead. l. porque es.* Si autem est absens, denuncietur Procuratori, si eum dimisit: *ut not. in l. item veniunt*, §. *petita inte. glos. ff. de petit. hæred.* & *Cy. in l. minorum*, *C. qui caus. in inte. restit. non est necess.* Si verò non est Procurator, fiat requisitio ad domum, vel amicis, vel uxori: *ut*

UVA. BHSC. SC 05749

Ley X. Como no corre prescripcion contra aquel que está desterrado.

SI algun home fuere echado de la tierra, (*a*) y despues viniere demandar alguna cosa que es suya, è la tiene otro, y aquel que la tuviere se quisiere ampa-rar por tiempo, mandamos, que aquel tiempo que fuera echado de la tierra, no sea contado. (*b*)

TITULO XII.

DE LAS JURAS.

Ley I. En qué manera debe jurar aquel à quien es diferido juramento.

QUando se alguno hubiere de salvar (*c*) por su cabeza,

---

ut notat Bart. in l. aut qui aliter, §. *& si fortè*, *in glos. ff. quòd vi aut clam.* Et ista afrontatio debet fieri prout convenit cum protestatione, ut constituat interpollatum in mora: *ut not. in l. quædam personæ*, §. *is autem*, *in glos. ff. de eden. & Bart. in l. servum stichum*, §. *videamus*, *ff. de verb. oblig. Et vide quòd not. infra l. proxima.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 20. de la 3. Partida, tit. 29. la qual declara esta Ley. E vey la Ley 28. del dicho tit. que pone sus casos, en los quales si uno contra otro estando absente prescribe sus bienes, que despues de venido tiene quatro años para pedir sus bienes, y este tiempo corre contra sus herederos despues de él muerto.

(*a*) SI ALGUN HOME FUERE ECHADO DE LA TIERRA. *Cum hac l. concord. foro juz. lib.* 10. *tit.* 2. *l. fi.* quæ etiam loquitur in capto.

(*b*) NO SEA CONTADO. Et est ratio, quia non valenti agere, non currit præscriptio: *ut dixi suprà eo. l. si herederos, & not. plenè Hen. in c. auditis*, 2. *di. extra eo. tit.* Idem si jus non potest reddi in terra, vel propter hostilitatem: *ut c. extransmissa*, *extra eo. tit.* 16. *q.* 1. *c. prima actione*, *ff. de cap. & post limi. rever. l. post liminium*, *& C de capti. l. ab hostibus*, vel propter Judicis defectum, vel propter rei defectum: *ut ff. ex qui cau. ma. l. sed & si per prætorem.* Et necesse tamen est, quòd doceat se voluisse agere, sed propter causas prædictas non potuisse: *ut dict. l. sed & si per prætorem*, §. *si feriæ*, undè utile est, quòd super hoc protestetur: *ut C. de anna. excep. l. ut perfectius*, *extra de offi. ordi. c. pastoralis*, §. *fi. & Innoc. Host. Jo. An. & Hen. in dict. c. extransmissa*, *& Archi. in dict. c. prima actione*, *& not. suprà eo. tit. l.* 7. *& l. suprà proxim.* Ultimo nota, quòd per pactum potest agi, ut nulla præscriptio currat: *ut ff. de edil. edic. l. quòd si nollit*, §. *si quid ita*, quia cum præscriptiones currant in defectum provisionis hominis, potest hoc prospicere, ne currant. Nec intelligitur in mora, qui scit jus suum ubique durare: *ut not. Bal. in l. unica, C. de sen. quæ pro eo quòd inte. pro. licèt Bar. aliud not. in l. nemo potest*, *& in l.* 1. *ff. de usuca.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 19. de la 3. Partida, tit. 11. que pone, cómo los Christianos han de jurar. E la Ley 20. del dicho tit. pone cómo han de jurar los Judios. E la Ley 21. del dicho tit. pone cómo han de jurar los Moros. E la Ley 22. del dicho tit. pone la forma que los Jueces han de tener para que las Partes juren. Vey la Ley del estilo, que es 240. que manda, que quando alguno hubiere de jurar por mandado del Juez en alguna Iglesia, ò sobre Altar, que han de estar à ello presentes fieles, ante quien la jura se haga.

(*c*) QUANDO, DE SALVAR. Ut videlicet, si jurat se purgando redeundo ab hæresi, vel à quolibet horrendo crimine: 1. *q.* 7. *c. quotiens*

UVA. BHSC. SC 05749

sobre que dicen que fizo, ò que dixo, ò que debe facer, ò dar, jure (*a*) primeramente, que aquella cosa que demandan, que lo no fizo, ò que lo no dixo, ò que la no debe facer, ò dar: è de sí aquel que lo juramentáre echele la confusion en esta guisa, que si la mentira sabe, jura que Dios le confunda, en este mundo al cuerpo, y en el otro al anima, como home que jura falsedad: è responda amen. E si hubiere à jurar sobre fecho ageno, ò deuda que otro fizo, porque él es tenido, jure que él no lo sabe, (*b*) ni

---

tiens, de purg. ca. c. interdum, de conse. di. 2. *ca. ego*, & sic juratur super facto, & etiam super jure juratur, ut si juras legem sic statuere, vel non statuere, vel sic intelligenda, vel non: *ut ff. de jurejur. l. vel* §. *si verò creditor, & Azo. in sum. C. eo. tit.* §. *si quid in causa criminali*. Et hoc juramentum purgationis fit propter inopiam purgationis: *ut ibi not. Azo. licèt in criminali causa*, in qua requiruntur probationes luce clariores, non sit locus de jure delationi juramenti: *ut C. de dolo, l. dolum, & quòd metus causa, l. non est verisimilitèr, in princ. & not. glos. in l. ait prætor* 1. §. *quæcumque, glos. agatur, ff. eo. tit. sed illud habet verum secundum Ol. & Doc. ibi.* quando tale juramentum defertur actori ut reus condemnetur. Et hoc est prohibitum, sed si defertur reo, ut purget innocentiam suam, hoc est permissum: *ut hic, & C. de his qui ad Eccles. confu. l. fi. & ibi Ci. & vide Ci. in l. bovem, C. eo. tit. quæst.* 1.

(*a*) Jure. Scilicèt, super Sancta Dei Evangelia: *ut c. quotiens, de pur. cap. corporalitèr, scilicèt, cum manu tangendo, ut text. juncta glos. quæ incipit: Per hoc dicas, cap. ut circa, extra de elect. lib.* 6. *cum ibi alleg. & Hen. in c. ad abolendam, de hæreti.* 2. *di.* & hoc de consuetudine jurandi servatur, licèt de jure nihil interest, sive juretur super Evangelia, sive super reliquias, sive per fidem: *ut Spec. eo. tit.* §. *unico, ver. in sum. & c. ad aures quòd metus causa, & c.* 2. *de fidejuss. & c. cum tempore, de arbi.* 22. *q.* 5. *cap. juramenti*. Multiplex enim est forma jurandi: *nam in l. veteri jurabatur sic.* Vivit dominus in veritate, vel hoc addat mihi Deus: *ut c. & jurabunt* 22. *q.* 1. *& c. & si Christus, extra eo. tit.* In primitiva verò Ecclesia jurabatur. Testis est mihi Deus, aut scit Christus, quòd sic est in meo animo, vel testis est mihi conscientia mea, vel hoc dico coram Deo: *ut* 22. *q.* 1. *si peccatum*, §. 1. Hodie verò juratur ut suprà: per Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, & per istam Crucem, & Sancta Dei Evangelia, vel junctim: *ut cap. de parentela* 15. *q.* 6. *& c. tibi* 63. *di.* & vix hodie adimpletur juramentum. Juratur etiam per salutem Principis 1. *q.* 7. *c. quotiens.* Per membra tamen Dei non est licitum jurari: *ut in auct. ut non luxu. contra na. coll.* 6. *circa medium, & de forma hujus juramenti vide* 3. *part. eo. tit. l.* 5. *& l.* 19. & quando in criminalibus sit locus delationi juramenti: *vide Bar. in l. maritus, ff. de quæstioni.* Qualiter Judæi debeant jurare: *vide* 3. *part. tit.* 11. *l.* 20. Qualiter jurat Maurus: *vide* 3. *part. tit.* 11. *l.* 21.

(*b*) Jure que el no lo sabe. Reffert hic, Episcopus quòd hoc casu potest jurare si vult, sed si non vult, non cogitur: *ut in l. Marcellus*, §. 1. *ff. rerum amo. & infra lib.* 3. *tit. ult. l.* 2. & potest esse hujus dicti ratio, quia super facto alieno nemo cogitur præcisè jurare: *ut dicta l. Marcell. & l. videamus, ff. de in litem juran. & not. glos. fi. in c. quotiens, de pur. ca. & glos.* 2. *in c. fi. extra eo. tit.* & ubi probabilitèr quis ignorat, non cogitur jurare, nec refferre: *ut not. in l. manifeste, ff. eo. tit. Et ibi Dynus. & Bar.* An Ecclesia, vel Judex sæcularis cognoscat de juramento? & an lex interpræetetur juramentum? & an obligat juramentum in contractibus simulatis? *not. Bald. in l. nec patronis, C. de operis liber.* Et ad hanc *l.* 1. *in fi.* est notandum incidentèr, quòd adjectio juramenti mutat forum: *ut cap. fi. de foro comp. lib.* 6. sicut quandoque validat contrac-

UVA. BHSC. SC 05749

lo cree, ni lo oyó decir à aquel por quien à él facen la demanda, y echen la confusion sobredicha desta Ley, y responda amen, è desde y sea quito.

Ley II. Como juramento que es fecho contra derecho, no es derecho que sea guardado.

SI alguno juráre que faga alguna cosa que sea contra Señorío de Rey, (*a*) ò daño de su tierra, ò en peligro de su alma, (*b*)

---

tractum: *ut c. quamvis, de pact. lib.* 6. *& c. licèt de jurejur. eod. lib.* Quandoque nil operatur: *ut c. non est obligatorium, de reg. jur. eo. lib.* Alijs tamen videtur, quòd talis adjectio juramenti non mutet forum, sed accumulet. Fatentur enim perjurium esse crimen Ecclesiasticum: *not. glos. in c. cum sit, de foro comp.* sed non necessarium est mere Ecclesiasticum, quin Judex sæcularis de illo possit cognoscere, idemque punire. Primum probatur in *alleg. c. licèt, eo. tit. ibi*: quamvis eis constet legitimè, & in fine ubi pronunciare non impediuntur, imò coguntur. Secundum pactum, *C. de transac. l. si quis major, ff. de crimi. styllo, l. ult. & ff. de jurejur. l. si duo, §. fi. & probatur* 23. *q.* 5. *rex debet.* Est ergo illud mere Ecclesiasticum, de quo sæcularis Judex cognoscere non posset: *sicut de hæres. ut c. inquisitionis, §. prohibemus, de hæreti. lib.* 6. Ad idem facit *c. tua, qui fi. sunt le. & c. lator. & de sen. excom. si Judex*, in quibus exprimitur esse casus specialis, nec obstat *c. novit, de judi.* ubi provocavit rex Angliæ ad judicium Ecclesiæ. Nam ibi occurrebat qualitas pacis fractæ: *C. de treg. & pa. l.* 1. & defectus superioris: *qui fi. sunt le. per venerabilem, §. insuper decre. venerabilem, de elec.* loquitur cùm dubitatur, an juramentum esset licitum, vel non? & si esset quid juris? Distinguendum est igitur inter pœnitentiale forum, & judiciale, nam quoad primum non est dubium, perjurium esse crimen Ecclesiasticum, & sic loquitur 22. *q.* 1. *prædicandum, de.* 2. loquendo de juramentis quibus versatur alterius interesse distinguitur, an agatur ex juramento, ut servetur, an excipiatur ex illo? Primo casu contra laicum uterque est competens Judex Ecclesiasticus, & sæcularis: *not. Jo. An. in alleg. c. cum sit*, si autem contra agentem excipiatur de juramento, quicumque Judex causæ de hoc cognoscet, & diffiniet, sive sit Ecclesiasticus, sive sæcularis, in qua diffinitione servari debet jus canonicum, & ad hoc per Ecclesiam potest sæcularis cogi: & sic loquitur dictum *c. licèt*, & sic practicatur *alleg. c. quamvis, & auct. sacra. C. si adver. ven.* ubi autem revocaretur in dubium probabile, an sit juramentum licitum, & servandum, vel ne recurrendum esset ad Ecclesiasticum Judicem: *ut alleg. c. venerabilem, de elec. not. Jo. An. in novella. in c. laicus de foro compet. lib.* 6.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 11. *de la* 3. *Partida, tit. de las juras. Concuerda la Ley* 27. *del dicho tit.*

(*a*) SI ALGUNO, CONTRA SEÑORIO DE REY. Nota hic duos casus proditionis, alios casus scripsi *suprà eod. foro, lib.* 1. *tit.* 2. *l.* 1. Et hoc idem intelligo de alijs casibus proditionis, de quibus ibi propter identitatem rationis. Et est ratio, quia proditio est turpe, & vile crimen: *ut ibi not. & foro novo, l. traditiones, &c.* & juramentum firmat illa quæ in se turpitudinem continent: *ut l. si quis inquilinos, in fi. ff. dele.* 1. 22. *q.* 4. *c.* 1. *& per totum, & c. quintavalis, & c. quanto, extra eo. tit. & cap. constitutionem, §. cæterum, de verb. sig. lib.* 6. *& c. non est obligatorium, de reg. jur. eo. lib.* 6. *& c. ubi majus, de elec. & c. quia sæpè, eo. tit. & c.* 2. *de re. Eccles. non alie. lib.* 6. Circa hoc vide quòd scripsi *suprà eo. foro, lib.* 1. *tit.* 11. *l. fi.*

(*b*) PELIGRO DE SU ANIMA. Et est ratio, quia sine interitu salutis æternæ tale juramentum non potest servari, ideo non valet: *ut c. si verò, extra eod. tit.* & hoc casu jurans potest propria aucto-

UVA. BHSC. SC 05749

asi como matar, ò furtar, (*a*) ò forzar, ò otra cosa desaguisada (*b*) semejante destas, tal juramento no vala, ni sea cumplido: ca el juramento, que es cosa santa, no fue establescido para mal facer, (*c*) mas para las cosas derechas facer, è guardar. Otrosí, mandamos, que ningun juramento que home ficiere sobre qualquier cosa, quier por fuerza, (*d*) ò por miedo (*e*) de su cuerpo, ò de su haber perder, mandamos que no vala.

---

toritate contravenire, *ut ibi not. Henr. & in c. mulieri*, *& ibi Doc. eo. tit.* Idem si evidentèr juramentum sit illicitum, quia propria auctoritate contra id licèt venire: *ut 22. q. 1. c. diffinitio. & c. in malis*, *& hic tenet Gau. in sum. eo. tit.* §. *in sum. cum se.*

(*a*) Matar, ò furtar. Et ista quia sunt prohibita de jure divino, idem si sunt prohibita de jure communi, quia sunt illicita, mala, & irrationabilia, illa non valet juramentum firmare: *ut C. de legi. non dubium*, *de agri. & censi. l. quemadmodum*, *lib. 10. & alleg. cap. in malis*, *de regu. jur. lib. 6.*

(*b*) Desaguisada. Juramentum enim dicitur illicitum sex modis. Ex persona, ex re, ex fine, ex causa, ex tempore, ex modo: *ut not. Jo. An. & Archi. 22. q. 4. in sum. & Spec. tit. deleg.* §. *nunc ostendendum*, *ver. 24. & Hen. in d. c. si verò*, *1. di. circa fi. ubi not.* quòd licèt juramentum sit licitum, non tenetur jurans ad ejus observantiam, nisi aliàs sit in præcepto, quòd est notandum. Est tamen notandum, quòd juramento semper inest clausula, quòd si non valet quòd ago, ut ago valeat ut valere potest, & ideo *in l. 1. ff. de consti. pec.* si esset appositum juramentum, licèt non valeret ut stipulatio, valeret ut pactum. Hoc tenet *Bald. in l. eam quam C. de fideicommissis.*

(*c*) Para mal facer. Juramentum enim non debet esse vinculum iniquitatis: *ut c. inter cætera 22. q. 4.* Et est ratio, quia juramentum debet habere tres comites, veritatem, scilicèt, judicium, & justitiam: *ut c. advertendum 22. q. 2. & in c. quanto*, *extra eod. tit. concord. 3. part. eod. tit. l. mucho*: quos comites juramentum non haberet, si propter illud malè facere permitteretur.

(*d*) Por fuerza. Vide quòd scripsi *suprà eod. foro*, *lib. 1. tit. 11. l. 4. cum ibi alleg. & quòd not. Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fidejuss. & glos. in c. auctoritatem*, *15. q. 6. & An. de Bu. in c. cum locum*, *extra de spon.* Et nota ex hac lege cum indistinctè loquatur, quòd non habet hodie locum: *3. part. eod. tit. l. fi.* ubi dicitur, quòd jurans licita non excusatur ob vim illatam, ut juraret; nisi in casibus ibidem contentis, & per hanc legem id non servatur per rationes quas scripsi *in l. suprà alleg.* & vide quòd notat *glos. in c. 1. & 2. eo. tit. lib. 6.*

(*e*) Por miedo. Facit ista lex ad quæstionem dominicalem Bartholomæi Brixiensi, quæ incipit: *Carceratus quidam*, ubi quærit, si ille qui est in carcere, juravit custodi carceris, quòd rediret ad carcerem; si permitteret eum die aliqua solemni Missam audire, custos verò recepto Sacramento permisit eum Ecclesiam intrare, qui postea redire renuens, allegans Ecclesiæ immunitatem: quæritur an compellatur exire? Et videtur quòd sic, primò ea ratione; quia hosti fides servanda est: *ut 23. q. 1. noli 22. q. 4. innocens*, ergo ad carcerem redire compellitur. Item, cum juramentum istud non vergit in interitum salutis æternæ, servandum est: *ut c. si verò*, *de jurejur.* non enim debet via perjurijs aperiri: *ut C. de indic. vidui. tol. l. 2. in fi. & C. si adver. ven. pig. l. 1.* Item, aut justè, aut injustè positus est vinculis. Si justè, Sacramentum solvat: *17. q. 4. uxor. felicis.* Si injustè prius solvat Sacramentum, & postea petat liberationem: *ut c. debitores*, *extra eo. tit. & c. commissum*, *de spon.* Item, secundum leges fugiens de carcere, etiam si inculpabilis reperiatur, punitur: *ut ff. de custo. reo*, *l. in eos*, imò quòd plus est, capite punitur: *ut ff. de re mili. l. milites*, *vers. fi.* Item, custos iste, tanquam spoliatus carceris

UVA. BHSC. SC 05749

Ley III. Como el que se ha de salvar por su juramento, debe él mismo jurar, è no otro por él.

TOdo home que alguna cosa hobiere de salvar à otro por jura, jure (*a*) él mismo por su cabeza, è no dé jurador (*b*) otro por sí; è si amos fueren de la Villa, jure à la Misa dicha de Tercia, en lugar que fuere puesto por los Alcaldes, ò por el Concejo: è si fueren de fuera de Villa, ò amos, ò el uno dellos, jure el dia del plazo desde que nasce el Sol fasta que se ponga, en el lugar que fuere puesto por los Alcaldes, y por el Concejo. E si no fuere al plazo à salvarse por la jura, pudiendo venir, caya de la demanda: (*c*) è si él fuere, y el

ris possessione, volens eum reducere, si non admittitur, est restituendus: *ut ff. de acqui. pos. l. clam possidere*, §. *qui ad nundinas*, etiam si injustè eum detineat: *ut c. in litteris, de resti. spo.* In contrarium adducit, quòd id quòd fit animo evadendi, non obligat promittentem: *ut cap. perlatum quòd metus causa*, & *c. veniens, de spon. 21. q. 2. lotharius, circa fi.* ergo juramentum istud eum non obligat; cum hoc fecit ut possit à vinculis liberari. Præterea justissimus est metus vinculorum: *ut ff. quòd metus causa, l. rectè*, & *ff. eo. tit. in carcerem*, ergo confessio, vel juramentum tali metu extortum, nullius est momenti: *ut 15. q. 6. c. 1.* & *2.* & *quòd metus causa c. 1. C. de transac. interpositas.* Cum ergo ex tali juramento obligatio non nascitur, non tenetur ad carcerem redire. Item, iste non est casus perdendi Ecclesiæ immunitatem, de qua debet gaudere: *ut c. inter alia, de immun. Eccles.* & *c. sicut antiquitus 17. q. 4.* nec obstat, quòd culpa sua tenebatur in vinculis, quòd etiam in adulterio depræhensus repetit per actionem quòd metus causa, quòd perdidit: *ut ff. quòd metus causa, nec timorem*, & *l. se.* & *l. rectè.* Item, cuilibet licèt qualitercumque sanguinem suum redimere: *ut ff. de bo. eorum qui ante sen. mor. consti. l. 1. ff. de prævari. l. fi. de transac. l. transigere. Solvit ipse Bar. Brixien.* quòd si injustè detinebatur, non tenetur redire per jura posterius allegata. Si autem justè detinebatur ab eo qui potestatem habebat detinendi, redire debet, verum tamen Ecclesia non debet eum reddere, nec debet extrahi per violentiam de Ecclesia, nisi prius fuerit ad vitam, & ad membra servatus: *ut alleg. c. inter alia.*

ADDICION.

Para declaracion desta Ley, vey la Ley 2. tit. 11. de la 3. Partida, la qual pone tres especies de juramentos, è cómo esta Ley ha lugar.

(*a*) TODO HOME JURE. Secundum formam *l. 11. suprà eod. tit.* & *c. si. extra de pur. ca.* & juret sine aliquo scrupulo duplicitatis: *ut ibi not. text.* & *glos. pe.*

(*b*) NO DE JURADOR. Nota hic casum singularem, quòd purgans tenetur proprio juramento jurare, de quo est textus quem alibi non reperio: *in cap. cum in tua, extra qui ma. accu. po. ibi cum dicitur.* Nisi proprio firmaverit juramento, &c. aliàs enim regularitèr per Procuratorem habentem speciale mandatum, potest quis jurare: *ut in c. nullam, extra de jura. cal. lib. 6.* Idem si sit Procurator, datus in rem suam, vel si habet liberam, & generalem administrationem: *ut ff. de jurejur. l. jusjurandum*, §. *ul.* & *l. se.* & *ff.* de *Procur. l. Procurator cui libera*, & *3. part. eod. tit. l. 4.*

(*c*) CAYA DE LA DEMANDA. Et hoc quia defecit in purgatione: *ut c. cum p.* & *c. inter de pur. ca. concord. secundum Episcop. 3. part. eod. tit. l. abienense*, & *glos. super parte diffinitiva, l. generalitèr, C. de re. cre.* & *3. part. eo. tit. l. catar debe*, & per hanc legem non habet locum in foro sæculari: *dist. Henr. 2. in dicto cap. inter. quam vide.*

AD-

UVA. BHSC. SC 05749

otro no viniere à rescebir la jura, sea quito de la demanda el que habiera de jurar.

Ley IV. Como se debe salvar por su juramento el demandado, si no hay pruebas contra él.

TOdo home que demanda ficiere sobre alguna cosa que dice que le debe, ò que le fizo, ò que le debe facer, si probar no gelo pudiere, (*a*) salvese el demandado por su jura, (*b*) è si no

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 3. è 5. de la 3. Partida, tit. 11. las quales Leyes declaran esta Ley.

(*a*) TODO HOME, SI PROBAR NO GELO PUDIERE. Plenè scilicèt, quia legitimè desunt probationes: *ut C. eod. tit. l. in bonæ fidei, & ff. eo. tit. l. admonendi, & c. ex insinuatione, extra de Proc. & l. fi. C. de fi. instr. & c. fi. extra eo. tit.* faciente tamen præsumptione pro reo, vel si aliàs probavit per unum testem tantum, defertur hoc juramentum, habito tamen respectu ad qualitatem personarum, & ad quantitatem causæ: *ut C. unde vi. l. si quando, ff. de legi. tuto. l. legitimos, & not. in cap. sicut consuetudo, de proba. & not. plenè Spec. tit. de jura. dela. §. si autem, cum se.* Si autem omninò in probatione deficiat actor, nec sit præsumptio, pro ipso reus debet (& si nihil præstiterit) obtinere: *ut alleg. c. fi. eo. tit. & c. cum Ecclesia, de cau. pos. & proprie. & c. ut nostrum, ut Ecclesiastica bene. C. de eden. qui accusare*, hoc tamen fallit in quibusdam casibus, in quibus defertur juramentum reo, etiam si actor nihil probet: *ut C. de his qui ad Eccles. confu. l. fi. §. sanè, C. de fi. instru. l. fi. ff. de jure delibe. l. ulti. §. licentia, & not. in auct. de instr. cau. §. si tamen quisque*, de quo vide quòd *not. Gau. in sum. eod. tit. §. jusjurandum necessarium*, ubi vide per eum casus, in quibus etiam actori defertur juramentum in defectum probationis, & vide *Azo. in sum. C. eo. tit. §. aliud autem, & ibi Ol. & glos. magna, l. admonendi, ff. eo. tit. & ibi Bar.*

(*b*) POR SU JURA. Hoc enim juramentum est necessarium quòd defertur à lege, vel à Judice in defectum probationis, nec potest refferri, nec recusari, nisi justa causa: *ut c. fi. eo. tit. l. generaliter, §. sin autem*; gratia, cujus nota, quòd juramentum partis in defectum probationis non habet vim unius testis, & iste est irregularis, quia ipsemet pars efficitur testis, & ideo, ubi non est testis idoneus, nihil probatur: *ut not. C. de re. cre. l. in bonæ fidei*, sed requiritur quòd unius testis idoneus habeat contestem omni exceptione majorem; nam si aliquo modo læderetur unius testis opinio, non deberet juramentum deferri, secundum DD. istud autem quòd deferatur juramentum parti, fuit introductum potius de æquitate quam de rigore: *ut lib. feu. tit. quo tempore miles, c. fi. & ibi not. Bal. & adde quòd not. Bal. in eod. lib. feu. tit. si de investitura contr. fuerit, c. 1. & scripsi suprà eo. lib. 2. tit. de las testimonias, l. 1.* Unum tamen nota, quòd pacta extranea non præsumuntur, nec super eis dandum juramentum in defectum probationis, ut est pactum de associanda uxore in diebus festivis, quia etiam si sit extraneum à natura alterius contractus principalis valet; tamen si apponatur, non tamen defertur juramentum: *ut dixi, & est text. juncta glos. in lib. feu. tit. quid sit investitura, c. præterea, & ibi Bal. quòd alibi non repetitur.* Item nota, quòd ad delationem juramenti in defectum probationis non est procedendum ex abrupto, sed causa cognita, & in tali delatione Judex debet habere æquitatem præ oculis, quia ista delatio magis nititur æquitati quam rigori: *ut dicit glos. multum notabilis Pet. & Bal. in lib. feu. tit. de gradibus succedendi in feudum, c. 1. in fi.* nullum enim juramentum decissivum potest deferri in defectum probationis, nisi viso & discusso qualis sit defectus: & hoc est quòd dicitur ibi causa cognita *in alleg. c. 1. in fi. §. si verò dominus*, ergo adversa parte non citata deferri non potest, quia debet cau-

UVA. BHSC. SC 05749

lo quisiere jurar , sea vencido (*a*) de la demanda.

Ley V. Como si el Autor dexáre el juramento en la otra parte que le demanda , es obligado à lo facer , ò tornar al demandador.

QUando el que demandáre alguna cosa en Juicio, dixere à su contendor, que él quiere dexar aquella demanda que él face en su jura, (*b*) y estár (*c*) por ello ; en escogencia sea

---

causam diligentèr Judex examinare. Et nota verbum diligentèr quòd est ibi, si tamen est juramentum de calumnia ; per partes poterit postea deferri juramentum probationis ; quia juramentum calumniæ est præsumptivum, ut in ejus diffinitione apparet , secundum verò est decissivum: *ut not. extra de jurejur. c. fi. Hæc not. Bal. in lib. feu. tit. si de investitura contro. fue. c.* 1. §. *si autem controversia.* Item , nota ad hoc quòd dictum est, quòd si quis se astringit ad solvendum id quòd contra eum fuerit probatum sub certa pœna , si probatio non fuerit plenè facta , sed semiplenè , & propter defectum plenè probationis deferatur per Judicem juramentum probanti , non incidit in pœnam obligatus , quia non cogitavit de probatione per juramentum : *ut ff. de condi. inde. l. fi.* §. *fi. ut reffert Bal. in lib. feu. tit. de pace jura fir.* §. *conventiculas , quòd est notandum.*

(*a*) Sea vencido. *Concord. alleg. l. manifestè , ff. eod. tit. & alleg. c. fi. extra eo. tit. not. Henr. in dicto c. inter, de pur. c.* 2. *dist. & quòd dixi suprà l. proxima , in fi. & quòd not. infra l. proxima.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley , la Ley 8. *de la* 3. *Partida , tit.* 11. *que pone lo mismo que esta Ley , è añade : Si el que dexa la cosa en juramento de su adversario , se puede arrepentir , è quándo ha lugar de se arrepentir. E vey la Ley* 9. *è* 10. *en qué casos no ha lugar juramento de una parte à otra. Vey la Ley* 13. *è* 14. *è* 15. *del dicho tit. que habla en el caso desta Ley : è la Ley* 18. *del dicho tit. pone , qué Pleytos se acaban por juramento , y en qué cosas no ha lugar juramento.*

(*b*) QUando : en su jura. Hæc lex loquitur de juramento judiciali, quòd pars parti defert in judicio, quia necessario tenetur jurare , vel aliud refferre : *ut hic , &* 3. *part. eo. tit. l. abienense , & l. generalitèr , C. eo. tit. & ibi Cy.* & per hunc textum est approbata opinio *glos. in l. manifestè , ff. eo. tit.* quæ tenet , quòd judiciale juramentum potest recusari , & alteri parti refferri , nisi aliàs sit susceptum. Et sic intelligitur opinio *glos. & Cy. in dicta l. generalitèr* , §. *omnem* , *C. eo. tit.* Æquior tamen videbatur distinctio quam faciunt *Dy. & Ja. in dicta l. manifestè* , post aliàs opiniones qui dicunt , quòd si reus cui defertur juramentum per actorem , habet probabilem causam ignorantiæ rei illius super qua juramentum defertur , non compellitur jurare , nec refferre : *ut ff. eo. l. jusjurandum , & l. Marcellus , ff. rerum amo. & l. videamus ,* §. 1. *de in litem juran.* sed si non habet probabilem causam ignorandi , quia super facto proprio, tunc si deferens habet justam causam ignorandi , & alter non , cogitur is cui defertur juramentum jurare ; nec potest refferre : *ut d. l. Marcellus ,* §. *fi. cum l. seq.* Si autem deferens , & cui defertur, non habent probabilem ignorantiæ causam , tunc vel tenetur jurare , vel refferri , aliàs videtur confiteri : *ut hic in l. delata , C. eo. tit. pro quo. ff. de consti. pe. l. illud ,* §. 1. *& vide quòd not.* 3. *part. eo. tit. l.* 4. *& vide etiam quam posui inf. eo. foro lib.* 3. *tit.* 20. *l.* 2. quæ tangit materiam hujus legis , & quòd latè *not. Ant. de Butr. in c. fi. extra eo. tit.* In quibus casibus non potest juramentum judiciale refferri , nec alter tenetur subire : *vide* 3. *part. tit.* 11. *l.* 3. *& etiam part.* 3. *tit.* 11. *l.* 10.

(*c*) Y estar por ello. Quid si partim confiteatur pro se , & partim contra se , an adversarius teneatur totam confessionem approbare? *vide Hen. in cap. cum super , de concessio. præben.* Et ut materia hujus legis , & suprà proximæ legis latius liqueat , nota quòd probationum

UVA. BHSC. SC 05749

del demandado de lo jurar, è si lo juráre, sea quito: è si este mismo demandado tornáre la jura al demandador, debe estar por ello;

---

num tria sunt genera, scilicèt, vera, & plena. Et ista non indiget patrocinio juramenti, sed nec contra eam jurare poterit. Verisimilis & non plena, & hæc juvatur patrocinio juramenti, dum tamen aliæ circunstantiæ moveant Judicem. Est alia nec verosimilis, nec plena, & ista pro nulla habetur in causis, in quibus agitur de magno præjudicio. Quæ autem sunt illa quæ inducunt verisimilem, & consonantem conjecturam: *glos. in l. admonendi* dicit, quòd sunt plura. Inter cætera ponit, quòd est unus testis de veritate, & tunc unus testis facit judicium, quando est approbatæ vitæ, & bonæ opinionis, nec potest haberi suspitio ex familiaritate, vel alia de causa Judicis arbitrio committenda: *ut not. Bal. in lib. feu. tit. de consuetud. recti feu. c. sacramentum.* Et si iste testis esset infamis infamia facti, quæ habet debilitare ejus fidem, non est integer testis ad deferendum juramentum: *ut not. ff. de senato. l. Cassius, & C. de sum. Trin. l.* 1. Unum scias, quòd testis non legitimè examinatus, non facit judicium ad juramenti delationem: *ut ff. de quæst. l. maritus*, & dico non legitimè, etiam si testis sit legitimatus, tamen modus examinandi non est congruus, ut quia non fuit interrogatus de causa scientiæ. Nam licèt duo testes interrogati faciant plenam probationem, puto tamen quòd unus non facit semiplenam, & idem si non dixerit plenè factum: *ut not. ff. de infami. l. Lucius*, quia talis examinatio non caret aliquali verisimili suspitione, cum Judex non laboraverit ad veritatem inquirendam, undè modicus defectus impedit semiplenam probationem unius testis, nimirum quia satis exorbitat fides unius testis à jure communi: *ut extra de testi. c. innotuit.* Sed illud est semper memoriæ retinendum, quòd quandoque unus testis deponit super eo quòd est remotum à natura contractus, tunc ex uno teste nunquam defertur juramentum, quia ejus testimonium non consonat naturæ, nec juri: *ut lib. feu. tit. quid sit investitura, §. Item si vasallus*, quia contra naturam negotij nulla præsumptio surgit, & vide quòd *not. ff. pro socio, l. si margaritam, & in alleg. l. admonendi, & hoc Bal. in d. c. sacram. quòd adde l. proximæ.* Item, circa hanc legem adde diffinitionem qua ponit *Jaco. de Bel. in usibus feu. tit. de controv. investit. c. 1. & de controv. inter do. & vas. de investitura, c. 1. & Bal. ibi & tit. de consuet. recti feu. c. 1. §. sacram. circa fi.* Ponunt quandam distinctionem, quæ talis est. Aut juramentum defertur à parte parti, & tunc tenetur pars aut jurare, aut deferre, aliàs verteretur turpitudo ex parte recusantis: *ut alleg. l. manifestè.* Aut defertur juramentum à Judice, & tunc aut actor plenè probat, & reus condemnatur: *ut l. officium, ff. de rei vendi.* Aut nullo modo probat, & reus absolvitur de jure Romano: *ut infra jure suprà alleg.* Aut actor semiplenè probavit, ut per unum testem, vel per privatam scripturam, vel per comparationem litterarum, & tunc aut unus tantum novit veritatem, & sibi defertur juramentum: *ut alleg. l. ad pecunias, §. 1. ff. de jurejur.* aut uterque novit, & tunc honestior defertur. Si autem sunt pares, & tunc aut causa est modica, & tunc actori defertur, aut magna, & tunc reo, vel confertur in arbitrio Judicis: *ut dicto §. sacram.* In dubio verò magis defertur possidenti. Magnum enim est commodum possessionis: *instit. de inter. §. commodum, & potius defertur reo: ut not. C. de rebus credi. l. in bonæ fidei, & Bal. ubi suprà.* Et circa hanc legem est notandum, quòd propter inopiam probationum devenit ad necessarium juramentum, ad probationis supplementum, sed quando defertur alteri parti, primæ appellatur juramentum in defectum probationis: *ut alleg. l. admonendi, ff. eo. tit.* Et nota has conclusiones. Prima, quòd si actor nescit veritatem certitudinalitèr, ut quia intentabat factum alienum se absente & ignorante, contractum ejus ex uno teste, non defertur ei juramentum: *ut l. maritus, ff. de quæst.* secus in eo qui allegat factum proprium, & sic intelligitur *l. in bonæ fidei, C. eod. tit.* Secunda conclusio, quòd ubi semiplena probatio est elapsa per præsumptionem contrariam, le-

UVA. BHSC. SC 05749

ca muchos homes hay que verguenza han de jurar, è ante quieren pagar lo que no deben, que jurar por ello.

---

legis non defertur juramentum: *ut l.* 1. *C. qui & adversus quos*, *& not. ff. quòd metus causa*, *l. non est verisimile*, *in princ.* Tertia conclusio, quòd in causa criminali ex uno teste non devenitur ad juramentum. Idem in causa multum ardua, in qua non est deferendum juramentum in supplementum probationis: *ut not. in alleg. l. maritus*, *& in l. de minore*, §. *tormenta*, *ff. de quæst. & not. in c.* 2. *de reg. jur. lib.* 6. Corolarium istius conclusionis est, quòd in causis beneficialibus, eo quia sunt causæ graves, & vergerent in præjudicium Ecclesiæ, quæ non debet regi ab intruso, non defertur juramentum. Aliud corolarium, quia in causa usuraria non defertur juramentum, quia talis causa censetur delictum, eo quia omnis usurarius, postquam detectus est talis, est infamis: *ut C. de infa. l. improbus.* Aliud corolarium, quòd in causis matrimonialibus quia est gravis, non defertur juramentum; quia omne quòd non potest dissolvi, est contra naturam libertatis: *ut not. in l.* 3. §. 1. *ff. eo. tit.* Aliud corolarium, quando est quæstio, an aliquis sit legitimè natus, non defertur juramentum, quia esse illegitimum est quædam infamia, & est causa status: *ff. de proba. l.* 1. *& ff. de condi. & demonstr. l. Lucius.* Quarta conclusio, quòd quando efficitur res dubia in judicio, ut quia una pars affirmat, altera negat, ut contingit in contestatione litis, non defertur juramentum decissivum, quia partes sunt in exordio contradictionis: *not. in l. rem non novam*, *C. de judi.* Quinta conclusio, quando pars certitudinalitèr scit factum ex semiplena probatione, devenitur ad delationem juramenti: *ut alleg. l. in bonæ fidei*, *& ibi glos.* Sexta conclusio, quòd unus testis de necessitate facit semiplenam probationem. Et est argumentum à proportione minoris. Nam si duo testes faciunt plenam, ergo unus semiplenam: *ut alleg. l. admonendi*, *& alleg. l. maritus*, *& c. ex insinuatione*, *extra de Procur. & c. cum dilectus de succes. ab intest.* Hoc tamen limita verum secundum Bar. nisi testis deponat super facto, quòd debet esse pluribus notum ut super fama, nam tunc unus testis non probat infamiam semiplenè: *ut not. Bar. in dicta l. admonendi.* Idem quando deest solemnitas, ut in testamento in quo plures requiruntur testes, unus tamen facit semiplenam: *C. de testa. l. si unus*, *& not. Bal. in l. cum etiam*, *C. de rebus credi.* Septima conclusio, quòd confessus in tormentis præcedente aliquo judicio, si revocat confessionem, remanet tamen semiplena probatio: *ut not. glos. in l.* 2. *C. de custod. reo.* Et ideo nisi revocans probet contrarium, compellitur perseverare in confessione, etiam per repetitionem tormentorum: *ad hoc facit quòd not. Innoc. extra de elec. in cap. per inquisitione.* Hoc tenet *Bal. in alleg. l. admonendi.* Octava conclusio, quòd exemplum exemplatum per tabellionem, etiam bonæ famæ de auctoritate Judicis non probat etiam semiplenè, nam sicut testis deponens de auditu, auditus non probat, quia nescit facti veritatem, ita nec iste: *ut in auct. si quis in aliquo documento*, *& adde quòd not. C. de fide instrum. l. sicut*, *& quando.* Nona conclusio, quòd testimonium testis ante publicationem factam per Judicem, etiam semiplenè non probat, juxta notata *per DD. in l.* 3. *&* 4. *C. quæ in frau. cre. & glos. C. de re judi. l. gesta.* Decima conclusio, quòd si unus testis per utramque partem producitur in judicio, si utraque pars consensit in persona & dicto, tunc plenè probat, sed si in personam tantum, tunc probat semiplenè: *ff. de dote præle. l. Theopompus*, *& C. de testi. l. si quis testibus.* Item nota, quòd Judex potest etiam post conclusionem in causam juramentum deferre ad declarationem retro attentatorum: *ut cap. cum Joannes heremita*, *extra de fide instrum.* de quo vide pleniùs per *Bald. in alleg. l. in bonæ fidei.* Item, est notandum, quòd in juramento requiritur discretio deferentis; quæ in pupillo non cadit per seipsum: *ut l. fi. C. de testamen. mili.* Item, requiritur discretio jurantis: *ut l. quæ jurasse*, *in princ. ff. de jurejur.* Ex quibus casibus nota, quòd omnia juramenta sunt inducta ad finem veritatis probandæ, vel servandæ, tamen in

UVA. BHSC. SC 05749

TITULO XIII.

DE LOS JUICIOS AFINADOS COMO DEBEN ser cumplidos.

Ley I. Como el Juez debe dar sentencia despues que las Partes han concluido.

DEspues que las Partes hubieren encerradas (*a*) las razones delante del Alcalde, el

---

in juramento promissorio, quòd vocatur cautionale, requiritur veritas intentionis, judicium discretionis, & justitia impletionis: *C. de nup. auct. quòd eis.* Undè si ex impletione juramenti sequæretur injustitia, putà propriæ salutis dispendium; vel alterius detrimentum; non obligaret juramentum: *ut c.* 2. *de pac. lib.* 6. Vel si vergit in deteriorem exitum, quòd sex modis contingit. Primò, quando juramentum est malum in seipso naturalitèr: ut si quis juret alium occidere, *ut c. etsi Christus, de jurejur. & l. jurisgentium*, §. 1. *ff. de pactis.* Secundò, quando juramentum est sui natura indifferens: *ut de eo qui jurat obedire rectori.* Istud enim indifferentèr se habet ad bonum & ad malum inspecta simplicitate verborum, sed inspecto juris intellectu intelligitur in bono, non in malo: *ut not. ff. de regu. jur. l. non videtur*, §. *qui jussu.* Tertiò, quando juramentum excludit opus pietatis; ut si quis jurat de non advocando sine salario; nam in causis pauperum non est servandum: *ut not. in l. si ad excludendam, C. de rebus credi. & jurejur.* Quartò, quando est contra bonum publicum; vel sapit monopolium: *ut C. de mono. l.* 1. *& c. cum accessissent, de consti.* & ideo statuta artificum jurata quæ sapiunt naturam monopolij, non arctant jurantes. Quintò, quando juramentum excludit bonos mores, ut quando quis jurat non doctorari, vel non facere aliquod opus laudabile, ideo non obligat: *ut c. non est obligatorium, de regu. jur. lib.* 6. Sextò, quando juramentum est talitèr indifferens, quòd nec est meritorium, nec demeritorium; ut si juro non loqui tecum; nam si video te errare, & te corripio, non pecco, nec dejero. In istis ergo casibus & similibus, non est necessaria absolutio Episcopi: *ut notabilitèr hæc notantur per Bal. in alleg. l. si ad excludendam.*

ADDICION.

La Ley 1. *tit. de los juicios, que es* 4. *lib.* 3. *de las Ordenanzas Reales, pone la orden que los Alcaldes han de tener en ordenar sus procesos fasta que den sentencia: è los Reyes nuestros Señores ficieron una Prematica, en que mandan, que cada una de las Partes, ante de la Probanza, puedan alegar cada una dos escriptos, è que mas escritpos no se presenten. Vey cerca esta Ley en el fin della, la Ley* 3. *de la* 3. *Partida, tit.* 22.

(*a*) DEspues que encerradas. Id est donec sit renunciatum, & conclusum allegationibus, & omnibus probationibus: *ut in c. pastoralis, extra de causa poss. & proprie. & c. auditis, de Procu.* quòd debet in scriptis redigi: *ut c. quoniam contr. extra de proba.* & nota, quòd conclusione facta reputatur causa consummata: *ut l. alia, & ibi Ci. in fi. C. de his qui. ut indig.* Est tamen notandum, quòd exceptio non requirit conclusionem: *facit ff. de aucto. tuto. l. defendentem, ff. fami. hæcis. l.* 1. *cum simi.* Et in hoc differt à libello actoris, qui debet continere conclusionem secundum Bar. non est ergo exceptio inepta; licèt non habeat conclusionem, sed tunc est inepta, quando tacita conclusio non resultat: *ff. de flumi. l.* 1. §. *Labeo, ut hoc reffert Bal. super glos. l. si unius, ff. de pac. quòd not. hic incidentèr licèt non faciat ad casum.* Sententia enim sine conclusione non valet; quia conclusio causæ est de ordine judiciorum: *ut notat Bal. in lib. feu. tit. si de investitura inter dominum, & vasallos oriatur c.* 1. *super vers. observetur.*

UVA. BHSC. SC 05749

Alcalde dé la sentencia (*a*) quando es derecho: que mientra las Partes quisieren andar en su razon, (*b*) que les sea defendido: que no pueda decir, ò añadir en su razon, pero si la una de las Partes, ò amas mucho alongáren el Pleyto, ò por sus razones despues que las pruebas (*c*) fueren dadas, quier sean las pruebas de testimonias,

---

(*a*) De la sentencia. Interlocutoriam, scilicèt, usque ad sex dies, diffinitivam verò usque ad viginti dies, aliàs solvet Judex expensas duplicatas parti: *ut foro novo*, *l. desque fueren cerradas*, *& vide quòd ibi dixi*. Est tamen notandum, quòd ad sententiam audiendam debent partes citari, aliàs sententia non valet: *ut ff. quæ sent. sine appel. rescin. l.* 1. §. *idem cum ex eo ædicto*, *& de hoc not. in c. consuluit*, *de offic. deleg. & not. glos. in c.* 2. *de dolo*, *& contum. lib.* 6. relatio tamen nuntij non est de ordine, quia quandoque potest omitti, ut si utraque pars compareat, sed si citatus abest, tunc non valet sententia, quia Judex dubitat de eo, de quo debet sibi constare: *ut not. Bar. de condi. & demonstra. l. multum interest*, *& Bal. in l. prolatam*, *C. de sent. & inter omn. judi.* Ex quibus nota, quòd non valet sententia utraque parte absente, quia Judex est solus, & non est ibi judicium, nec actus: *ad hoc not. C. de judi. l. properandum*, *in prin.* Sed si utraque pars est præsens, valet sententia, etiam sine ulla citatione: *ut hic*, *& ff. de ferijs*, *l.* 1. §. 1. testis etiam si est præsens in judicio, sine ulla citatione potest jurare & deponere, de his qui *ut indig. l. post legatum*, §. *is verò*. Nam cum finis citationis sit comparitio, frustra citatur præsens: *ut not. Jo. An. in c. fi. de elec. lib.* 6. *in novella*, *undè ista l. præsentiam ponderat circa fi. dum dicit*: *Si amas las partes fueren, &c. & l. de unoquoque*, *de re judi.* Sed si una pars est absens, & altera præsens, requiritur citatio favore absentis, aliàs non valet sententia: *ut not. in dict. l. properandum*, §. *sive autem reus*. Et hoc verum est, si est diffinitiva: *C. quæ sent. sine appel. rescin. l.* 1. §. *item cum est ædicto*. Idem si est interlocutoria, quæ requirit causæ probationem, *de adopti. l. nam ita divus*, sed si est citatus quis ad processum sufficit, etiam si non sit citatus ad interlocutoriam, secundum Butri. sed in diffinitiva secus: *ut not. Innoc. in alleg. c. consuluit*. Aut non requirit interlocutoria causæ disceptationem præcedentem ante se, & tunc valet: *ut l.* 3. §. *pe. de bono poss. & l. ubi decretum*, *ff. de offic. pro consu. & lega. ubi hoc notat Bal.* & ibi plenè per eum, quæ sunt necessaria cum officio Judicis aliquid est fiendum. Est tamen notandum circa supradicta, quòd habens potestatem prorrogandi compromissum, potest hoc facere nulla parte citata, quia ista non est propriè sententia, sed est quædam executio pacti conventi, licèt talis prorrogatio debeat partibus notificari: *ut l.* 1. *C. de sent. ex pericul. recitan. & ibi not. Bal.*

(*b*) Andar en su razon. Quòd est liberum & permissum partibus usque ad viginti dies post contestationem, ad opponendum exceptiones præjudiciales, & peremptorias; postea verò non; nisi de novo perveniant, vel compareant: *ut foro novo*, *l. allegan.* & sic nota ex hac lege, quòd sententia diffinitiva debet proferri præcedente causæ cognitione, & magno conflictu, & non paucis verbis: *ut not. Bal. C. comminationes epistolas*, *super rubrica*. Et propter hoc epistola & similia non habent vim rei judicatæ, & comminationes judicum inducunt errorem, etsi fiunt, à Judicis severitate poterit appellari: *ut C. de appel. l. si quis provocatione*, *& not. Innoc. de appel. cum cessante*. Et ideo si quis timet ne contra jus ponatur ad torturam, appellet, & tunc confessio secuta, erit ipso jure nulla: *ut l.* 1. *ff. nil inno. appel. penden.* nec opus in hoc articulo quòd superior inhibeat, quia periculum est in mora. Hæc est doctrina Bald. super dicta rubrica.

(*c*) Despues que las pruebas, &c. Si partes habeant aliquid dicere, sed tamen sufficientèr dictum, & probatum est, refrænare debet Judex partium allegationes, & effrænatam testium multitudinem. Et debet Judex statuere terminum quòd renuncient allegationibus, &

UVA. BHSC. SC 05749

quier de cartas, pueda dar el Alcalde dia señalado, (*a*) fasta que razonen amas las Partes quanto razonar quisieren; è si despues de aquel dia (*b*) mas quisieren razonar, no les oya el Alcalde: mas dé luego (*c*)

& concludant: *ut hic*, *& C. de judi. auct. jubemus*, *extra de testi. c. significaverunt*, *& cap. cum causa*, §. *fi.* Hodie tamen debent servari dilationes: *legis Ordinationis de Brivieſca*: *Por quanto por malicia.*

(*a*) Dia señalado. Per lapsum enim talis termini potest præcludi via licitæ defensioni, etiam in causa criminali: *ut l. fi. ff. de feri. & ibi Bal.* Si autem non assignatur dilatio, nunquàm denegatur defensio: *ff. de bo. eorum qui mor. sibi constit. l.* 2. §. *fi. & est text. notabilis, ff. de re mili. l.* 3. §. *si ad diem.* Unum tamen nota, quòd si data est mihi dilatio per Judicem ad respondendum, vel ad allegandum novem dierum, & ego respondi in prima die, quòd ex tunc poterit Judex ad ulteriora procedere, nec debet expectari ut ultima dies labatur: *facit l. sive pars*, *C. de feri.* quia cum est finita causa dilationis, videtur finita dilatio, & ideo valet processus ad ulteriora: *arg. ff. ad Treb. l. à filia*, §. *alumno. not. Dy. in c. decret. de reg. jur. lib.* 6. Si tamen pars dilationem impetrans fuit interim impedita, tantum tempus est restaurandum, quantum fuit tempus impedimenti: *ut ff. quibus ex cau. ma. l. sed etsi*, §. *quotiens. Dicit tamen Bar. notabilitèr*, *ut reffert Bal. in dicta l. fi. de feri.* quòd si impedimentum unius diei abstulit alicui commodum totius dilationis; ut quia habebat testes paratos, & Judex non sedit, quòd tota dilatio est restauranda: *alleg. ff. de jurejur. l. admonendi*, *in ver. quibus solis*, *& ibi per Bar.* incidentèr nota, quòd terminus peremptorius lapsus defuncto non præjudicat, nec præcludit viam hæreditatis: *ut l. orationi*, *ff. de feri.* Ex quo infertur, quòd hæres est melioris conditionis quam defunctus, quia cum sit novus litigator, congruum est quòd habeat novam dilationem. *Similè est*, *ff. de judi. l. æditum*, *ut reffert Bald. in dicta l. oratio.* Et in eo quòd suprà dixi, quòd possum prævenire dilationem mihi assignatam; hoc est verum, præsente vel citato adversario, vel à Judice, vel à jure monito, sed in fine termini benè possum adversario meo non citato, quia extremitas temporis interpellat eum: *ut not. inst. de verb. obli.* §. *omnis*, *& ff. quando appel. sit*, *l.* 1. §. *biduum*, *not. Bal. in l. eos*, §. *appellans*, *C. de appel.*

(*b*) De aquel dia. *Facit quòd not. per Innoc. & Host. in c. pastoralis*, *de excep. & Jo. Fa. in auct. qui semel*, *C. de proba.* Facit etiam *l. fi. ff. de ferijs*, & hoc tempus est arbitrarium: *ut Spec. tit. de citatione*, §. *nunc de tempore.*

(*c*) Mas dé luego sentencia. Nec tamen nimia festinatione ferenda est sententia antequam Judex possit esse instructus; nec ex abrupto; nec præcipitantèr: *C. de eden. l. is apud quem*, *C. de transac. l. causa cognita*, *Spec. tit. de sententia*, §. *quoniam*, *ver. item oppono quòd Judex*, *extra de in inte. resti. ex litteris*: & est ratio, quia ipsum oportet cuncta rimari: 30. *q. ulti. c. judicantem.* Aliter enim ad veritatem non posset pervenire: 24. *q. ulti. c. occidit*, *& l. si finita*, §. *si fortè*, *ff. de dam. infec.* nec etiam moratoria concertatione causam examinabit: *ff. de administr. tu. l. tutor. qui.* §. 1. & circa hoc nota, quòd totus processus judicij non potest una die fieri: *ut not. ff. ex qui. cau. ma. l. sed etsi per prætorem*, §. *quotiens*, & factus non valet secundum Cy. quia non potest esse ponderatum, quòd nimis est festinatum: *ut hoc not. Bal. in prima constitutione*, *ff. veteris*, §. *item quia quòd facit ad id quòd not. idem Bald. in lib. feu. rubrica de investitura in maritum facta*, *c.* 1. *circa fi.* qui dicit, quòd licèt arbitratores partes non citent; tamen extra judicium se debent cum partibus informari, & dicit Innoc. ut ipse Bal. reffert, quòd non solum in judicio, sed etiam extra judicium debet citari is cujus interest: *ut not. Jo. An. in novella*, *in c. ex ratione*, *extra de appel. De hoc not. Bar. post Pet. ff. de verb. sig. l. si quis ex arbitratu*, & quia quidam arbitrator laudavit ex abrupto parte non requisita, nec inaudita in contradictorio judicio fuit pronunciatum laudum esse nullum. *Facit ff. de edi. edic. l. quòd si nolunt*, §. *quòd ita*, *imò dicit Bar. quòd ibi*

UVA. BHSC. SC 05749

el Juicio si amas las Partes (*a*) fueren delante : è pongales plazo, (*b*) à que vengan ante él à oír su Juicio.

Ley II. Como el Juez debe dar la sentencia sobre la demanda, è no sobre otra cosa.

DEspues que las razones fueren acabadas, de guisa que mas no pueden decir las Partes en el Juicio, el Alcalde dé la sentencia sobre aquello que fue la demanda, (*c*) è no sobre otra cosa:

---

ibi est casus, *ut reffert Bal. ubi suprà.* Et circa hoc nota, quòd si Judex omninò ignorat causas quæ sunt necessariæ ad sententiam, ut si nescivisset litis contestationem factam, vel libellum datum, vel primum, vel secundum decretum, vel ignorat citationem præcessisse, vel reum contumacem fuisse, non valet sententia, nec quòd fit per eum: *ut l. hoc autem*, §. 1. *ff. ex quibus cau. in pos. ea. tangit Bar. in l. multum*, *ff. de condi. & demonstra.* & ideo practica est, quòd in sententia dicat Judex visa petitione, & litis contestatione, & probatione, &c. *ut hoc per Bar. in l. consensisse*, *ff. de judi.*

(*a*) Si amas las Partes. Nota singularitèr quòd suprà dixi, scilicèt, quòd partibus præsentibus, etiam non citatis ad sententiam audiendam, Judex potest eam proferre: ad hoc faciunt jura *suprà ea. l. alleg. & l.* 2. *C. quomodo*, *& quando ju. & est text. infrà l. proxim. circa fi.* de jure tamen alitèr cavetur: *ut not. Spec. tit. de citatione*, §. *viso*, *ver. aliàs autem.*

(*b*) E pongales plazo. Hoc est, si præsentes non fuerint per alternativam hic positam: *ut in c. in alternativis*, *de regu. jur. lib.* 6. Est tamen notandum, quòd si pars citata ad audiendam sententiam, non comparet in termino assignato, antequam Judex surgat à tribunali, postea non auditur appellans: *ut foro novo*, *l. costumbre es en la nuestra Corte*, *&c.* Item nota, quòd Judex etiam pro actore absente non citato non potest sententiam ferre: *ut l. furioso*, *juncta glos. ibi & l. quæsitum*, *ff. de re judi. & l. properandum*, §. *sive autem*, *C. de judi.* quòd est secus in criminali: *ut est text. in l. quamvis indubitantèr*, *C. de adul. ut reffert Bal. in l. ea quæ*, *C. quomodo*, *& quando ju.* Item nota, quòd si ordinarius citat partem ad audiendam sententiam, & postea delegat causam per alium terminandam, non tenetur delegatus iterum citare: *ut not. Spec. tit. de acti.* §. *fi. ver. item quæro ecce. nec obstat*, *l. ædictum*, *ff. de judi.* quia loquitur de citatione ante sententiam: *ut not. Bart. in l. per diversas*, *ff. manda.*

ADDICION.

Para el entendimiento desta Ley, vey la Ley del Ordenamiento de Alcalá, con la qual concuerda la Ley 11. *tit. de los juicios*, *lib.* 3. *de las Ordenanzas Reales: vey en las dichas Ordenanzas la Ley* 1. *tit. de las sentencias, lib.* 3. *Concuerda con esta Ley, la Ley* 15. *de la* 3. *Partida*, *tit.* 22. *è vey la Ley* 13. *del dicho tit. que manda que los Jueces no den sentencia só condicion, ni por fazañas: vey la Ley* 4. *del dicho tit. que manda que la sentencia sea de dia, y no de noche, y estando las Partes citadas, y el Juez rece la sentencia, salvo en ciertos casos en ella contenidos: y la Ley* 5. *del dicho tit. manda que se dé en escripto, salvo en ciertos casos que saca. Concuerda la Ley* 11. *del dicho tit.*

(*c*) DEspues que las, sobre aquello que fue la demanda. *Concord. c. qualiter*, *& quando* 2. *extra de accus.* §. *fi. & cap. licèt hely. de simo. circa medium.* Et sic nota, quòd Judex secundum finem ad quem quis agit, formabit sententiam: *de ordi. cogni. c. cum dilectus*, *de excep. c.* 1. *ff. de nego. gest. l. Pomponius*, *in fi.* nec Judicis potestas ultra id extenditur, quam in libello est deductum: *ff. communi divi. l. ut fundus*, & sententia debet secundum allegata, & probata ferri, & non secundum conscientiam: 3. *q.* 7. *c. judicet*, *ff. de offic. præsi. l. illicitas*, §. *veritas*, *de offic. ordi. c. si sacerdos*, *de offic. deleg. cap. pastoralis*, §. *quia verò*, quandoque tamen fit petitio ad rem, & fit condemnatio ad interesse: *ut notat glos. magna in l.* 1. *ff. de acti. empti. & vendi. faciat*

ad

UVA. BHSC. SC 05749

è déla la mas cierta (*a*) que pudiere, è no dubdosa, (*b*) è de gui-

ad text. quòd not. Spec. tit. de sent. prolati. §. *qualiter, ver. in sum. & glos. in alleg. c. cum dilectus, de ordi. cogni. & Ant. super ea. concord.* 3. *part. eo. tit. l.* 22. *& l. afincada, & C. si à non comp. judi. l.* 1. Est tamen notandum ad id quòd suprà dictum est, quòd fatuus est Judex, qui cum res petitur in æstimationem condemnat, si res præstari potest, & debet: *ut l. cum quidam, C. de fideicom. liber.* & sententia debet esse conformis libello, ut ibi, aliàs est injusta, quòd intelligo in diffinitiva, secus in interlocutoria: *ut ibi not. Bal.* potest tamen Judex in condemnando modificare libellum: *ff. peti. hæred. l. is qui legatum, ut reffert Bald. ubi suprà.*

(*a*) La mas cierta. *Ut in* §. *curare, insti. de acti.* Sententia enim incerta non tenet: *ut C. de sent. quæ sine cer. quant. pro. l.* 3. ad quàm proferendam certa debet præcedere petitio: *ff. de rei vendi. l. si in rem, & de possi. l.* 1. §. *si quis argentum, de injurijs, l. prætor.* Sed circa hoc sequitur, cum quæritur an valeat incerta sententia? *dic secundum Bal. in l. quamquam, C. de sent. quæ sine cer. quanti. pro.* Aut libellus est certus, & debet dari certa sententia: *per alleg.* §. *curare.* Aut est incertus, & tunc sententia incerta valet, ut quando agitur alternativè, vel quando aliquid petitur in genere. Idem in judicio generali, vel universali, vel accessoriè, ad fructus, vel interesse, vel ad expensas, admittitur incerta petitio, & incerta profertur sententia secundum naturam actionis de qua est actum, nisi Judex possit de actis processus certificari: *ut notat latè Jo. Fa. in alleg.* §. *curare, & Innoc. in cap. cum venerabilis, extra de excep. & Bal. in lib. feu. tit. de mili. vasal. qui contumax est, c.* 1. *& in judicijs universalibus rationem reddit glos. in l.* 1. *ff. de eden. in princ. magnæ glos.* Idem si agitur ad factum merum, vel mixtum, sicut est indemnem conservare: *ut dicta l. quamquam.* Aut libellus est incertus, tamen est certificandus, ut quando petitur interesse, ut suprà dixi. Nam debet liquidari in processu judicij: *ut C. de sent. quæ pro eo quòd interest, l.* 1. §. *in alijs*, & tunc debet ferri certa sententia si ferri potest, aliàs fertur incerta, sed in executione debet liquidari: *ut dicto* §. *curare, & not. ff. de verb. obli. l. eum qui certarum*, §. 1. Regula tamen est, quòd aliquando admittatur libellus incertus, tamen probatio debet esse certa: *ut elegantèr not. ff. deposi. l.* 1. §. *si quis*, nam incerta, & obscura probatio non valet, nec juvat probantem: *ut extra de proba. c. in præsentia*, quia probationes debent de necessitate concludere, vel de juris præsumptione: *ut not. ff. de excusa. tu. l.* 2. §. *ætas, & C. de proba. l. sive possidetis, & extra de succe. ab intesta. c. cum dilectus*, & est ratio: quia requiritur certa sententia, quia cum judicia sunt redacta ad instar contractuum: *ut ff. de judi. l. omnem*, & ideo sicut contractus incertus non tenet: *ut ff. de verb. obli. l. tacitum, sic nec judicium, not. Bald. in l.* 1. *C. de sentent. quæ sine cer. quan. pro. & ex l. hæc sententia, eo. tit. not.* quòd si parte aliqua actorum certa sit quantitas compræhensa, valet sententia sine certa quantitate prolata, dum tamen ad acta sit sententia relata, aliàs non valeret: *ut ibi not. text. juncta glos.* Item, si Judex reservat sibi taxationem in sententia, non videtur declarasse; sed declarationem se pollicitum esse; & valet si postea ista accessoria declaretur propter dictum reservationis: *C. de fructi. & litis expen. l.* 3.

(*b*) E no dubdosa. Debet ergo sententia esse certa per se, vel per relationem ad aliud, si certa quantitas est petita: *ut l. in sententijs, ff. de re judi. not. Ant. in c. à nobis, extra de sentent. excomm. vide exempla per Jo. Fa. in alleg.* §. *curare*, ubi vide practicam quam ipse ponit *in fi.* §. Quid debeat agere Judex ad hoc ut certam proferat sententiam, si non potest ex processu certificari: *& vide Spec. tit. de sent.* §. *qualiter, ver. item debet esse sententia certa, cum sequentibus.* Circa quòd etiam nota, quòd si Judex dicat, condemno talem per talem, quòd nil facit ad propositum, sententia est nulla, quia continet manifestum juris errorem, & quia lata contra legem: *ut l.* 1. §. *item tantum, ff. quando appel. non sit neces. & in l.* 1. *ff. de re judi.* Sed contrarium deter-

UVA. BHSC. SC 05749

sa que dé el Alcalde aquel contra quien fuere la demanda por quito, ò por vencido: (*a*) y el Alcalde estando asentado (*b*) dé el Juicio, è no estando en pie levantado, è por sí mismo (*c*) dé el Jui-

---

terminat *Innoc. in c. cum ex officij*, *extra de præscrip.* cujus opinionem credo veram, si talis sententia potest ex vera, & legitima causa in processu probata verificari: *per l. for. novi*, *tit.* 11. *l.* 1.

(*a*) Por quito, ò por vencido. Et est ratio, quia sententia quæ absolutionem vel condemnationem non continet, non valet: *ff. de re judi. lib.* 1. *& C. eo. tit. l. præsens* 2. *q.* 6. §. *diffinitiva*, vel nisi contineat aliquid quòd tantum valeat: *ff. de re judi. l. in suam*, *quòd prosequere*, *ut not. Spec. tit. de sententia.* §. 1. *ver. diffinitiva*, *concord.* 3. *part. tit.* 22. *l. afincada*, & ad hoc quòd hic dicitur, quòd sententia debet continere absolutionem, vel condemnationem, fallit hoc secundum *Bal. in alleg. l. præses*, ubi petitur in integrum restitutio: *ut C. si minor se ab hæredi. absti. l.* 1. Item, fallit ubi petitur sententia declarari nulla: *ut ff. de appel. l. si constat.* Item, fallit ubi petitur confirmatio electionis, quòd dic ut notatur *in cap. ul. de elec. lib.* 6. Item, fallit ubi quis proprie non habet adversarium, ut si Judex dicit ordinario, vel statuto, quia est diffinitiva: *ut l. in sententia*, *ff. de re judi. & c. in his*, *extra de verb. sig.* Item nota, *secundum Bart. & Bal. in alleg. l. præses*, quòd si actor, & reus probant de possessione, debet Judex judicare utramque pro parte possidere, sed hoc est verum secundum Bal. ibi, quando possessiones, & probationes non essent adversativæ, sed compassibiles, & de hoc non est quæstio, sed est dubium quando testimonia se infringunt: quia quilibet probat de possessione in solidum, & tunc est falsa opinio Bart. Si autem Judex cum sua conscientia posset accedere ad alteram partem, rectè facit, si in sententia exprimit qualitatem probationum: *ut not. Bar. extra de proba. c. licèt causam*, tamen tutius facit Judex, si simplicitèr condemnat, vel absolvit: *ut extra de re judi. sicut nobis*, quia in sententia non est exprimenda causa de necessitate formæ, vel legis mandato, nisi in absolutoria ab observatione judicij; & vel in absolutione expensarum: *ut C. de judi. l. properandum*, §. *illud proculdubio*, vel nisi velit reservare famam, vel irrogare infamiam: *ut ff. de infami. l.* 2. §. *ignominia*, vel nisi exceptio rei judicatæ pendeat ex causa in ferenda: *ut ff. de excep. rei judi. l. si quis ad exhibendum.*

(*b*) Estando asentado. Si tamen habet inimicitias, vel est infirmus, talitèr quòd non potest sedere, poterit eam proferre stando, licèt non sedendo, vel in alia turri, seu æquitando, quòd dic *ut notat Spec. de sententia*, §. *juxta ver. item est nulla ratione modi*, *& text. juncta glos. in c. fi. extra de re judi. lib.* 6. & hoc intellige de sententia diffinitiva, & etiam de interlocutoria, quæ est magni præjudicij: *ut C. de dilati. l. à procedente*, secus si interlocutoria sit parvi præjudicij, ut interlocutoria de citando: *ut l. noluit*, §. 1. *ff. de interrog. acti.* Ex quo etiam nota incidentèr, quòd licèt in interlocutoria quæ tendit ad præjudicium generandum, sit necessaria citatio, non tamen requiritur citatio, si interlocutoria fertur ad judicium coadjuvandum: *ut ff. de arbi. l. diem proferre*, *in princ. ut reffert Bal. in l.* 1. *C. de sent. ex pericu. recitan.* Est tamen unum notandum, quòd si actus non teneat, non potest propterea revocari de facto, sed demum parte vocata: *casus est in l.* 2. *C. si sine cen. vel reliquijs tenet Innoc. in c. veniens*, *de filijs Præsbyte. & in c. inter quatuor*, *de major. & obedien. ut reffert Flori. in l. in l. Acquilia*, *ff. ad l. Acquil.*

(*c*) Por si mismo. Aliàs est nulla: *ut C. de sent. ex pericu. reci. l.* 1. *&* 2. *ff. de arbi. l. diem*, *in princ. & l. non distinguemus*, *& hoc verum*, nisi sit illustris qui suprà eos potest per alium recitare, dum tamen is cui committit, sciat legere: *ut ibi*, *& in auct. ut ab illustri*, *& qui sunt ca. succe.* §. *sancimus igitur*, *colla.* 5. Idem si Judex nescit legere, vel est cæcus, quia sufficit quòd proferat verba definitionis, scilicèt, condemno, vel absolvo: *ut Spec. tit. de sent.* §. *sequitur*, *in princ. & ibi Joan. An. concord.* 3. *part. tit.* 22. *l.* 5. Debet etiam Judex sen-

UVA. BHSC. SC 05749

cio, é no por otro: è amas las Partes, (*a*) que sean delante quando diere el Juicio, si no si la una de las Partes no quiso venir al plazo que le fue puesto à oír su Juicio: è dé la sentencia de dia, è no de noche: (*b*) è sean homes buenos delante quando diere el Juicio, porque se pueda probar (*c*) si fuere menester.

Ley III. Como el Juez debe facer mandar escribir la sentencia ante las Partes.

EL Juicio que diere el Alcalde, fagalo escribir ante las Partes, ò ante sus Personeros: (*d*)

---

sententiam in scriptis proferre: *ut c. fi. extra de re judi. lib.* 6. nec sufficit, ut sententia verbis proferatur, nisi ante scribatur: *ut l. statutis, & ibi Bal. C. de sent. ex pericu. recitan.* quòd si sententia est prolata, & postea scripta etiam incontinenti per tabellionem, Judicis mandato est nulla. Nam non propterea convalescit, quia Judex fecit eam scribi, cum debuit ferri in scripti recitatione: *ut not. glos. in l. prolatam, C. de sent. & inter omnium judi.* quòd exemplum est multum notabile in sola diffinitiva, secus in interlocutoria: *ut notatur infrà l.* 2. *C. de appel.* facit ad hoc quia etiamsi dicta testium non scribantur, non valet sententia, ergo per judicem, & tabellionem non possunt probari dicta testium, quæ non fuerunt in scriptis redacta. Fallit in casibus notatis *in auct. nisi breviores, C. de sent. ex pericu. recitan. ut reffert Bal. in alleg. l. prolatam.*

(*a*) Amas las Partes. Vide quòd circa hoc scripsi *suprà eod. tit. l.* 1. & per hoc dictum confirmantur quæ ibi notavi.

(*b*) No de noche. Et est ratio, quia tenebræ aptæ sunt ad fabricandum falsum: *ut cap. consuluit, de offic. deleg. & ff. de ori. juris, l.* 2. §. *& quia, & in auct. de judi.* §. *sedebunt. Et sic not. ex hac l. juncta l. cum sententiam, C. de sent. & inter omnium judi.* quòd sicut locus incongruus reddit sententiam nullam, ut ibi, sic & tempus incongruum. Nam sententia lata in loco secreto, non publico, non valet, nam secreta suspitione non carent, & plerumque irrita sunt, & casanda: *ut not. in c.* 1. *extra ut Ecclesiastica benefi. Ex quibus not. secundum Bal. in d. l. cum sententiam*, quòd reformationes populi debent fieri in publico palatio populi, non in alijs locis secretis: *ut C. de legatis, l. pe. lib.* 10. Nec possumus dicere, quòd jurisdictio sit prorrogata, quia illud habet locum in his quæ sunt fori judiciarij; non in alijs actibus publicis: *ut Bald. ubi suprà.* Est tamen notandum ad supradicta, quòd ex necessitate sententiæ fertur de nocte: *ut not. Bal. in l. Cassibus, C. de testa.*

(*c*) Porque se pueda probar. Et non solum requiruntur testes in sententia proferenda, sed etiam tabellio, qui si incipit scribere acta, debet scribere sententiam: *ut C. de appel. l. præcipimus, & C. de spor. l.* 1. *& l. ubi, ff. de judi. & est doctrina Bal. in alleg. l. cum sententia*, debet enim sententia proferri ubi Judex jus reddere consuevit: *ut alleg. l. cum sententia* 96. *dist. cap. benè quidem, ut Ecclesiastica benefi. c. unico, ff. de justi. & jur. l. pe. & Spec. eo. tit.* §. *qualiter, vers. debet autem ferri.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 5. *de la* 3. *Partida, tit.* 22. *la qual Ley declara, que esta Ley no ha lugar en las causas pequeñas, è de pobres.*

(*d*) El Juicio, sus Personeros. Nota ad hoc quòd sententia non valet, si Procurator non condemnatur, sed dominus qui nunquam fuit in judicio, nec est præsens, sed est ferenda sententia contra dominum in personam Procuratoris; & contra Procuratorem: *ut not. glos. in l.* 1. *C. de sent. & inter om. jud.* & est ratio, quia sententia quasi contrahitur, & verba sententiæ debent refferri ad personam Procuratoris, qui præsens est, cum quo quasi contrahitur; aliàs est nulla: *ut plenè not. Bar. in l. stipulatio is-*

UVA. BHSC. SC 05749

è deles ende sendas cartas fechas por alguno de los Escribanos, ò selladas con su sello: è tenga el Escribano, ò el Alcalde (*a*) otra por testimonio.

Ley IV. Como si dos Jueces dan sentencias diversas, vale la de aquel que diò por quito, salvo en ciertos casos.

SI dos (*b*) Alcaldes hobieren de juzgar un Pleyto de consu-

ista, §. *si stipul. ff. de verb. obli.* Judicia enim rediguntur ad similitudinem contractus: *ut ff. de judi. l. omnem*, & *ff. de peculi. l.* 3. §. *idem scribit.* quos contractus Procurator non potest in personam domini conferre verbis directis, sed obliquis, id est, Procuratoris nomine stipulando: *ut alleg. l. si stipul.* & *not. in l.* 1. *ff. de stipul. servo.* & *l. hujusmodi, in princ. ff. dele.* 1. *vide circa hanc l. Spec. tit. de appel.* §. 1. *vers.* & *notabilitèr*, & *tit. de sent.* §. *juxta vers. non valet, cum vers. se.* & *vers.* & *not. quòd quidam Judices.* An autem valet sententia ex falsa causa lata expræssa, si ex alia causa valet: *vide Bar. ff. de acqui. hæredi. l. si is ad quem.*

(*a*) E TENGA EL ALCALDE. *Concord. c. cum bonæ, extra de proba.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 16. *de la* 3. *Partida, tit.* 22. *è la Ley* 17. *del dicho tit. las quales disponen mas copiosamente que esta: concuerda una Ley de estilo, que es* 218.

(*b*) SI DOS. Hujus legis principium: *ut extra, infrà dicendis patebit*, loquitur in duobus Judicibus ordinarijs, diversas sententias proferentibus, quòd valet pro reo sententia, quòd habet locum de jure, quando omnes Judices sunt præsentes, & discordant, & diverse pronunciant, ut hic: secus enim si unus est absens, quia tunc alter sine absente non potest producere, cum ambo incœperunt de causa cognoscere. Sed si unus solus ex ordinarijs cognoscit, etiam sine altero procedit, & pronunciat, cum habeant jurisdictionem in solidum, & competit eis ut singulis: *ut ff. de libe. cau. l. si pariter*, & *ff. de offic. consu. l.* 1. *C. de auct. præstan. l. fi.* & *glos. Bar. in l. Pomponius, ff. de re judi.* & hoc quòd dictum est de ordinarijs, idem intelligo de delegatis ad universitatem causarum: *ut not. glos. in alleg. l. Pomponius*, & *de hac* 1. *parte est text. in l. inter partes*, & *ibi Bart. ff. de re ju.* & *c. fi. de re judi.* vide tamen circa hoc stylo legis 218. quæ aliter disponit. Est tamen notandum, quòd si duo sunt Judices ordinarij, & mandant aliquid contrarium, exequendum est primum mandatum, non secundum; quia secundus non potest revocare factum primi, nam par in parem, &c. *Innoc. in c. innotuit, de elec.* in factis ergo contrarijs ordinariorum prævalet, quòd primo factum est: *ut notat Innoc. in cap. cum contingat, de rescrip.* & *vide quòd not. ff. de arbi. l. non distinguemus*, §. *cum in plures*, & *ibi glos.* & *Bal.* Item nota, quòd si plures Judices cognoscunt de eadem re diverso tempore, valet processus amborum, nisi sit posita exceptio præventionis, vel nisi petat se ad eundem Judicem mitti: *ut notat Innoc. in c. cum mandat. de constit.* quòd est notabile, quia sæpè duo officiales procedunt de eodem maleficio; & valet uterque processus, si reus non excipit: *secundum Innoc.* & *Bal. adde quòd not. suprà tit. de los juicios, l.* 1. An autem unus ex tutoribus, vel Judicibus, vel arbitris, vel executoribus testamenti possit collegæ committere motum animi sui, ubi unus sine alio non potest aliquid facere, & quid si sunt discordes: *not. Bald. in l. cum magistratus, C. quando provo. non est ne.* ubi ipse notat quòd de jure tutores habent potestatem, & usum potestatis quilibet in solidum: *ut ff. de admi. tu. l. decreta.* nisi sint præsentes & discordes in actu: *ut ff. de cura furi. l. consilio*, §. *fi.* Item nota, quòd quando testes sunt pares, Judex potest animi sui motum adhærere alteris testibus, & alteris non adhærere, dummodo in actis faciat inseri causam suæ adhæsionis. Ita intelligitur, quòd elegantèr notat *ff. de re judi. l. duo Judices dati, ut reffert Bal. in dicta l. cum magistratus.*

UVA. BHSC. SC 05749

no, è no se avinieren en un Juicio, è juzgáren de sendas guisas, la sentencia de aquel Alcalde vala, que diere por quito al demandado, fuera ende en quatro cosas: en Señorío de Rey, (*a*) ò en Pleyto de arras, ò en Pleyto que sea sobre manda de muerto, ò en Pleyto que dice alguno que debe ser quito de servidumbre; y en estas quatro cosas, vala la sentencia del Alcalde que juzgáre por qualquier dellas: y esto mandamos de los Alcaldes que son puestos para juzgar todos los Pleytos: è si el Rey, ò los Alcaldes mandáren à otros homes por carta, ò por palabra juzgar algunos Pleytos, y ellos juzgáren de sendas guisas, muestren ambas las sentencias (*b*) al Rey, ò aquel Alcalde que los el Pleyto mandó juzgar: è qual de los Juicios el Rey, ò el Alcalde tuviere por mejor, aquel vala: è si fueren Alcaldes de avenencia, en que las Partes avinieren de estar à su Juicio só alguna pena, è ambos juzgáren de sendas guisas, ninguno de sus Juicios no vala. (*c*) E si mas fueren de dos, quier sean Alcaldes por todos los Pleytos juzgar, quier sean dados de Rey, ò de otros Alcaldes para algunos plazos señalados juzgar, quier sean tomados por avenencia de las Partes, aquel Juicio vala que diere la mayor parte (*d*) dellos.

Ley V. Como la sentencia difinitiva no se puede toller, ni mudar.

DEspues que el Alcalde diere sentencia, ò Juicio afinado sobre todo el Pleyto, no pueda (*e*)

(*a*) Señorio de Rey. Quia est causa favorabilis, duo alij, cum de casibus hic contentis exprimuntur in jure ultra favorem libertatis: *ut dict. l. inter pares, & in c. ex litteris, de proba. & d. c. fi. de re judi. & ff. de inoffic. testa. l.* 1. si par est judicantium causa, scilicèt, dotis: *ut d. c. fi. & l.* 1. *ff. solu. matrim. & causa matrimonij, ut ibi, &* 34. *q.* 1. *si quis acceperit, & extra de spon. impu. c. continebatur.*

(*b*) Muestren las sentencias. Et hoc ideo quia sunt delegati, & utriusque sententia pendet ex arbitrio delegantis: *ut dicto c. fi. eo. tit. & duo Judices, ff. de re ju.*

(*c*) No vala. Quòd est ratio diversitatis: *vide glos. fi. in alleg. c. fi. de re judi. & ff. de arbitr. l. diem, §. si plures.*

(*d*) La mayor parte. *Concord. dict. l. Pomponius, in fi. & l. duo ex tribus, eod. tit.* sed si duo vel plures in majori summa, & unus, vel minor pars in minori summa condemnet, valet sententia minoris partis: *ut dict. l. inter pares, in fi. & in c.* 1. *extra de arbi. lib.* 16.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 21. *de la* 3. *Partida, tit.* 22. *Concuerda la Ley* 2. *del dicho tit. è la Ley* 3. *del dicho tit. pone ciertos casos, en los quales el Juez puede revocar la sentencia difinitiva que habia dado: vey la Ley* 2. *de las Ordenanzas Reales, lib.* 3. *tit.* 15. *que pone, cómo se puede facer de nulidad con la sentencia, è dentro de qué termino: en quanto à los frutos esquelmos que esta Ley dispone, vey la Ley del estilo, que es* 251. *que singularmente dispone en las causas de las alcavalas la orden que se ha de tener en proceder, y en sentenciar: vey la Ley* 121. *con quatro Leyes siguientes.*

(*e*) DEspues, no pueda. Ista lex in prima parte loquitur in diffinitiva sententia, & in ordinaria, ut in ea patet, quia delegato non est dubium: *per c. in litteris, cum ibi notatis per DD. extra de offic. deleg. & per l. Ju-*

UVA. BHSC. SC 05749

añadir, ni toller, ni mudar ninguna cosa en la sentencia: (*a*) mas

Judex, *& l. quòd jussit*, *in fi. & l. cum quærebatur*, *& l. post rem*, *ff. de re judi.* intelligo etiam quòd hic dicitur, cum ordinarius vult addere, vel mutare diffinitivam sententiam quoad substantiam circa principale, quia hoc non potest: *ff. de pœnis*, *l. moris*, *§. iste*, *de quæst. l.* 1. *§. fi. C. sent. rescin. non poss. l.* 1. *C. de pœnis*, *l. pœnam*: & est ratio, quia semel functus est officio suo: *ut in juri. sup. in princ. alleg.* Hoc idem dico in præcepto, ut si debitori confesso in judicio præcipiat Judex quòd solvat: *ff. de judi. l. si debitori*, quia præceptum habet vim diffinitivæ: *ff. de app. l. creditor*, *§. jussus*, *& not. Jaco. in dicta l. jussit.* Si tamen Judex vult corrigere, seu mutare sententiam diffinitivam, quoad verba, seu dicta est substantia non mutata, hoc potest facere: *ut in l. actorum verba*, *ff. de re judi.* Idem si sententia est nulla ipso jure, quia potest eum revocare, & mutare: *ut C. quomodo*, *& quando Judex*, *l. si præses*, *de sent. & interlocu. omn. judi. l.* 1. *extra de frigi. & ma. c. fraternitatis*, *de pur. vul. c.* 2. 11. *q.* 3. *c. Episcop.* Et quot modis sententia est nulla: *notant DD. in c.* 1. *de re judi. & Host. in summ. de re judi. §. qualiter*, *& Spec. tit. de sent. prola. §. juxta*, *& Gui. de Monte lau. in cle.* 1. *de sequæst. poss. & vide quòd scripsi suprà eo. lib.* 2. *tit.* 2. *l.* 2. An autem sententia nulla ipso jure ex eisdem actis potest annullari: *vide Henr. in c. in litteris*, *de offic. deleg.* & hoc quòd dictum est, fallit in casu ubi Judex sententiando delinquit, ut quia sententia est vænalis: *ut C. quando provo. non est neces. l. vænalis.* Est & alius casus in quo Judex ordinarius potest mutare, vel corrigere diffinitivam sententiam, quando, scilicèt, sententia de sui natura, vel de jure communi est retractabilis, circa additionem superioris, ut quia lata per falsa instrumenta, vel per testes corruptos, sive scientèr falsum dicant, sive ignorantèr: *ut C. si ex fal. instr. l. ff. de re judi. l.* 1. *divus*, *extra de probatio. cap. licèt.* Idem in casibus, in quibus peremptoria potest proponi post sententiam: *de quibus*, *C. de jure*, *& fac. ignoran. l.* 1. Idem propter prævaricationem advocati: *C. de advoca. di. judi. l.* 1. *& per viam in inte. resti. ut ff. de mino. l. in causæ* 2. *§. fi. ut l. præfecti*, *& Spec. de arbit. §. fi. vers. ut autem super hoc*, *& de in inte. resti. §. videndum restat*, *vers. & not.* Quando autem sententia sit interlocutoria, vel quasi interlocutoria, seu diffinitiva, & an post latam sententiam requiratur monitio: *notabilitèr Bal. in auct. hoc amplius*, *C. de fideicomis. q.* 2. Et circa hanc legem quæro, quid in arbitrio, an potest pluries pronunciare, & sententiam suam emendare: *& Ant. de Bu. in c. quintavallis*, *de jurejur.* dicit, quòd si dictum est in compromisso, quòd possit judicare semel, & pluries, quoties ei placuerit, poterit, sic judicare, & corrigere super diversis articulis; sed non super eodem in quo est jam laudatum, quia super eadem re non possunt formari plures sententiæ: *ut l.* 1. *C. quando provoca. non est neces.* Item, quia ex quo semel est decisum, sive per laudem, sive per arbitramentum, est quædam transactio: *ut ibi not. Ant.* non ergo potest amplius transigi: *ff. de transac. l. post rem*, *& de condi. indebi. l. elegantèr*, *§. si quis post. Idem Jo. An. in addi. Spec. tit. de arbi. §. sequitur*, *vers. sed pone*, secus si diceretur, ut possit judicare, & mutare semel, & pluries: tunc enim potest judicatum mutare, & corrigere; quia licèt non habeat à jure; potest ei tribui à partibus, sicut certi sunt Judices, qui possunt suas sententias corrigere: *ff. de appel. l. ab executore*, ita & arbitris potest hoc concedi: *ut l. non distinguemus*, *§. de offic. ff. de arbi. verba sunt Bar. in l. quantum. ff. de arbi.* Sed primum membrum placet Ant. ubi pluris sunt articuli, idem ubi unus est articulus, eo quia est concessum ut pluries possit laudare, quia tunc poterit in una iterato pronunciare, aliàs verba in illo nihil operarentur: *Jo. An.* tamen dicit, quòd non valet tale pactum, quòd possit jurare circa idem: quia hoc esset invitare ad delinquendum *contra l. convenire de pacto do. ut reffert Ant. de Butr. in alleg. c. quintavallis.*

(*a*) En la sentencia. Nota ad legem istam, quòd post sententiam diffini-

UVA. BHSC. SC 05749

sobre las costas, (*a*) è sobre los esquilmos, puede en ese mesmo dia (*b*) que diere la sentencia, juzgar, segun que fuere derecho: pero si el Alcalde diere Juicio que no sea afinado, como sobre otros aducir, ò sobre mas plazo dar, ò no en alguna cosa, ò sobre otras cosas que acaezcan en el Pleyto, en tal como escripto, bien pueda su Juicio mudar, (*c*) ò mejorar, si entendiere que es mayor derecho

---

nitivam contraria sententia super eodem, ab eodem, vel à successore lata ipso jure non tenet: *ut hic concord. l. post sententiam*, *C. de sent. & interlo. omn. jud.* quòd intelligo verum secundum DD. quando is pro quo lata est prima sententia, excepit, & Judici constabat, aliàs esset firma secunda sententia: *ut ff. de condi. indebi. l. eleganter*, *§. si post. not. Bal. in alleg. l. post sentent. & sic intelligitur quòd ipse Bal. notat in l. fi. C. de sent. quæ sine certa quant. profer.*

(*a*) Sobre las costas. Et sic de his quæ pertinent ad consequentiam sententiæ jam latæ, ut de fructibus, & sumptibus potest judicare: *ut hic*, *& in l. Paulus*, *ff. de re ju. & Spec. tit. de arbit. §. fi. vers. ut autem super hoc*, *& in tit. de dispu. seu alleg. §. satis clarè*, *vers. quia si de fructibus*, *& tit. de sen. prola. §. æqualiter*, *vers. hoc quoque*, *& Host. in sum. de re ju. §. qualiter*, *vers. diffinitiva.* Et nota, quòd cum fructus, vel expensæ petuntur à parte, & Judex victum non condemnat in eis, tenet de suis resarcire: *ut styllo*, *l.* 253. *& not. per DD. in cap. finem litibus*, *extra de dolo*, *& contum.*

(*b*) Mesmo dia. Et hoc verum secundum Episcopum, nisi in sententia reservet sibi taxationem fructuum, vel expensarum, quia tunc etiam alia die poterit taxare: *ut not. in l. terminato*, *C. de fructi. & litis expen.* Et an, & quando debent expensæ jure actionis: *not. Bar. in l. non solum*, *ff. de rei vendi.* & nota, quòd si Judex eadem die non condemnat, nec taxationem reservat, semper remanet jus agendi: *juxta notata per DD. in c. cum appellationibus*, *extra de appel. lib.* 6. Dubitatur tamen an ad taxationem expensarum debeat pars citari? *& Bal. in alleg. l. terminato* dicit, quòd in mera executione reus non est citandus: *ut notat Innoc. in c. ex ratione*, *de appel.* Quædam enim sunt quæ sine citatione fieri possunt, licèt jus tribuatur, dum tamen jus alterius non evellent: *ut singulariter not. de bono posse. l.* 3. *§. si causa cognita.* Ex quibus traditur, quòd si eadem die fit taxatio expensarum per Judicem, non est necessaria nova citatio, quia quæ in continenti fiunt, &c. secus si taxatio fiat altera die cum intervallo. Vel dic subtiliùs secundum *Bal. in dicta l. terminato*, quia aut reus comparuit, aut fuit contumax. Primo casu est necessaria citatio nova, quia prima citatio est consumpta. Secundo casu, aut fuit citatus ad horam, aut ad diem: si ad horam, est necessaria nova citatio: si ad diem, tunc quia videtur citatus cum suis accessorijs, & citatio plenè interprætanda est: *ut l. fi. C. de anna. excep. non oportet quòd iterato citetur*, *ff. de usuris*, *l. mora.* Item nota ad hoc, quòd si arbiter pronunciet super expensas illas, taxabit magistratus, arbiter enim sibi reservare potest; quia quòd compromisso non cavetur, arbiter tentare non debet: *ut ff. de arbi. l. non distinguemus*, *§. de offic.* sed hoc verum cum spirat tempus compromissi, sed si adhuc durat, nihilominus arbiter poterit taxare, quia expensæ pertinent ad consequentiam petitorum: *ut not. eod. tit. l. qui arbiter.* De hac materia vide quòd *not. infrà lib.* 3. *tit. de las costas*, *l. unica.* Et circa hoc nota, quòd etiamsi actus non teneat, non potest propterea revocare de facto, sed demum parte vocata: *not. Innoc. in cap. veniens*, *de filijs Præsbyt. & c. inter quatuor*, *de majo. & obedient. ut reffert Florian. in l. in leg. Aquil. ff. ad l. Acquiliam.* Contrarium tenet ipse *Innoc. in c. quærellam*, *de elec. & Bar. in l. quòd jussit*, *ff. de re judi.* quòd habet locum quando Judex extra judicium non vocata parte; & contra jus notoriè aliquid facit, quia tunc non vocata parte potest illud revocare, aliàs secus: *ut vult Innoc. in alleg. c. quærellam.*

(*c*) Bien pueda mudar. In hac secun-

UVA. BHSC. SC 05749

aquello que emienda, que aquello que habia juzgado.

Ley VI. Como debe ser condenado en las costas el vencido.

QUando alguna de las Partes fuere vencida por Juicio afinado en algun Pleyto, quier sea demandador, quier defendedor, el Alcalde juzgue las costas al vencedor, que gelas pague el vencido. (*a*)

---

cunda parte hujus legis loquitur de interlocutoria, quæ indistinctè potest à Judice revocari, corrigi, & emendari: *concord. c. cum cessante, extra de appel. & dicta l. quòd jussit*, & verum sive interlocutoria tendat ad præparationem litis: *ut ff. de arbit. l. diem proferre*, §. *fi.* sive contineat decissionem quæstionis incidentis, vel emergentis secundum *Accur. Di. & Jaco. in dicta l. quòd jussit, & Accur. C. de sent. ex pericu. reci. l. hac lege*, fallit tamen de jure, quando interlocutoria est terminativa, extinctiva, seu expirativa jurisdictionis: *ut in c. significantibus, extra de offic. deleg. & Spec. tit. de offic. judi.* §. *servit. vers. quid si ponens.* Idem si interlocutoria est abdicativa jurisdictionis: *ut in c. cum appellationibus frivolis, de appel. lib. 6.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 7. de la 3. Partida, tit. 22. la qual pone ciertos casos, en los quales el Juez no debe condenar en costas, caso que condene en el negocio principal: para saber las costas que se han de pagar, vey la Ley del estilo, que es 165. y en grado de apelacion las costas que se han de pagar, vey la Ley del estilo 164.

(*a*) QUANDO, EL VENCIDO. Hoc enim est regulare, quòd in fine litis victus victori condemnatur in expensis: *extra de pœnis, c. calumniam, de majori. & obedient. c. fi. in auct. de judi.* §. *oportet, colla. 6. & C. de Episcop. & Cler. auct. generalitèr, & ibi Ci. & C. de judi. l. properandum*, §. *sin autem alterutra insti. de pœna teme. liti. in princ.* Requiritur tamen, quòd petantur expensæ per partem: *ut not. Spec. tit. de expen.* §. *2. circa princ. & est text. infrà eo. foro, lib. 3. tit. 14. l. unica.* Requiritur etiam, quòd sint juratæ post taxationem: *ut ibi text.* Et quòd dictum est suprà habet verum, nisi victus habuerit justam causam litigandi; sicut hæres contendens super causa defuncti; aut habens rem petitam ab alio cum titulo, & bona fide; vel si victus juravit de calumnia; maxime in principio causæ. Idem etiam si sententia feratur pro absente. Vel si reus habuit justam causam absentiæ: *ut dicta l. properandum*, §. *& si quidem, vers. sin autem ex gestis, &* §. *sive autem alterutra, & Spec. tit. de expen.* §. *2. vers. quòd autem dixi, & 3. part. tit. 22. l. 8. & Doc. in dicto c. calumniam.* Sed in eo quòd dixi de juramento, nota quòd hæc præsumptio legis habendi justam causam litigandi propter juramentum tollitur per aliam præsumptionem, si appareat de malitia, vel temeritate litigatoris: tunc enim (non obstante juramento) condemnabitur in expensis; quia licèt juramentum calumniæ excuset à præsumpta calumnia; non tamen excusat à temeritate, ob quam fit expensarum condemnatio: *ut ff. de re judi. l. eum quem temerè, & hoc tenet Bart. in l. qui solidum, ff. de lega. 2. & in l. 1. ff. ad Turpili. & Ant. de Butr. post alios in c. finem, de dolo, & contum.* Item, in eo quòd dixi, quòd habens probabilem causam litigandi, excusatur: etiam fallit in expensis, quæ propter contumaciam debentur; quia sive habet probabilem causam, sive non, debent solvi antequam victus audiatur: *ut in l. sancimus, C. de judi. & gl. mag. in dicto cap. finem, & ibi Ant. quòd dic, ut plenè not. Spec. tit. de expen.* §. *juxta promissionis ver. sed quæritur quando præstandæ*, & quòd hic dicitur, intelligo tàm in civili, quàm in criminali: *ut notatur per DD. signantèr per Hen. in alleg. c. calumniam.* An si per imprudentiam advocati clientulus perdidit causam, teneatur ad expensas advocatus? *vide Henr. in dict. c. calumniam.* Item nota, quòd

UVA. BHSC. SC 05749

TITULO XIV.

DE LOS PLEYTOS QUE FUEREN ACABADOS, que no sean mas demandados.

Ley I. Como el Pleyto que fuere acabado de que no fue alzado, finca firme è valedero.

SI algun Pleyto fuere acabado por Juicio, ò afinado, de que no se alce ninguna de las Partes:

quòd habens pro se unius approbati Doctoris opinionem, excusatur à condemnatione expensarum, & facit ad id quòd suprà dixi; quòd opinio Doctoris facit cessare condemnationem expensarum: *ut not. Host. in c. calumniam, de pœnis, & Bart. in l. 1. ff. si cer. peta. & in l. qui Romæ, §. duo fratres, de verb. obli.* Intelligo verum quando opinio Doctoris est gravis, & ponderosa; aliàs si est levis, & incolorata, non facit cessare condemnationem expensarum; quia non liberat eum ab imperitia: *ut insti. de oblig. quæ ex quasi deli. nas. §. 2. in glos. facit quòd notat Innoc. in c. ne innitaris de consti. & not. hoc Bald. in l. observare, ff. de offic. proconsu. & lega.* quia per hoc habet probabilem causam litigandi, ut suprà dixi: & est ratio, quia Doctor habet à lege auctoritatem jura subtilitèr interpraetandi: *C. de professo. qui in urbe Constan. l. unica, lib. 10. & hoc notat Gen. in cap. ne Roman. & ibi glos. de electi. in cle. & Henr. in c. sacro, extra de sent. excomm. distin. pen.* Idem etiam si aliquis semiplenè probat intentionem suam, evitat expensas: *ut notat Host. & Joan. And. in dicto c. finem, & Dominic. in c. si fortè, extra de elec. lib. 6. super glos. quæ incipit: Si igitur.* Et hoc idem si quis tenetur ad duo conjunctim probanda; & probat unum tantum; quia tunc fit compensatio expensarum, quòd est notandum: *ut Dominic. ubi suprà.* Item nota, quòd si aliquis plus debito petit super toto, habet justam causam litigandi, nisi petens dicat se paratum recipere partem, quæ non est in controversia, & sic in expensis litis non condemnabitur: *ut not. Bar. in l. qui solidum, in princ. de le. 2.* Item nota, quòd licèt tutor malè litiget, potest pupillus vel tutor in expensis condemnari, & fiet executio contra pupillum; licèt ipse habeat regressum contra tutorem, liberatur tamen pupillus cedendo actioni: *ut notat Bart. in dicta l. qui solidum, §. etiam respublica.* Procurator etiam calumniosè, vel temerariè litigans, condemnatur in expensis: *not. Bar. in l. 1. §. si Procurator, ff. si quis jus di. non obtem. & Spec. tit. de execu. sent. §. sequitur, ver. quid si Procurator.* Item nota, quòd actor calumnians in causa civili, in restitutione expensarum, & in alijs dispendijs condemnatur: *ut l. non ignoret, C. de fruct. & liti. ex. in criminali verò similitudine supplicij punitur, ut ibi.* Et nota *secundum Bal. ibi*: quòd tripliciter dicitur quis calumniari. Primò, si defert petere. Secundo, si est contumax. Tertiò, si deficit in probando: *ut ibi est text. valde notabilis.* Item, ex illa lege non ignoret, nota quòd actor impetrans rescriptum, & non probans, præsumitur calumniari, & fortior est hæc præsumptio quam si expediretur coram ordinario. Item nota, *ex alleg. l. secundum Bal.* quòd Judex qui temerè inquirit, tenetur reficere expensas. Item nota, quòd si testes qui jactabant se scire veritatem, defecerunt, quòd parcitur non probanti: *ut notat Jo. An. in c. fi. in fine de elec. lib. 6. ut reffert Bal. in dicta l. non ignoret, quòd est benè notandum, & de materia hujus l. vide aliquid per Bal. in l. eos, §. Apostolos, C. de appella.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 5. tit. 25. de la 3. Partida, la qual estiende esta, que ha lugar, caso que dello se pidiese merced al Rey: è vey la Ley 4. del dicho tit. que concuerda con esta. Esta Ley se limita, en caso que contra

UVA. BHSC. SC 05749

ò si se alzó, (*a*) è no fue confirmado por aquel que lo debie confirmar, ninguna de las Partes no pueda mas tornar (*b*) à aquel Pley-

tra la sentencia se probáre haber seydo dada por testigos, ò cartas falsas: pruebalo la Ley 1. è 2. tit. 26. de la 3. Partida.

(*a*) Si alguno, ò si se alzó. Adde, quòd sententia potest esse simul iniqua, & nulla: *ut in c. constitutus, extra de in inte. resti.* & si expræssè renunciatum est appellationi, videtur esse renunciatum nullitati inclusæ sub appellatione, tanquam accessorium, quòd enim nullitas sit articulus accessorius quoad libellum: *not. C. quando provo. non est neces. l. 1. ubi est glos. singularis, not. Bald. in l. 1. C. de sent. ex pericu. recit.* renuncians ergo tali appellationi, non habet amplius recursum contra sententiam: ut hic. Item, nota circa hanc materiam, quòd sententia nulla, licèt possit ratificari ut pacti, non tamen ut valeat tanquam res judicata: *ut not. Bal. in l. observare, ff. de offic. proconsu. & leg.* & sic prorrogatio facta post sententiam, non confirmat sententiam latam à non suo Judice, & hæc vera, ubi est defectus jurisdictionis, sed ubi est defectus consensus, ratificari potest: *ut l. 4. §. falsus, ff. rem ra. ha.*

(*b*) No pueda mas tornar. Et est ratio, quia sententia quæ transit in rem judicatam, etiam si sit lata contra jus litigatoris, facit jus inter partes: 2. *q.* 6. §. *diffinitiva, extra de re judi. cap. cum inter, in fi. & res judicata pro veritate habetur, ut ff. de re. juris, l. res judicata*, & hoc verum, ubi sententia est aliqua, licèt sit injusta: *ut dicto c. cum inter, & not. Henr. in c. inter monasterium, eo. tit. 5. dist.* secus enim ubi ipso jure est nulla sententia, quia talis non potest subsistere ipso jure: *ut in c. 1. extra eo. tit.* Quot modis dicatur sententia nulla, vide remissiones suprà *tit. proximo, l. pe. not. Henr. in dicto c. inter monasterium, 5. distin.* & est hujus dicti ratio, quia non præstat impedimentum, &c. *ut c. non præstat, extra de reg. jur. lib. 6.* Sed hoc fallit in causa matrimoniali, ubi agitur de fœdere matrimonij, & sententia fertur contra matrimonium: *ut c. lator. & c. tenor. & c. consanguinei, extra eod. tit. & 3. part. tit. 22. l. 12.* Fallit etiam in causa beneficiali, in qua sententia nunquam transit in rem judicatam: *ut notat Ant. de But. in c. ad petitionem, de accus. & cap. ad audientiam, de rescrip.* Idem etiam est dicendum, ubi evidentèr, & notoriè apparet sententia injusta: *ut in c. fraternitatis, §. nos tamen de frigi. & ma. & in c. 2. de pur. vul. quia semper debet veritas prævalere, 8. dist. consuetudo, not. Henr. in dicto c. inter, 5. dist. eo. tit.* Ex quo nota, quòd licèt possit transigi super sententia, quando dubitatur de ea; idem de compromisso, si tamen sententia est certa evidentèr non potest compromitti, etiam si renuncietur sententia; quia notoriè apparet de justitia sententiæ; secus in laudo arbitratoris, quia valet novum compromissum, si renunciatur laudo antiquo. Nam cum illud laudum est quædam species transactionis, potest eidem renunciari, sicut transactioni: *ut not. C. de transact. l. si diversa, ut hoc not. Bal. ff. de transact. l. post rem judicatam.* Item, quòd supradictum est, fallit in causa minoris, vel Ecclesiæ, & in causa furiosi, & prodigi, qui æquiparantur pupillo, & in causa liberali, & in causis publicis: *ut not. Bar. in l. Imperatores, ff. de re judi.* & regularitèr fallit in casibus, in quibus subvenitur alicui contra sententiam per beneficium restitutionis in integrum: *ut ff. de in integrum resti. l. fi. & ff. de mino. l. ait prætor.* Fallit etiam in casu legis admonendi; *ff. de jurejur. & not. 3. part. tit. 22. l. 12.* Fallit etiam in casibus & exceptionibus, quæ post sententiam de jure impediunt executionem sententiæ: *quòd not. per Spec. tit. de execu. sent. §. fi. & scripsi suprà eo. lib. 2. tit. 10. l. 7. & Spec. tit. de excep. §. dicto, vers. hoc tamen*, in omnibus prædictis casibus, hæc lex non videtur locum habere. An autem quando error invenitur in sententia, vel in processu expræssus, retractetur, vel annulletur sententia: *vide Ant. de But. in c. 2. de pur. vul.* An sententia ex falsa causa lata valeat, vel rescindatur: *vide notabilitèr Bart. in l. si quis ad quem, ff. de acquir. hæred.* Quando autem tertius potest impedire executionem sententiæ? *vide notata in c. ut super, extra de re ju.*

(*b*) Mas tornar. Idem si sunt con-

UVA. BHSC. SC 05749

to, maguer que diga, que falló cartas (*a*) de nuevo, ò otra razon

formes, non potest opponi exceptio nullitatis, nisi prius mandetur sententia executioni: *per cle. ut calumnijs, de re jud.* quòd est verum, nisi opponatur evidens causa nullitatis, tunc enim retardatur executio, *secundum Bal. in l.* 1. *C. ne liceat in una eademque causa tertio appel. & Oldra. consi.* 8. *quòd non credit verum Ludov.* quia tunc nulla esset specialitas in tribus conformibus sententijs: *ut vult dicta cle. & patet per notata in l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re ju. & est casus in l. fi. ff. de ordi. cog.* Secundò limita, nisi sit executio irretractabilis, tunc enim semper potest nullitas opponi. Ita determinat *Bal. in l. si feriatis, ff. de ferijs.* Et secundum canones limita tertio quando sunt latæ tres sententiæ ita conformes, quòd omnes sunt condemnatoriæ, vel omnes absolutoriæ, sed si duo sunt contrariæ, & tertia solum desertoria appellationis, non habet locum dicta *cle. ut not. Dominic. de Rota, sua decis.* 37. Quartò limita, si latæ sunt tres sententiæ pro me interpolatæ: *ut est dictum Jo. An. in addi. Spec. tit. de appel. §. quotiens, licèt aliquid dicat Dominicus de Rot. decis.* 31.

(*a*) Falló cartas de nuevo. *Concord. c. inter monasterium, & c. suborta. eo. tit. & l. sub prætextu, C. de transa. & l. sub specie, C. de re judi. nisi in casibus suprà alleg. concord. quòd not. in l.* 19. *suprà tit.* 8. *eo. lib.* 2. *Hic text. facit ad quæst. quam movet Spec. tit. de execu. sent. §. fi. & Cy. in l.* 1. *C. de cond. indebi. & Ant. in c.* 2. *de pur. vul. quæ talis est.* Tenebar Titio in centum, quæ sibi solvi, sed instrumentum solutionis perdidi, & à Titio creditore conventus, quia solutionem probare non valui, succubui, an executionem sententiæ potero per instrumentum solutionis novitèr repertum impedire? *& licèt Spec. ubi suprà*, dicat, quòd si dicatur allegando per reum instrumentum esse perditum, quòd sententia lata, novitèr instrumento reperto, poterit reus se juvare *per l. fi. C. de fide instru.* Sed Ci. & Ant. ubi suprà tenet, quòd si per dolum creditoris ego debitor non produxi instrumentum, potero subveniri adversus probationem omissam per restitutionem in integrum: *ut l. si prætor, §. Marcel. ff. de judi.* & hoc maximè videtur verum, quando solutio fuit facta eidem creditori. Iterum nunc in judicio debitum repetendi. Idem si est Judex circumventus per falso jurantem, nam tunc per instrumenta de novo reperta, vel per testes retractatur sententia lata *per l. admonendi, ff. de jurejur.* undè duobus concurrentibus, scilicèt, perjurio, & emergentia probationum merito retractatur sententia: *ut l. sub specie suprà alleg. & ibi Bal.* quæ lex etiam est vera, juncta ista lex nisi per nova instrumenta redarguerentur instrumenta actoris de falso: *ut l.* 1. *C. quando provo. non est neces.* Si autem creditor nullum commisit dolum, ut quia instrumentum solutionis non celavit, nec solutum fuit sibi debitum, sed actor suo, tunc non potero impedire executionem sententiæ; nec mihi prodest de novo reperire instrumentum liberationis, ut hic, & juribus suprà allegatis. Sed certè, licèt debitor non possit se juvare per remedium aliquod de rigore juris civilis; poterit tamen se juvare per remedium denunciationis Evangelicæ: ne iterum exigatur ab eo quòd jam solvit, eo quia repetendo jam solutum, creditor peccat mortalitèr *per notata in c. bona fides, & in c. peccatum, extra de regu. jur. lib.* 6. & talis causa ratione peccati expectat ad forum Ecclesiæ: *ut in l. novit, extra de judi. not. Pet. & Ant. in alleg. c.* 2. *de pur. vul. quòd est notandum, & not. etiam Bal. notabilitèr in lib. feu. tit. si de feu. fue. controv. inter dominum, & agna. §. si quis per* 30. *& vide quòd scripsi foro novo, tit. de las prescripciones de las deudas, qui est tit.* 9. *l.* 2. Ex hac lege notatur quòd etiam si de novo reperiatur error calculi in sententia, talis error non vitiat sententiam: *ut in l.* 2. *C. de re judi.* quòd intelligit ibi verum Bal. nisi sit error expræsus in sententia: *ut l.* 1. *§.* 1. *ff. quæ sent. sine appel. rescin.* quia expræssa nocent, tacita non nocent, expræsso non errore sententia non habet esse, nec figuram esse, ideo vitium patens reddit eam nullam tanquam vituperatam: *ut l. fi. de edic. divi Adria. tollen.* An autem si error sit in verbis ennunciativis, emissis per modum impertinentis causæ, vel si sit er-

UVA. BHSC. SC 05749

para tornar à su Pleyto.

Ley II. Como la sentencia dada contra alguno, pasa à sus herederos.

TOdo Juicio, quier afinado, quier otro que fuere dado contra alguno, quier sea demandador, quier defendedor sobre alguna demanda: è mandamos que asi vala contra sus herederos, ò contra otros que vengan en su lugar en aquella demanda, como valie contra aquel contra quien fue dado: è esto mesmo sea de los

---

error in quantitate, an sententia valeat: *vide plenè per Bal. in dicta l. 2. C. de re judi.* Ultimo nota, quòd post sententiam quæ in rem judicatam transivit, potest allegari aliquod suppletivum, vel extraneum nobilem officio Judicis implorato: *ut not. Bal. in l. si soror, C. de colla.* Item, ad id quòd suprà dictum est, quòd sententia non retractatur prætextu instrumenti solutionis novitèr reperti ultra consilium Evangelicæ denunciationis nota, si actor petijt debitum solutum, & quia reus nondum solvit condemnationem, habet exceptionem compensationis, si autem solvit, concidet quòd primo solverat. Ita dicit *glos. notabilis in l. Julian. glos.* 1. *ff. de condi. indebi. & est doctrina Bal. in alleg. l. sub specie, C. de re judi. quòd not.* Incidentèr nota, quòd petens dilationem ad solvendum, sententiæ acquievisse videtur: *ut l. ad solutionem, C. de re judi. ubi not. Bal.* quòd qui acceptat terminum videtur fateri debitum, quòd intellige, quando ex certa scientia, non per errorem: *ut l. sed si quis, §. fi. ff. si quis cauti.* Idem si qualitercumque fidem debiti agnovit: *ut C. de non numer. pecun. l. cum fidem.* Et circa id quòd suprà tetigi de remedio denunciationis Evangelicæ, nota quòd Judex Ecclesiasticus ipsam indistinctè admittere non debet, nisi in defectum justitiæ sæcularis, vel si crimen de sui natura est Ecclesiasticum, vel commune pacis fractæ, vel peccati notorij, vel quando non auditur in judicio sæculari: *ut quia est obligatio naturalis tantum not. in alleg. l. novit, de judi.* aliàs si indistinctè admitteretur talis denunciatio, periret gladij temporalis jurisdictio: *ut notant DD. in alleg. l. novit*, sed quando suprà proxima loquitur de naturali obligatione qua quis tenetur, eo quòd quis locupletatur cum aliena jactura, quia quòd alienum est pervenerit ad eum: *ut l. nam naturam, ff. de condi. indebi. vel de obligatione naturali*, quæ originem habet ex consensu, ut ex pacto nudo, vel jurejurando, secus de naturali; quem nec ex consensu habet originem, ut in eo qui ex maleficio obligatur ad pœnam: *ut l. non solum, §. 1. de injurijs.* Idem de obligatione quæ tollitur præscriptione; quia cum denegatur audientia per sæcularem, & per præscriptionem tollatur civilis & naturalis effectus: *ut l. fi. in princ. ff. rem ra. ha. & per Ci. in l. cum quis, C. de juris, & fac. ignoran.* retinetur naturalis tantum, quæ ex consensu habuit originem, & eam retinendo quis peccat mortalitèr: *ut plenè notat Bar. in extravag. ad reprimendam*, ubi tenet contra opinionem suprà positam, dicens, quòd in casu in quo jam est lata sententia quæ transivit in rem judicatam, licèt peccat mortalitèr debitor, non tamen potest de hoc cognosci post sententiam, cum semel sit convictus: *per l. si quis cum totum, §. planè, & §. si quis annalem, ff. de excep. rei jud. & de re judi. l. post rem, & ff. de jurejur. l. nam postea, §. 1. & not. in l. Imperatores, ff. de re judi.* Ego tamen intelligerem dictum Bar. quando coram Judice non differentis jurisdictionis peteretur retractatio sententiæ, propter instrumentum novitèr repertum; secus coram excommunicato per jura suprà allegata, & vide quòd scripsi super ordinatione super parte præscriptio.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 28. de la 3. Partida, tit. 23. la qual Ley declara à esta, que ha lugar en los Pleytos civiles: pero que en los Pleytos criminales no han lugar, salvo en respecto de los bienes. E vey la Ley 29. del dicho tit. que dispone, quando la cosa condenada se muere, qué es lo que se puede pedir, si lo que queda de la cosa muerta, ò la estimacion.

UVA. BHSC. SC 05749

herederos, ò de los otros (*a*) que entran en lugar de aquel para quien fue dado el Juicio.

Ley III. Como si alguno fuere vencido sobre alguna cosa, no puede sobre ella mas demandar, mas sobre otra sí.

SI alguno demandáre à otro heredad, ò otra cosa qualquier, è dixere razon por qué la demanda, asi como por compra, è de aquella demanda fuere vencido por Juicio, no lo pueda mas demandar por aquella razon (*b*) porque fue vencido: pero si gela quisiere demandar de cabo por otra razon nueva, asi como por manda, ò por donacion, ò por otra cosa que sea fecha, puedalo facer.

(*a*) TODO JUICIO, Ò CONTRA OTROS. Nota circa hanc legem, quòd ad hoc quòd sententia faciat jus quoad omnes; ista quæ sequuntur, debent concurrere unum in principio causæ, scilicèt, quòd ibi sit legitimus contradictor: *ut l. cum non justo, C. de collusi. de testa.* Secundum est necessarium in processu, scilicèt, quòd defendat causam, & sit præsens, aliàs potius ex sua contumacia videtur damnatus, quam pro eo quòd malam causam haberet, & ideo alijs non noceret: *ut l. qui repudiantis, §. cum contra, ff. de in offic. testa.* Tertium est necessarium in sententia, scilicèt, ut feratur declarativa: *ut l. ingenuum, ff. de sta. ho.* Quartum post sententiam, ut non detegatur collusio. Quintum est necessarium, quòd talis sit natura causæ, quòd omnibus præjudicet. Item, & sextum, quòd causa sit ordinaria, & agatur principalitèr propter se, quæ enim incidentèr decernuntur, jus non faciunt, nec etiam interlocutoriæ, quæ possunt contrario imperio revocari: *ut l. si Judex, de his qui sui vel alie. jur.* exemplificat Bald. naturam sententiarum, quæ omnibus præjudicant, ut sententia quæ irrogat infamiam, & sententia deportationis, & sententia excommunicationis, & sententia exilij, sive banni publici, & sententia in actione populari, & sententia super collusione, & sententia lata pro matrimonio, & sententia lata super patria potestate, vel quòd filius sit legitimatus, & sententia lata in liberali judicio, & super jure eligendo, quando sententia fertur super ætate, & ubicumque tractatur de conditione personæ. Item, sententia afficiens personam: *ut latè per Bald. in alleg. l. 2. C. quibus res judi. non not. & per DD. in c. quamvis, extra eod. tit. & per Innoc. in c. causam, qui filij sunt le.* Item, nota in ista materia, quòd ubi sententia non facit jus, nec probationes jus faciunt: *ut in l. res. de crimi. expila. hæredi.* Item nota, quòd licèt sententia prodest, & nocet, non tamen renunciatio: *ut l. si te. C. de ingenu. & manu.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 18. è 19. de la 3. Partida, tit. 22. que cumplidamente disponen en el caso desta Ley: è si la sentencia entre unos dada, daña ò aprovecha à otros, y en qué casos. Vey la dicha Ley 19. que cumplidamente dispone.

(*b*) SI ALGUNO, POR AQUELLA RAZON. Ad hoc ut obstet exceptio rei judicatæ, requiritur quòd ista concurrant, scilicèt, quòd idem sit corpus, sive eadem quantitas, idem jus sive causa petendi, & eadem sit conditio personarum: *ut ff. de excep. rei judi. l. cum quæritur, cum duabus ll. sequent. & l. cum de hoc, & cum exemplis hujus l. non est eadem causa petendi*, & variatur modus agendi, non obstat exceptio rei judicatæ. Idem in casu *c. adversario, extra de excep.* Idem si fiat absolutio ab instantia, vel observatione judicij: *ut l. non iccirco, §. fi. ff. de judi.* vel propter ineptam actionem: *ut c. examinata, extra de judi.* Idem si agatur jure speciali, ut si minor, vel fiscus: *ut exemplificat glos. in l. & eam eadem, ff. de excep. rei judi.* Facit ad hoc, quòd absolutoria lata propter qualitatem delicti non probatam, non obstat denuo accusanti: *ut plenè not. Bar. in l. denunciasse, ff. de adult. de materia hujus l. latè tractat Spec. tit. de*

UVA. BHSC. SC 05749

TITULO XV.

DE LAS ALZADAS.

Ley I. Fasta qué tiempo debe apelar.

PORque à las vegadas los Alcaldes agravian (*a*) las Partes en los Juicios que dan, mandamos, que quando el Alcalde diere el Juicio, quier sea Juicio acabado, (*b*) quier otro (*c*) sobre cosas que acaescen en Pleyto,

de interro. §. 2. *vers. verum, usque ad fi. & Ant. in d. c. examinata.*

ADDICION.

La Ley 22. de la 3. Partida, tit. 23. manda, que puedan apelar dentro de diez dias: y esta Ley, è la dicha Ley de Partida, se corrigen hoy por la Ley de Toledo, fecha por los Reyes nuestros Señores, que mandan, que el que se sentiere por agraviado de la sentencia, que pueda apelar fasta cinco dias, desde el dia que fuere condenado, è dada la sentencia, è viniere à su noticia: la qual Ley de Toledo está en las Ordenanzas Reales, tit. de las Apelaciones, lib. 3. es la Ley 1. Vey una Ley del estilo, que es 150. que habla en la materia desta Ley.

(*a*) PORQUE AGRAVIAN. Nota quòd si hoc faciat Judex scientèr, jus contra sententiando, committit crimen falsi: *ut 7. part. tit. 7. l. 1.* si autem per imprudentiam, vel ignorantiam: *vide glos. 1. & 2. insti. de oblig. quæ ex quasi delic. nas. & C. de pœna jud. qui ma. jud. l. fi. & C. quando provo. non est neces. l. vænales, & c. 1. de re jud. lib. 6. & vide quòd scripsi suprà eod. lib. 2. tit. 2. l. 2. qua pœna punitur Judex qui judicat contra constitutiones Principum, not. C. ad l. Julia. majesta. l. 1. glos. fi.* Et an facit litem suam: *not. ff. de appel. l. 1. glos. 1. & ibi Bart. & ff. de varijs, & extraord. cogni. l. fi. & Bart. ff. de re judi. l. cum prolatis.* Et an sic per negligentiam Judicis pars damnificetur, teneatur ei ad interesse: *not. glos. penult. in c. quoniam contra falsam, extra de probat. & in juribus suprà alleg. & vide plenè Henr. in c. cum inter vos, extra de re judi. 3. dist.*

(*b*) JUICIO ACABADO. Huic appellationi à diffinitiva sententia Judex omnino tenetur deferre: *ar. in c. non solum, eo. tit. lib. 6. & not. Gen. de dolo, & contu. c. unico, in cle. & Henr. in c. constitutus, extra eo. tit.* & in tali appellatione à diffinitiva non est necesse causam exprimere; sed sufficit dicere appello: *ut l. scio, ff. eo. tit. & 2. q. 6. §. diffinitiva, in fi. vers. litigatoribus, & glos. & Jo. An. in c. cordi. §. his quæ, extra eo. tit. lib. 6. licèt fallit in casu l. generalitèr, §. sin autem, C. de re. credi.* fallit etiam in casibus in quibus ab homine est remota appellatio. Et quid operatur clausula appellatione remota: *vide per Ant. de But. in c. ut debitus, extra eo. tit. & in Spec. eo. tit. §. in quibus, vers. 8. quia, & Host. in sum. eo. tit. §. quando, ante medium.* Nota tamen, quòd licèt ubi appellatio removetur ab homine, non tollitur facultas appellandi in casibus expræssis à jure: *ut not. in c. pastoralis, extra de offic. deleg. & in alleg. cap. ut debitus*, tamen si removeatur appellatio à lege, ut in casibus hic positis, vel si renuncietur à partibus, vel juris auctoritate, non poterit etiam in casibus expræssis à jure appellari; quia majoris potentiæ est legis, & partium auctoritas, quàm Judicis: *ut C. de temp. appel. l. fi. ff. de ferijs, l. 1. not. Host. & Ant. in dicto c. pastoralis.*

(*c*) QUIER OTRO. Et sic nota, quòd de jure isto poterit appellari ante diffinitivam: *ut hic, & infr. eod. lib. 6.* & idem de jure canonico, quandocumque pars senserit gravari: *ut c. cum sit Romana, & c. super eo. 2. extra eo. tit. & 2. q. 6. non ita*, de jure tamen civili, & communi partitarum non permittitur appellatio ante diffinitivam sententiam, nisi in casibus: *ut C. de judi. l. apertissimi, 2. q. 6. §. ante sententiam, & C. quorum appel. non rescin. l. ante sententiam, & C. de Episcopali audientia, l.* 2.

UVA. BHSC. SC 05749

aquel que se tuviere por agraviado, puedase alzar fasta tercero dia, (*a*) si no otorgó, ò no rescibió (*b*) el Juicio que fue dado, y esto sea en todo Pleyto, (*c*) si no fuere en Pleyto (*d*) de justi-

---

2. & 3. *part. eo. tit. l.* 13. *idem de foro novo*, quòd servatur: *ut foro novo, tit.* 14. *l.* 1. hoc tamen fallit in casibus ibi expræssis, & regularitèr fallit quandocumque per interlocutoriam infertur gravamen, quòd non potest reparari per appellationem à diffinitiva: *ut l.* 2. *ff. de appel. rescin.* vel quando post interlocutoriam non speratur diffinitiva: *ut contingit in exemplis positis copiosè, & notabilitèr per Bar. in dicta l.* 2. *ff. de appel. rescin. ubi latius vide, & per Spec. eo. tit.* §. *in quibus, vers. sed nunquid potest ab interlocutoria.*

(*a*) Fasta tercero dia. Hoc servatur in foro civili: *ut foro novo, eod. tit. l.* 2. de jure tamen canonico servatur jus antiquum civile, scilicèt, decem dierum; *ut in auct. hodie, C. de appel. & in cap. quòd ad consultationem, extra de re jud.* Et nota, quòd sicut appellatur à Judice procedente, vel justitiam denegante, ut hic, ita appellatur à Judice negligente: *not. Guil. in l.* 2. *ff. de offic. proconsu. & leg. C. de defen. civi. l. jubemus, C. de lite penden. l.* 2. *& auct. de manda. princ.* §. *permittitur.* Et circa hoc nota, quòd si sententia lata contra absentem denunciatur ad domum absentis, statim incipit labi terminus decem dierum ad appellandum, quòd est notandum: *ut l. scire oportet, ff. de exec. tu. & C. quomodo, & quando ju. l. ab eo, & ibi Bal.* undè si erat in loco propinquo, præsumitur sententia, secus si in loco valde remoto: *ut not. Bal. in dicta l. ab eo.*

(*b*) O no rescibió. Expræssè videtur acquievisse sententiæ si fuit certa dies assignata ad audiendam sententiam in partium præsentia, & ad diem, dum Judex pro tribunali sederit, pars citata non comparuit, nec tunc appellare poterit: *ut foro novo, eod. tit. l.* 2. *not. in cle. si ante, de dolo, & contum.*

(*c*) En todo Pleyto. Fallit tamen in quibus appellationis prosequendæ mora esset periculum allatura: *de quibus infrà eod. tit. l.* 8. *& ibi not.* & fallit etiam in interlocutoria, cui non defertur nisi in casibus expræssis foro novo: *tit.* 14. *lib.* 1. *& dixi suprà*: appellatur tamen ab interlocutoria, ex qua deciditur tota causa, vel quæ est pars diffinitivæ: *ut not. glos. in l. intra utile, ff. de mino.* & appellatur ab interlocutoria quando trahit secum executionem, & sapit naturam diffinitivæ: *ut not. glos. & Guil. de Suza. & Guil. de Cuno, in l. ab arbitrio, ff. qui satisda. cogun.* appellatur etiam ab interlocutoria quando non expectat post se diffinitivam: *ut notat Bar. in l. ait prætor, ff. de mino.* §. *permittitur.* Item, licèt non appellatur ab executione, appellatur tamen à pronunciatione de exequendo: *ut not. Bart. in l. si cum exceptione,* §. *hæc autem actio, ff. quòd metus causa.*

(*d*) No fuere en Pleyto. Notat hic Dominus Episcopus duos casus, in quibus quis non auditur appellans: *ut in text. hic.* Alius est cum quis est verus contumax in non veniendo: *ff. de appel. l. ex consensu,* §. *fi. &* 3. *part. eo. tit. l.* 9. & 24. *q.* 3. *de illicita, C. de judi. properandum,* §. *sin autem*, si tamen Procurator est contumax principalis potest appellare: *ut not. Bar. in l. neque infames, ff. de fideicom. li. licèt ista est conclusio Abb. de Cecilia, in cap.* 1. *ut lite non contestat.* 5. *&* 8. *col.* Item, fallit in causa momentaneæ possessionis, quando judicatur de ipsa possessione solum, & in sententia ad exhibendum: *ut in l. fi.* §. *jussus, ff. de appel. & ibi Bar. & C. si de momentanea possessione, l.* 1. nec etiam permittitur appellatio in alijs casibus notatis per *Azo. in sum. C. quorum appel. non rescin. per totum, & Spec. eo. tit.* §. *in quibus, per totum, &* 3. *part. eo. tit. l.* 13. *& l.* 17. *& foro novo; tit.* 13. *l.* 1. Item fallit, ubicumque Judex aliquid ut bonus vir arbitratur, nunquam ab eo appellatur: *ut notat Innoc. in c. præsenti, de rescri. ut reffert Bar. in l.* 1. *in fi. ff. dele.* 2. *Adde quòd habetur per Doct. C. qui, & adversos quos l. & Innoc. in c. consuluit, de appel. & in c. tua nos, in fi. de cohabit. Cler. & mulier. & Jo. Fa. in proœmio inst.* Et vide qualitèr debet quis arbitrari, & an de-

UVA. BHSC. SC 05749

cia, (*a*) ò fuere menor de la quantía que es pues-

